EVANGELIA
MARCI ET LVCAE

ILLVSTRAVIT

CHRISTIANVS THEOPHILVS KVINOEL

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD. IN ACAD. GISENSI

EDITIO SECVNDA AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE

APVD IOANNEM AMBROSIVM BARTH

1 8 1 7.

CHRISTIANI THEOPHILI KVINOEL

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD. IN ACAD. GISENSI

COMMENTARIVS

IN

LIBROS

NOVI TESTAMENTI

HISTORICOS.

VOLVMEN II.

EVANGELIA MARCI ET LVCAE.

EDITIO SECVNDA AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE

APVD IOANNEM AMBROSIVM BARTH

1817.

PROLEGOMENA.

§. 1.

Marcum, Euangeliſtam, non eſſe diſcernendum a Iohanne Marco, Barnabae conſobrino, cuius in Actis Apoſtolorum et Pauli epiſtolis mentio ſit, perquam probabilis eſt multorum virorum doctorum ſententia. v. *Wetſtenius* T. 1. p. 551. *Michaelis Einleitung in d. N. T. Th.* 1. §. 140. *Marshius in Anmerkk. zu Michaelis Einleitg.* p. 295. *Boltenii Bericht d. Markus* Praefat. p. 9 ſq. *Schmidtii Einleitg. in d. N. T. Th.* 1. p. 40. *Eichhornii Einleitung* Th. 1. p. 543 ſq. 551 ſqq. et *Bertholdti Einleitung in die Schriften des A. und N.* T. Th. 3. p. 1276. Nomen ergo Iudaicum erat ei Iohanni, ad quod alterum, Romanum, cum inter Graecos Romanosque verſaretur, ſibi adſciuit. Primum enim comitatus eſt Paulum et Barnabam, in itinere, quod religionis propagandae cauſſa in Graeciam ſuſceperant, v. Act. 13, 5 ſqq. deinde Barnabae comes fuit, cum ille iter in prouincias Graecas citra inſulam

Cyprum ſitas, inſtitueret, v. Act. 15, 36 ſqq. poſtea etiam Petrum comitatus eſt vsque in regiones Babylonicas, atque in ipſam vrbem primariam, v. 1 Petr. 5, 13. vbi Petrus eum *filium ſuum* i. e. diſcipulum, vocat (v. not. ad Matth. 12, 27.). Ex hoc ipſo autem loco et Act. 12, 12. non ſine magna probabilitatis ſpecie coniecerunt interpretes, Marcum a Petro ad Chriſti ſigna fuiſſe adductum. Caeterum Marcum Romae etiam commoratum eſſe, cum Paulus ibi captiuus teneretur, ex Col. 4, 10. 2 Tim. 4, 11. Philem. 23. colligitur.

§. 2.

Petrum, piſcatorem Galilaeum, non tanta, tamque accurata linguae Graecae ſcientia fuiſſe praeditum, vt ea in doctrina religionis chriſtianae tradenda vti potuiſſet, adeoque ab eo Marcum adhibitum fuiſſe ἑρμηνευτὴν h. e. adhibitum fuiſſe ad interpretanda et in linguam Graecam vertenda ea, quae ipſe Syro-chaldaico idiomate pronuntiaſſet, plurimi ſcriptorum eccleſiaſticorum affirmant, ac praeterea etiam contendunt, Petrum Marci in conſcribendo Euangelio fuiſſe adiutorem. Papias ap. Euſeb. H. E. 3, 3. Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν — οὔτε ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν· ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ. Irenaeus adu. haereſ. 3, 1. μετὰ τὴν τούτων (Πέτρου καὶ Παύλου) ἔξοδον *), Μάρκος ὁ μα-

*) Haec verba plures interpretantur *poſt obitum Petri et Pauli;* vt adeo Irenaeus affirmarit, Marcum poſt

θητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ παρὰ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. Tertullianus adu. Marcion. 4, 5. *Marcus quod edidit Euangelium, Petri affirmatur, cuius interpres Marcus. Capit magiſtrorum videri, quae diſcipuli promulgarint.* (Sed quaenam haec argumentatio? quia, quae diſcipuli promulgant, magiſtris attribui poſſunt, *hinc* Marci Euangelium Petri *affirmatur!*) Clemens Alex. ap. Euſeb. H. E. 2, 15. refert, Marcum *rogatum fuiſſe a Romanis*, vt doctrinam, quam ipſis

---

Petri obitum ſcripſiſſe. Arriſit haec ſententia *Vogelio* in *Gableri Journal für auserleſ. theol. Literat.* Th. 1. p. 47. *Schmidtio* in *Einleitung* Th. 1. p. 45. aliis. Cum vero, hac ſententia admiſſa, Irenaeus aperte repugnaret ſcriptoribus eccleſiaſticis iis, qui, Petro adhuc viuente, Marcum ſcripſiſſe contendunt: alii verba Irenaei explicanda cenſuerunt: *poſt disceſſum ex vrbe Roma.* Quae eſt prima ac propria vocabuli ἔξοδος ſignificatio, qua etiam legitur Hebr. 11, 22. vid. omnino *Fabricii* Biblioth. Gr. T. 4. p. 766. ed. Harleſ. et *Boltenius* l. c. p. 24 ſq. Contra vero *Eichhornius* l. c. p. 562. ſuſpicatur, hanc ipſam opinionem, Marcum poſt Petri obitum ſcripſiſſe, ortam eſſe e loco 2 Petr. 1, 15. male intellecto (non enim ibi ſermo eſt de Euangelio Marci, v. *Pottus* in Commentar. in ep. Petri l. c. et *Marshius* l. c. p. 121.), verba tamen Petri nonniſi de obitu ipſius explicari poſſe. Nihil omnino certi hac in re conſtitui poteſt; probabile tamen eſt, Marcum ſcripſiſſe, viuente adhuc Petro, vid. ad Matth. 26, 49. et Irenaeum *de disceſſu ex vrbe Roma* locutum eſſe.

Petrus coram expofuiffet, literis confignaret, eosque tandem precibus fuis effeciffe, vt Euangelium fcriberet. Petrum autem, cum hoc, reuelante ipfi Spiritu Sancto, comperiffet, delectatum effe τῇ προθυμίᾳ Romanorum, atque fua auctoritate librum *comprobaffe*, *vt in ecclefiis legeretur.* Sed ap. Eufeb. H. E. 6, 14. Clemens Alex. tradit: Petrum nec a propofito cohibuiffe difcipulum, *neque ad id exfequendum incitaffe.* Origenes ap. Eufeb. H. E. 6, 25. δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ ποιήσαντα. Hieronymus ep. ad Hedibiam c. 2. *Habebat — interpretem beatus Petrus Marcum*, *cuius Euangelium, Petro narrante*, *et illo fcribente*, *compofitum eft.* Haec autem omnia quae fcriptores ecclefiaftici, ne Marci commentariis apoftolica auctoritas deeffe videretur, de Marco Petri interprete, eodemque fub aufpiciis Petri Euangelium fuum exarante, vel a Petro dictata literis confignante, notarunt, parum firmis argumentationibus ac teftimoniis nituntur, vt accurate demonftrarunt *Griesbachius* in Commentatione, qua Marci Euangelium totum e Matthaei et Lucae commentariis decerptum effe monftratur, inferta Commentatt. theologg. a *Velthufeno*, *Rupertio* et me ipfo editis Vol. 1. p. 391 fqq. *Storrius üb. d. Zweck d. Evangel. Gefchichte u. Briefe Joh.* p. 249 ff. 265 fq. et *Eichhornius* in *Einleit.* Th. 1. p. 558 fqq. Hoc tantum adferi poffe videtur, Marcum a Petro, cuius difcipulus et comes in itineribus fuerit, multas res ad hiftoriam Iefu per-

tinentes ſciſcitatum eſſe et accepiſſe; cumque praeterea varia etiam, quae vitam Chriſti ſpectarent, ex Apoſtolis et diſcipulis, qui in domo matris ipſius conuenire ſolerent, v. Act. 12, 12. comperire potuerit: eum bene praeparatum ad ſcribendum Euangelium acceſſiſſe, et partes idonei ac fide digni ſcriptoris vitae fatorumque Chriſti, omnino ſustinere potuiſſe.

§. 3.

Fuiſſe autem Euangelium deperditum, lingua Syro-chaldaica conſcriptum, communem fontem, e quo Matthaeus, Marcus et Lucas, commentarios ſuos ſcribentes hauſerint, eosque tribus exemplaribus diuerſis Euangelii illius primarii vſos eſſe, pluribus demonſtrauimus in Prolegg. in Matth. P. 1. p. 3 ſqq. add. *Eichhornii Einleitung in d. N. T. Th.* 1. Ac illud quidem archetypum, quod Marco ad manus erat, quodque non modo in linguam Graecam conuertebat, ſed etiam in ordinem redigebat, immutabat, et variis augmentis locupletabat, quae partim in Matthaei, partim in Lucae Euangelio non leguntur, partim ab vtroque Euangeliſta praetermiſſa ſunt, vid. 1, 13. 45. 2, 26. 3, 3. 6. 4, 38. 7, 32 ſſ. 8, 22 ſſ. 9, 14. etc.: omnino breuiorem vitae Chriſti hiſtoriam continuiſſe videtur, quam exemplaria archetypi illa, quae Matthaeus et Lucas in commentariis ſuis conſcribendis adhibuerunt. Ipſam vero Marci ſcribendi rationem quod attinet, ea eſt inconſtantior, negligentior et incultior, quam Mat-

thaei et Lucae. Scilicet interdum, rerum et circumſtantiarum explicandarum ſtudio ductus, copioſo ſcribendi genere vtitur, et additamenta etiam habet ſuperflua, vt 2, 15. καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ — ἦσαν γὰρ πολλοί, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. add. ib. v. 19. 13, 19. κτίσεως ἣς ἔκτισεν ὁ Θεός. v. 20. ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο. 14, 18. ἀνακειμένων αὐτῶν καὶ ἐσθιόντων — εἷς ἐξ ὑμῶν — ὁ ἐσθίων μετ᾽ ἐμοῦ. add. 4, 5. 5, 4. 12, 42. Plerumque tamen conciſa, et haud raro ob nimiam breuitatem etiam obſcurior eſt Marci oratio. vid. 3, 16. 30. 6, 14. 33. 52. 54. 8, 12. 15, 8. al. Ad Marci idiotiſmos pertinet quoque vſus pronominis αὐτὸς, etſi non proxime praeceſſerit nomen ad quod referatur, v. 4, 33. 5, 43. 6, 14. et frequentatio vocis εὐθέως (qua Symmach. 2 Regg. 3, 22. expreſſit Hebr. הִנֵּה), quae quavis fere pagina plus vna vice recurrit. Conf. omnino qui de Marci ſcribendi ratione copioſius diſputauit *Schulzius über den ſchriftſtellerischen Charakter und Werth des Evangeliſten Markus* in: *Analekten für das Studium d. exeget. und ſyſtematiſchen Theologie, herausgeg. von Keil und Tzſchirner* B. 2. St. 2. p. 109 ſs. St. 3. p. 69 ſqq. B. 3. St. 1. p. 88 ſqq.

§. 4.

Scripſit Marcus Helleniſtis et Chriſtianis e gentilibus. vid. Prolegg. in Matth. p. 9. et *Eichhornii Einleit. Th.* 1. p. 573. Hoc ſi tenemus, facile per-

ſpicimus, cur plura enarrare omiſerit, quae vel in archetypo, quo vtebatur, extabant, vel, etſi in illo non extarent, ei tamen aliunde cognita eſſe poterant, quaeque a reliquis Euangeliſtis commemorantur; et cur alia ab his omiſſa, in librum ſuum receperit. Volebat nimirum ea tantum exponere, quae ſcitu vtilia eſſent hominibus iis, quibus Euangelium ſuum deſtinarat, et ea ita narrare, vt enarrari hominibus iſtis deberent. Hinc genealogias non curauit, hinc parcior fuit in laudandis prophetarum V. T. locis, in quibus multus eſt Matthaeus, vbique addens formulam ἵνα πληρωθῇ· hinc pauca attulit de Phariſaeorum moribus et inſtitutis, omnium animos corrumpentes, quos Ieſus Matth. 23. ſermone ſatis longo perſtrinxit; et plura alia commemorare omiſit, quae vnice Iudaeos ſpectarent, vel eorum tantum cogitandi modo conuenirent, a Palaeſtina remotis ſcitu non neceſſaria, nec vtilia, eſſent. Contra vero partim ritus quosdam Iudaicos illuſtrauit, quos exteri ignorarent, 7, 2 — 4. 8. 11. 14, 12. partim obſcuriora verba clarioribus interpretatus eſt 3, 18. 15, 42. partim etiam homines, quos nominatim induxit, accuratius deſcripſit. v. 15, 21. coll. Act. 19, 33. Rom. 16, 13. Memorantur ibi filii Simonis Cyrenaei, Alexander et Rufus; hos Antiochiae doctrinam Chriſti profeſſos eſſe, ex Act. 11, 20. *Storrius über den Zweck der evangeliſchen Geſchichte* p. 278 ff. colligit, et propterea contendit, Marcum Euangelium ſuum deſtinaſſe Antiochenis. Quam tamen viri docti coniectu-

ram accurate refutauit *Eichhornius* in *Einleit.* p. 575.

§. 5.

Graece Marcum ſcripſiſſe, conſenſus veterum docet; eumque Hebraico ſ. Syro - chaldaico libro in commentariis ſuis conſcribendis ita vſum eſſe, vt Hebraica in linguam Graecam transferret, e pluribus Euangelii Marciani locis ſatis perſpicue patet. Etenim 3, 18. Iacobum atque Iohannem Hebraico nomine *Boanerges* inſigniuit, et adiecit explicationem hanc: filii tonitruum; 5, 41. ταλιθὰ κοῦμι explicuit: puella ſurge; 7, 2. κοιναῖς χερσὶ, interpretatus eſt addito vocabulo ἀνίπτοις· v. 11. κορβᾶν, adiecto δῶρον· v. 34. ἐφφαθὰ addito verbo διανοίχθητι· v. et 15, 22. 34. cf. *Seilerus* de tempore et ordine, quibus tria Euangelia priora canonica ſcripta ſunt, Sect. 2. Erlang. 1806. 4. p. 18 ſq. *Kauius* de praecipuis cauſſis varietatis et inconſtantiae, quae, ſi modum narrandi ſpectemus, in Euangeliis Matthaei, Marci et Lucae reperiuntur, Erlang. 1805. 4. p. 14.

§. 6.

Marcum Romae commentarios ſuos literis conſignaſſe, eſt conſtans veterum, nec plane improbabilis traditio, v. Prolegg. in Matth. p. 9. *Marshius* l. c. p. 122. inde orta eſt fabula, Marcum Latine ſcripſiſſe, de qua v. *Fabricii* Biblioth. Gr. T. 4. p. 766. *Schmidii* Hiſtoria Canon. p. 458. *Michaelis Einl.*

Th. 2. §. 146. p. 1073 ſqq. Alexandriae Marcum commentarios ſuos conſcripſiſſe, nonnulli, praeeunte Chryſoſtomo, contenderunt. v. *Michaelis* l. c. §. 141. *Eichhornii Einl.* p. 550 ſq. 564. ff. *Marshius* l. c. p. 122. Nempe Chryſoſtomus in Matth. hom. 1. *ἔγραψε*, inquit, *Μάρκος ἐν Αἰγύπτῳ, τῶν μαθητῶν παρακαλεσάντων αὐτόν.* Idem tamen Chryſoſtomus ib. p. 8. ipſe profitetur, ſe non certo definire poſſe, vbi tres priores Euangeliſtae ſcripſerint: *ἔνθα μὲν οὖν ἕκαστος διατρίβων ἔγραψεν, οὐ σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἰσχυρίσασθαι.* Contra vero Epiphanio, Hieronymo, auctoribus, Marcus, poſtquam Romae Euangelium ſcripſerat, in Aegyptum a Petro miſſus eſt: Epiphan. haereſ. 51. p. 428. *εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον, ἀκόλουθος γενόμενος ὁ Μάρκος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ ἐν Ῥώμῃ ἐπιτέτραπται τὸ εὐαγγέλιον ἐκτέσθαι· καὶ γράψας ἀποστέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου εἰς τὴν Αἰγυπτίων χώραν.* Hieronymus de viris illuſtribus c. 8. *Marcus diſcipulus et interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romae a fratribus, breue ſcripſit Euangelium. Quod cum Petrus audiſſet, probauit, et eccleſiis legendum ſua auctoritate edidit, ſicut Clemens in ſexto hypotypoſeon ſcribit. Aſſumto igitur Euangelio, quod ipſe confecerat, perrexit ad Aegyptum, et primus Alexandriae Chriſtum annuntians, conſtituit eccleſiam tanta doctrinae et vitae continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret.* Add. Euſeb. H. E. 2, 16. Ex his locis coniecerunt, Marcum Alexandriae nouam Euangelii ſui Romae ſcripti editionem curaſſe. Quodſi

vero Marcus Euangelium ſuum Alexandriae ſcripſiſſet, aut alibi ſcriptum, denuo ibi edidiſſet, patres Alexandrini hoc commemorare non omiſiſſent. Sed neque Clemens Alex. neque Origenes, Marcum Alexandriae ſcripſiſſe memorant. Quae cum ita ſint, vel hanc ob cauſſam prorſus improbanda eſt *Wahlii* coniectura, Marcum Coptico ſ. Aegyptiaco ſermone ſcripſiſſe, v. *Wahlius* in *Magazin für alte, beſonders morgenl. u. bibl. Literatur* P. 3. n. 2. Halae Sax. 1790. 8. p. 8 ſſ. cui coniecturae repugnat etiam omnis antiquitas, quae nonniſi Graecum Euangelium Marci nouit, vid. *Eichhornius* in *Einleitung* p. 566. et *Marshius* l. c. p. 126.

CAPVT I.

1\. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου I. X. υἱοῦ τοῦ Θεοῦ] ſubintell. ἥδε vel αὕτη ἦν· *Initium praeconii de Ieſu Meſſia, Dei filio erat hoc.* De variis ſignificationibus voc. εὐαγγέλιον v. Prolegg. in Matth. p. 13. h. l. indicat *praeconium, praedicationem,* et εὐαγγέλιον Ἰησοῦ Χριςοῦ eſt idem quod κήρυγμα περὶ τοῦ Ἰησοῦ Χριςοῦ· (Ἰησοῦ Χριςοῦ ſunt genitiui obiecti, v. Matth. 13, 19. 14, 1. 9, 35.) referuntur enim haec verba ad Iohannem baptiſtam, Meſſiae praecurſorem, eiusque de Meſſia venturo doctrinam, coll. v. 4 ſqq. ſicuti et Lucas 16, 16. a Iohanne doctrinae ſalutaris promulgationem repetiit. add. Ioh. 1, 15. Itaque non adſtipulari poſſum iis interpretibus, qui verba v. 1. vertunt: *initium commentariorum de Ieſu Meſſia*, eaque pro inſcriptione totius libelli habent, atque eodem ſenſu poſita eſſe affirmant, quo in codd. latinis medii aeui verba, *Incipit liber* etc. vt ſcilicet lectores ſcirent, integrum eſſe opus, nihil ab initio deeſſe. v. *Clericus*, *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. Alii vertunt: *initium hiſtoriae I. C. hoc eſt*, ſed Marcus nihil de Chriſti natalibus commemorauit. Alii denique haec verba cum v. 2. hunc in modum coniungunt: *initia doctrinae ſalutaris I. C. plane ita contigerunt, quemadmodum in vatum libris ſcriptum legitur.* Durius. Ἰησοῦ Χριςοῦ, vid. ad Matth. 1, 1. υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, *Meſſiae* (v. Matth. 4, 1.); haec dum adiecit Marcus, ſecutus eſt Hebraeorum loquendi conſuetudinem, qui vocabulis am-

biguis alia, quibus poteſtas eorum loco quoque definiatur, ſimpliciter adiungere ſolent; vt *Fiſcheri* Prolufſ. de vit. Lexx. N. T. p. 495. hinc etiam aliis in locis χριςὸς βασιλεὺς iunguntur, vt Luc. 23, 2. al.

2—4. *Sicuti cecinit Ieſaias propheta*, etc. ita euenit, *baptizabat Iohannes*, nuntius et Meſſiae praecurſor, qualem Ieſaias deſcripſit, talis in deſerto prodiit, Iohannes etc. referri ergo verſus ſecundus debet ad verſum quartum, et quae h. l. leguntur, eadem Lucas, 3, 2 ff. inverſo tamen ordine habet: ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννου — καὶ ἦλθεν — εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὡς γέγραπται κ. τ. λ. Initio v. 4. ſubintelligi debet οὕτως, quod aduerbium poſt ὡς et ὥςπερ quam ſaepiſſime ſolet omitti. v. *Fiſcheri* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 89. et *Deuarius* de Gr. L. Particc. c. 21. p. 299. Caeterum ὡς γέγραπται — οὕτως ἐγένετο Ἰ. βαπτίζων eſt idem quod κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐβάπτισε Ἰ. — ἐν τοῖς προφήταις] laudatur v. 2. locus Malach. 3, 1. vid. ad Matth. 11, 10. ſed quae v. 3. leguntur, ea extant Ieſ. 40, 3. cf. not. ad Matth. 3, 3. Pro ἐν τοῖς προφήταις plures codd. praeſtantiſſimi habent ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, ita quoque verſſ. plures, et patres tam Graeci quam Latini legerunt, quin et Porphyrius Marcum propterea vituperauit, quod noſtro loco Ieſaiae tribuerit, quae alium haberent auctorem. Recte igitur *Griesbachius* hanc lectionem vulgari praeferendam iudicauit, v. *Griesb.* Commentarii in Graecum Marci textum critici Partic. 1. p. 1 ſqq. eamque in ordinem recepit. Qui vero factum ſit, vt Marcus ſolum Ieſaiam nominaret, etſi verba ab ipſo laudata e Malachiae et Ieſaiae oraculo eſſent conflata, acute demonſtrarunt *Eichhorn* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat. B.* 5. p. 806. et *Griesbachius* l. c. Scilicet Marcus vel in margine archetypi, Malachiae effatum, quod v. 2. legitur, appoſitum reperiebat, illudque, cum iam ſcripſiſſet ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, in

textum recipiebat, verba autem ὡς γέγραπται κ. τ. λ. vtpote ex archetypo notata expungere nolebat, cum et omnino Iudaei illa aetate in laudandis V. T. locis minus accurate verfari folerent; vel inter fcribendum Malachiae oraculum Marco in mentem veniebat, nec recordabatur, quisnam oraculi auctor effet. Praemittebat autem Malachiae dictum effato Iefaiae, quoniam legatus, qui loquens inducitur, prius miffus effe debet. *Storrius* (vid. *Neues Repertorium für bibl. u. morgenl. Literat.*) opinatur, Iefaiae nomine indicari h. l. collectionem omnium prophetarum, quod in ea collectione Iefaias primus fit, fed defideratur locus alius, vbi Iefaiae nomen hoc modo vfurpatum legatur. Verba ἔμπροσθέν σου, quae codd. vetufti, patrr. ac verff. omittunt, e Matth. 11, 10. et Luc. 7, 27. in hunc locum veniffe videntur. vid. *Griesbachius* l. c. — 4. ἐγένετο βαπτίζων καὶ κηρύσσων per Hebraismum pofitum eft pro ἐβάπτιζε καὶ ἐκήρυξε, (vid. *Glaffius* Phil. S. p. 346.) *commendabat*; fed βάπτισμα μετανοίας eft lauacrum, quo qui vtuntur, vitae animique mutationi in melius obftringuntur, v. ad Matth. 3, 2. 11. atque adeo ἐκήρυξε βάπτισμα κ. τ. λ. eft: cohortabatur homines, vt fe immergi in aquam paterentur, et peccata fua confeffi (ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν v. 5.) fefe obftringerent vitae animique emendationi, quo nancifcerentur peccatorum veniam.

5—8. Vid. ad Matth. 3, 5. 6. 4. 11. Pro ἐξεπορεύετο in nonnullis libris legitur ἐξεπορεύοντο, quoniam nimirum fequitur καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· particula autem καὶ h. l. reddi debet *inprimis* vt 3, 8. καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων· add. Marc. 16, 7. Iudith. 4, 15. et ita Hebraei quoque vfurpare folent particulam ו. vid. Iof. 2, 1. 2 Sam. 22, 1. *Noldius* in Concordd. Particc. n. 20. Codd. BDL. 28. 102. Syr. Perff. Arr. Arm. Copt. Vulg. Sax. pro οἱ Ἱεροσ. καὶ ἐβαπτ. πάντες, exhibent, οἱ Ἱεροσ. πάντες· καὶ ἐβαπτίζοντο· in aliis libris deeft πάντες. Meo

iudicio nihil mutandum. Grammatici vocabulum πάντες coniungebant cum voce οἱ Ἱεροσολυμῖται et, quoniam praecessit πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, et inprimis propterea, quoniam putabant rectius dici posse, omnes Iudaeae incolas et ciues Hierosolymitanos abiisse ad Iohannem, quam eos omnes a Iohanne Iordanis fluuio fuisse immersos. Sed πάντες h. l. vt saepius, cum restrictione capiendum, et de maxima Iudaeorum parte intelligendum est.

9 — 11. Vid. Matth. 3, 13 sqq. Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας] *Nazaretha* vrbe *Galilaeae profectus:* Marcus τῆς Γαλιλαίας adiecit, non vt hanc vrbem ab alia huius nominis discerneret, (sicuti Matth. 2, 1. talis discriminis caussa legitur Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας) sed vt loci situm accuratius definiret. ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην] *in Iordane baptizatus est.* Male *Krebsius* ad h. l. haec verba ex Graecismo paulo elegantiori posita esse censet pro κατέβη εἰς τὸν Ἰορδάνην ἵνα βαπτισθῇ, *descendit in Iordanem vt ablueretur.* Etenim εἰς positum est pro ἐν, vt infra 2, 1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι· Luc. 11, 7. εἰς τὴν κοίτην εἰσιν· quia Hebraei particulas ב et ל inter se permutare solent. Iudd. 1, 6. לכו לשלום, Alex. πορεύεσθε εἰς εἰρήνην· v. *Glassii* Philol. S. p. 588. neque insolens est haec harum particularum permutatio scriptoribus vtriusque linguae exteris. Eurip. Rhes. 52. εἰς καιρὸν ἦλθες. Curt. 3, 5. 10. *Quippe Darium quinto die in Ciliciam fore nuntiabatur.* v. *Wetsten.* ad h. l. *Münthius* et *Palairetus* ad Marc. 13, 3. nos ad Matth. 2, 23. *Cannegieterus* ad Auian. diss. c. 19. interpp. ad Iustin. 3, 1. 1. et quos laudauit *Arntzenius* ad Catonis disticha p. 55. — 10. εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος pro ἀναβαίνοντος αὐτοῦ· *cum e fluuio escendisset* sc. Iesus, εἶδε *vidit,* nempe Iohannes, quodsi enim hoc verbum referendum esset ad Iesum, scribi debuisset in fine versus ἐφ᾽ ἑαυτόν. Similis locus infra 11, 6. 7. vbi verba: εἶπον, ἀφῆκαν, ἤγαγον,

ita copulata funt, vt ad vnam eandemque perfonam referenda videantur, quod tamen fecus eft. Caeterum vid. not. ad Matth. 3, 16. Pro ἀπὸ τοῦ ὕδατος in aliis libris extat ἐκ τοῦ ὕδατος, quae verior lectio videtur, vt adeo ἀπὸ e Matth. l. c. in hunc translatum fit.

12—15. Vid. Matth. 4, 1 fqq. ἐκεῖ omittunt ABDL. 13. 33. 102. 235. Arr. Copt. Goth. Vulg. It. Orig. et recte expunxit *Griesbachius*; fcilicet appofitum eft a grammaticis, quos offenderet ἐν τῇ ἐρήμῳ, cum proxime praeceffferit εἰς τὴν ἔρημον. ἦν μετὰ τῶν θηρίων, *inter feras commoratus eft*; quae verba Marcus adiecit, quo accuratius defcriberet defertum, et doceret valde horridum atque incultum fuiffe illud defertum. Virg. Aen. 3, 646. *Cum vitam in filuis, inter deferta ferarum luftra, domosque traho.* — 14. παραδοθῆναι up. εἰς Φυλακήν. vid. praeterea not. ad Matth. 4, 12. 17. 23. Summa doctrinae Chrifti v. 15. commemoratur. Particula ὅτι poft verba dicendi redundat. πεπλήρωται ὁ καιρὸς] *iam adeft tempus* illud a prophetis praedictum. Formulae huius fenfus accuratius conftituitur addita voce: καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, *adfunt tempora Meffiae*, vid. ad Matth. 4, 17. verbum autem πληροῦσθαι de tempore haud raro ita dicitur, vt fignificet, tempus definitum *adeffe*; fic h. l. Iofeph. Ant. 6, 4. 1. Σαμουὴλ ἐξεδέχετο τοῦ καιρὸν γενέσθαι, πληρωθέντος δ᾽ αὐτοῦ, καταβὰς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐπορεύετο· add. Ioh. 7, 8. coll. v. 6. Act. 7, 23. 30. fecuti funt fcriptores N. T. vfum loquendi Hebraeorum, a quibus eodem modo adhibetur verbum מלא. vid. *Vorftius* de Hebraifm. N. T. p. 181. *Leusdenius* de Hebraifm. N. T. p. 59 fq. et *Krebfius* ad Luc. 2, 21. καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ] *et probate atque fequimini doctrinam diuinam.* Pro πιστεύειν τινι, quae forma loquendi bene Graeca eft, fcriptores N. T. dicunt etiam πιστεύειν ἔν τινι vt h. l. εἴς τινα Ioh. 2. 11. et ἐπί τινι Luc. 24, 25. Hebraei enim verbum הֶאֱמִין, cum figni-

ficat *credere*, *fidem habere*, sequi iubent praepositionem ב, quam scriptores Alexandrini illis ipsis praepositionibus haud rarenter exprimunt. vid. *Vorstius* l. c. p. 670 sq.

16 sqq. Vid. Matth. 4, 18 ff. Luc. 4, 44. 5, 1. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ] multi optimae notae codd. legunt τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σίμωνος· alii vtramque lectionem coniungunt: τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος· cum scilicet grammaticis nominis Σίμωνος repetitio superuacanea videretur, eorumque aures offenderet, pro τοῦ Σίμωνος in marg. ponebant αὐτοῦ, et ita lectio falsa τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ in codd. irrepsit, est ergo legendum τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σίμωνος, vt iam acute vidit *Griesbachius*, qui idem vir doctus pro βάλλοντας recte reponendum iudicauit ἀμφιβάλλοντας, quam lectionem plurimi et praestantissimi codd. tuentur. Vulgaris lectio βάλλοντας e glossemate extitit, quod grammatici e Matth. 4, 18 in margine posuerunt. μετὰ τῶν μισθωτῶν· „hoc additamento filii neglectae erga patrem pietatis absoluuntur. Magistrum enim secuti Iesum, non reliquerunt patrem, qui filiorum auxilio destitutus, penuriae esset expositus, verum qui tum sua ipsius, tum et τῶν μισθωτῶν opera, victum sibi posset parare.“ *Willes* in Specimine Hermeneutico de iis quae ab vno Marco sunt narrata, aut copiosius ab eo quam a reliquis Euangelistis exposita (Trai. ad. Rhen. 1811. 8.) p. 33.

21 — 23. Vid. Luc. 4, 32 ff. σάββασι, *die sabbati*, v. ad Matth. 12, 1. συναγωγὴν, v. Matth. 4, 23. — 22. ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ κ. τ. λ. vid. ad Matth. 7, 28. Luc. 4, 32. — 23. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ] *homo a genio malo obsessus* (v. ad Matth. 4, 24.); apud Lucam 4, 33. legitur: ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου. Solet autem praepositio ἐν iungi nominibus onerum, vestium, virtutum, vitiorum etc. ita, vt Latine reddi possit participiis, quae sint naturae rerum, quae nomini-

bus illis significantur, accommodata, quam Graecorum loquendi consuetudinem Latini quoque imitati sunt. v. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 138. et quos ibi laudauit. Videtur autem homo ille melancholicus, de quo h. l. sermo est, qui tamen lucida habebat interualla, (alioquin enim eum in synagogam non admisissent) fuisse etiam epilepticus, vt colligi potest e v. 26. coll. Luc. 9, 39. 42. Matth. 17, 15.

24 — 26. ἔα Syrus et Vulg. vertunt *fine*, vt sit imperatiuus a verbo ἐάω· sed ἔα est Hebraeorum הֲאָח, *ah, heu*, particula exclamantis, indignantis, atque dolentis, quae etiam apud scriptores Graecos haud raro occurrit. v. *Raphelius* Obss. Polyb. p. 117. et *Kypkius* ad h. l. τί ἡμῖν καὶ σοί, vid. Matth. 8, 29. ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; *num nos perditurus venisti?* ita, vt nos in tartara detrudas, nec amplius versari finas his in terris, atque hunc hominem male tractare. Nomine genii mali, a quo se obsessum putabat, homo ille loquebatur. ἀπολέσαι id. qd. βασανίσαι, Matth. 8, 29. vbi v. not. ἡμᾶς cum sequatur οἶδα vel positum est pro ἐμὲ, vel loquebatur omnino suo aliorumque geniorum malorum nomine. οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ] *scio quisnam sis, Deo consecratus* i. Messias, qui et ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτὸς dicebatur; v. Luc. 23, 35. etiam Danieli, interprete Abenesra, 9, 24. Messias dictus est קֹדֶשׁ קָדָשִׁים. Matth. 8, 29. daemoniacus Iesum nominat υἱὸν τοῦ Θεοῦ· et Luc. 4, 41. homines qui a geniis malis obsessi putabantur, exclamant: ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Sed ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ est id. qd. ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ. Etenim, vt scite obseruauit *Knappius* Opuscc. T. 1. p. 33 sq. (add. *Schleusneri* Lex. sub v. ἅγιος) οἱ ἅγιοι, οἱ ἅγιοι Θεοῦ ab Hebraeis appellari solebant tum ii omnes, quos Deus sibi *consecrauit*, h. e. quorum ministerio qualibet in re prae caeteris vtitur, tum praecipue *vates*, seu *interpretes voluntatis diuinae*, quippe qui auctoritate atque instinctu Dei, et futura, et alias res

cuiuscunque generis, homines edocerent. Quocirca *Messias* quoque, interpres Dei vnus omnium excellentissimus, ὁ ἅγιος, ὁ ἅγιος Θεοῦ nominabatur. — 25. ἐπετίμησεν αὐτῷ, *infregit potestatem genii mali.* v. Matth. 17, 18. Φιμώθητι, *obmutesce.* vid. Matth. 22, 12. — 26. καὶ σπαράξαν αὐτὸν] *cum corpus hominis contorsisset.* Verbum σπαράσσειν non tantum adhibetur de belluis corpora immaniter lacerantibus, ita vt sit, *lacerare, discerpere* (vnde tropice, *conuiciis lacerare;* v. *Wyttenbachius* ad Plutarch. de sera num. vind. p. 11 sq.). cf. *Münthius* ad h. l. sed interdum etiam notat, *vehementer concutere, commouere,* v. *Loesnerus* ad h. l. et *Kypkius* ad Luc. 9, 39. respondet Hebr. המה, quod Graeco verbo σπαράσσειν explicuerunt Alexandrini 2 Regg. 22, 8. Ier. 4, 19.

27. *Omnes autem stupore attoniti inter se quaerebant: quid hoc sibi vellet? quaenam haec noua doctrina esset?* haec vero ipsa verba τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; non satis apte h. l. leguntur, et paulo durius, atque loco Lucae parallelo 4, 36. parum conuenienter, nonnulli ea interpretantur: *quis hic nouus doctor, qui* etc. In codicibus antiquis magna deprehenditur lectionis varietas. Haud pauci omittunt τίς et ὅτι, alii τί ἐστι τοῦτο· pro διδαχὴ legitur etiam διδασκαλία· cod. D. cant. habet: τίς ἡ διδαχὴ ἐκείνη ἡ καινὴ αὕτη ἡ ἐξουσία ὅτι, et omittit τί ἐστι τοῦτο· in aliis libris deest ἡ καινὴ, in aliis ἡ καινὴ et αὕτη varie transponuntur. *Griesbachius* in Comment. crit. p. 8. coniicit: omisso, τί ἐστι τοῦτο, retinendum esse in textu τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινή; κατ᾽ ἐξ. *Eichhornius* in *Allgem. Bibl. d. bibl. Lit.* B. 5. p. 953. vulgarem lectionem genuinam putat, cumque דבר, et *verbum* et *rem* significet, suspicatur: Lucam ex archetypo מי הדבר הזה verbotenus reddidisse τίς ὁ λόγος οὗτος; Marcum primo sensum expressisse verbis τί ἐστι τοῦτο; cum vero inter scribendum ei succurreret, דבר significare etiam posse doctrinam Iesu; cum adiecisse: τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; ipse tamen

Eichhornius fatetur, hanc vocem τίς ἡ διδαχή, ab orationis ferie alienam effe. *Paulus* in *kritifch. Kommentar* ad h. l. verba τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη tanquam fpuria reiicit, cui accedere nullus dubito. Scilicet grammatici qui locum noftrum cum loco parallelo Luc. 4, 36. comparabant, vbi legitur τίς ὁ λόγος οὗτος; atque ibi vocabulum λόγος de *doctrina* capiebant, cum h. l. v. 22. legiffent ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων· verba τί ἐστι τοῦτο in marg. explicabant fibi verbis τίς ἡ διδαχὴ αὕτη· alii cum accuratius αὕτη definire vellent, adfcribebant καινή, haec autem gloffemata librarii male feduli in textum recipiebant. Lectio ἐκείνη et καινὴ orta eft per fcripturae vitium. Nullus quidem extat codex, nulla verfio, vt *Griesbachius* l. c. monuit, quin mentionem faciat τῆς διδαχῆς, contra τί ἐστι τοῦτο in libris nonnullis defunt; fed vt pluribus demonftrauimus in Spicilegio Obff. in ep. Iacobi (Gifae 1807. 4.) p. 9. haud rarenter omnes libri fcripti falfam lectionem et interpretationem continent, v. *Fifcherus* ad Theophr. Char. 8, 4. Xen. Cyr. 2, 4. 2. add. not. infra ad 15, 25. et verba τί ἐστι τοῦτο facile in hac orationis ferie omitti potuerunt, vel quoniam fupervacanea videbantur, cum ea exciperent verba τίς ἡ διδαχὴ κ. τ. λ. vel librariorum incuria.

28 — 30. Conf. Matth. 8, 14. ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ. v. ad Matth. 4, 24. — 30. κατέκειτο, *febri laborans decumbebat*: κατακεῖσθαι verbum de aegrotis, decumbentibus, folenne, vt ap. Theophraft. Char. 25, 4. vbi v. Index *Fifcheri*, add. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l.

32 — 34. Vid. Luc. 4, 40 fq. ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος] *vefperi occidente fole*: eft h. l. altera pars temporis pomeridiani, inde ab hora noftra fexta, intelligenda, cf. not. ad Matth. 8, 14. vt addita verba docent: ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος. Verbum autem δύω l. δῦμι et δύνω *fubeo*,

occido, a Graecis fcriptoribus adhibetur de omnibus, quae vifui fe fubtrahunt et euanefcunt, maxime de iis, quae aquam fubeunt, vnde fpeciatim ponitur etiam de fole, qui ex opinione vulgi oceano mergebatur. Euftath. in Hom. Il. α. p. 88. 30. δύεσθαι μὲν καὶ καταδύεσθαι λέγεται, τὸ εἰς βάθος ὑγρὸν κατιέναι, ὡς καὶ ὁ ἥλιος δύνεται εἰς τὸν μυθικὸν ὠκεανὸν, καὶ ζῶα δυτικὰ παρ' Ἀριστέλει τὰ καθ' ὕδατος δυόμενα. Sic de folis occafu hoc verbum legitur ap. Ael. H. V. 4, 1. Athen. 1. p. 19. E. 12. p. 526. B. vbi ei opponitur ἀνατέλλειν· ficuti δύσεις (de fole et luna) atque ἀνατολαὶ fibi inuicem opponuntur ap. Aefchin. Socr. 3, 17. in verfione Alexandrina refpondet hoc verbum Hebr. בוא, vt Gen. 28, 11. Ief. 60, 20. ἔφερον πρὸς αὐτὸν] *adducebant ad eum*, poft folis occafum, finito die fabbati; nefas enim putabat Iudaei, fanare die fabbati, praefertim fi morbus, ex quo quis laboraret, letalis non effet, v. ad Matth. 12, 10. — 34. κακῶς ἔχοντας *aegrotos*, vt ap. Theophr. Char. 13, 2. Arrian. de Exped. Alex. 6, 10. Aelian. H. A. 2, 34. vid. *Elsnerus* ad h. l. et not. ad Matth. 4, 24. καὶ οὐκ ἤφιε — αὐτὸν] *nec finebat daemones* (maniacos) *confiteri fe fcire, quis effet.* Concife fcripfit Marcus, plenius et accuratius Lucas 4, 41. non permittebat, vt confiterentur, fe fcire ipfum Meffiam effe. Silentium iis imponebat, nolebat publice Meffias falutari, ne occafionem ad feditionem praeberet populo. cf. not. ad Matth. 9, 30. ἤφιε eft aor. 2. ab ἀφιέω, qui praeter hunc locum etiam 11, 16. occurrit et ap. Philon. Legat. ad Cai. p. 1021. v. *Heupelius*, *Kypkius* ad h. l. et *Fifcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 2. p. 481.

35 — 37. πρωῒ ἔννυχον λίαν] *mane, multa adhuc nocte* i. quarta vigilia, quam diluculum excipit. vid. ad. Matth. 14, 25. et *Fifcheri* Proluff. de vit. Lex. N. T. p. 451. ἔννυχον dictum eft pro, κατ' ἔννυχον χρόνον, vt 3 Macc. 5, 5. vbi ἔννυχον idem eft quod ὑπὸ τὴν ἐρχο-

μένην ἡμέραν. cf. ad h. l. *Kypkius.* — 36. *καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ*] *eumque Simon cum collegis insecutus est: καταδιώκειν* non tantum notat, *persequi fugientem animo laedendi*, sed omnino etiam, *insequi praeeuntem*, *prosequi*, consequendi et obtinendi gratia, *cupide*, *ardenter sequi*. v. *Heupelius* ad h. l. et *Facius* ad Eurip. Oreſt. v. 412. Hoc ſenſu Hebraei quoque verbum רדף, cui in verſione Alex. *καταδιώκειν* reſpondet, vſurpare ſolent, v. Hoſ. 2, 7. Pſ. 23, 8. 38, 21. et Latini verbum *perſequi*, vt Cic. epp. ad Diu. 3. 6. 7. *οἱ μετ' αὐτοῦ*, *eius collegae*, *reliqui diſcipuli*, v. 16. 19. ſemper enim contextus reſpici debet ad accuratius loco quoque conſtituendam formulae οἱ μετά τινος vim ac poteſtatem. Cf. de hoc praepoſitionis μετά vſu not. ad Matth. 12, 3. — 37. *πάντες*] Lucas, qui 4, 42. praeteriit hanc περίστασιν, Petrum et diſcipulos Ieſum eſſe inſecutos, pro *πάντες* habet *οἱ ὄχλοι*.

38. 39. *εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις*] *in vicina oppida ruſticana*: *ἔχεσθαί τινος* proprie eſt, *attinere ad aliquid*, *ad aliquem*, *haereſcere in aliquo*, deinde *finitimum*, *proximum eſſe*, hinc *ἐχόμενος* ſcriptoribus Graecis et Alexandrinis eſt *finitimus*, *proximus*. Ioſeph. Ant. 11, 8. 6. *ἐξεστράτευσεν δ' ἐπὶ τὰς ἐχομένας πόλεις*, *in proximas vrbes exercitum duxit.* Herodo. 4, 176. *τούτων ἐχόμενοι Γίνδανές εἰσι*, *his vicini ſunt Gindanes.* add. Arrian. Exped. Alex. 2, 8. Diod. Sic. 1. p. 32. vid. *Raphelius*, *Elsnerus*, *Krebſius*, *Loesnerus*, *Wetſtenius* ad h. l. *Fiſcheri* Ind. Aeſch. ſub v. *ἔχειν* et Proluſſ. de vitiis Lexx. N. T. p. 586 ſq. Confirmat hanc interpretationem etiam lectio cod. Cantabrig. *εἰς τὰς ἐγγὺς κώμας καὶ εἰς τὰς πόλεις*, quae et extitit in codd. quibus interpres Latinus et Syrus vſi ſunt, quae e gloſſemate orta eſt. Suidas: *ἐχόμενος· ἐγγύς.* Heſychius: *ἐχόμενος· ἀντεχόμενος.* Alexandrini interpretes participio *ἐχόμενος* expreſſerunt Hebr. אחר et ליד. vid. *Bielii* Theſ. h. v. et *Hammondus* ad h. l. *κωμόπολις*

eſt vicus, vrbi, ob incolarum multitudinem, non disſimilis, muris non munitus, cuius generis oppida ruſticana multa illo tempore in Galilaea fuiſſe, docet Ioſeph. B. I. 3, 2. hinc eadem loca in N. T. mox κῶμοι, mox πόλεις vocantur, hinc v. c. Lucas 2, 4. Bethlehemum vocat πόλιν, ſed Ioh. 7, 42. κώμην· v. *Kypkius* ad h. l. et *Fiſcherus* Proluſſ. p. 442. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα] *propterea enim, eo enim conſilio*, vt homines edocerem, *in has terras veni*, εἰς τοῦτο ἀπέσαλμαι, Luc. 4, 43. — 39. ἐν ταῖς συναγωγαῖς] verior lectio, vtpote difficilior eſt, εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ſcl. κωμοπόλεων· ſed εἰς poſitum eſt pro ἐν, vid. ad v. 9. vt mox εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν pro ἐν ὅλῃ τῇ Γαλιλαίᾳ.

40 — 45. Cf. Matth. 8, 2 ſqq. qui accurate tempus et locum conſtituit. — 42. Verba εἰπόντος αὐτοῦ abſunt a codd. BD. (St. β.) L. 69. 102. omittunt verſſ. Syr. Ar. p. Perſ. p. Copt. cant. veron. verc. colb. corb. 2. germ. 1. probantibus *Millio* Prolegg. §. 400. et *Paulo*. Sed ea retinenda eſſe, recte iudicarunt *Bengelius*, *Griesbachius* et *Willes* in Specim. Hermeneut. in Marcum p. 39. nempe omiſſa ſunt, quod ſalua ſententia abeſſe poſſe viderentur. ἐμβριμησάμενος — ἐξέβαλεν αὐτὸν] *ſeuere admonitum*, ne rem ſermonibus diuulgaret, priusquam coram ſacerdote apparuiſſet. coll. v. 44. Matth. l. c. *dimiſit.* In Marci archetypo a manu prima, tantum verba v. 43. ſcripta fuiſſe videntur, ab alia, explicationis cauſſa, in margine appoſita, ea quae v. 44. leguntur. De verbo ἐμβριμᾶσθαι vid. ad Matth. 9, 30. et de vſu verbi ἐκβάλλειν Matth. 9, 26. 12, 35. — 45. ὁ δὲ ἐξελθὼν — τὸν λόγον] *ille vero cum abiiſſet*, *multum* (ſtudioſe) *rem celebrabat et diuulgabat*; nempe beneficii a Ieſu accepti magnitudo animum eius ita afficiebat, vt praeceptum Ieſu (v. 44.) violaret, et in via ad ſacerdotem rem diuulgaret. πολλὰ vid. ad. 3, 12. not. λόγος, *res*, Matth. 4, 4. al. ὥστε μηκέτι αὐτὸν κ. τ. λ.] *ita, vt non poſſet*

Iesum palam vrbes ingredi, cum ſtatim obrueretur turba, nouarum rerum cupida, ad eum concurrente, *ſed* euitandi nimii concurſus cauſſa cogeretur, *in ſolitudine verſari; neque tamen* (καὶ, *tamen*, v. Ind. Matth.) *vel ſic prohibere poterat, quo minus ad ipſum vndique confluerent homines*. Εἰς πόλιν indefinite dictum *in vrbem, in vllam vrbem*, εἰς κωμοπόλεις. v. 38. opponitur ἔξω, et hoc accuratius definitur verbis: ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν.

C A P V T II.

1. πάλιν, *rurſus*, coll. 1, 21. 38. δι' ἡμερῶν ſcl. τινῶν· *poſt aliquot dierum interuallum*. Theophylactus: δι' ἡμερῶν· ἀντὶ τῶν διελθουσῶν ἡμερῶν τινῶν· nam praepoſitio διά vocabulis temporis iuncta, ſaepius ita ponitur, vt interuallum temporis, dies plures intermedios interceſſiſſe ſignificet, atque reddi debeat *poſt*, adeoque vim obtineat praepoſitionis μετά· vt Act. 24, 17. in verſ. Alex. Ioſ. 23, 1 Iudd. 11, 4. Gen. 4, 3. vbi reſpondet Hebr. מ et מִקֵּץ Ioſeph. Ant. 4, 8. 12. 7, 7. 1. eam vero etiam ab optimis ſcriptoribus Graecis ita vſurpari, pluribus exemplis oſtenderunt *Wolfius* in Curis, *Wetſtenius*, *Elsnerus*, *Kypkius* ad h. l. et ad Gal. 2, 1. *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 168 ſq. add. nos ad Matth. 26, 61. Omiſſum praeterea eſt τινῶν, quae ellipſis ſatis frequens. Artemidor. Onirocr. 5, 9. ἔπειτα διαλιπὼν ἡμέρας ſcl. τινάς. Lucian. T. 2. p. 223. ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμεινεν. Xenoph. Epheſ. p. 91. *Loc.* κἀνταῦθα ἔγνωσαν ἡμέρας διαγαγεῖν. — καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι] *et cum fama percrebuiſſet, Ieſum*, qui latenter ſubintrauerat vrbem, *domum ingreſſum eſſe*: οἶκον, *domum*, in qua Capharnaumi habitabat. v. ad Matth. 4,

18. εἰς οἶκον pro ἐν οἴκῳ, vt fupra 1. 9. cf. et *Raphelius* Obff. Xen. ad h. l.

2. ὥςτε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν] *adeo vt ne veftibulum quidem caperet multitudinem:* τὰ πρὸς τὴν θύραν fcl. μέρη· loca quae funt ad oftium, vno verbo πρόθυρον, *veftibulum*. vid. *Elsnerus*, *Raphelius* Obff. Xen. ad h. l. παραλυτικὸν, cf. not. ad Matth. 9, 2. χωρεῖν, *amplecti*, *capere*, vt Ioh. 21, 25. Ael. H. V. 1, 3. 2, 41. al. ἐλάλει τὸν λόγον, *doctrinam falutarem tradebat*, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Act. 6, 2. 7. τῆς βασιλείας, Matth. 13, 19.

3. 4. Qui aegrotum in lectica decumbentem portabant, propter populi multitudinem ad Iefum propius accedere non poterant. Afcendebant ergo in tectum aedium, et inde demittebant aegrotum. Erant nimirum, vt ad Matth. 10, 26. notauimus, tecta, in Orientis regionibus, non acuminata, fed plana, et feptis tantum munita, vt adeo facile ex vno ad alterum, vsque ad vrbis murum progredi liceret. v. ad Matth. 24, 17. et *Hezelius* ad h. l. Iefus docebat, *in coenaculo*, quod conclaue in fuperiore domus parte, dicebatur ὑπερῷον, Hebr. עֲלִיָּה, v. *Schleusneri* Lex. h. v. eratque ita fpatiofum, vt magnus hominum numerus ibi conuenire poffet. v. Act. 20, 8. 1, 13. et *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. Solebant autem Iudaei fi precibus et meditationibus piis vacare vellent, vel cum aliis de lege diuina colloqui, eo fefe conferre. v. *Vitringa* de Synag. Vet. p. 145 fq. Scalae ex atrio in coenaculum, et per coenaculum in tectum ferebant. v. *Faber Archaeol. der Hebr.* p. 423. Qui aegrotum portabant, e vicina domo in tectum domus illius, in cuius coenaculo Iefus docebat, fefe conferebant, et cum oftium, per quod e tecto in coenaculum defcendebatur, nimis anguftum effet grabbato et aegroto demittendo, illi fpatium iftud dilatabant, euulfis tegulis

circumpofitis, quo commodius aegrotus demitti poffet in coenaculum. — 4. *ἀπεστέγασαν τὴν στέγην κ. τ. λ.*] demoliti funt tectum, erutisque tegulis et pauimento, et tabulis, v. Luc. 5, 19. *Iahnii* bibl. Archaeol. Th. 1. p. 200 fs. demiferunt funibus lectulum, quo aegrotus geftabatur. *ὅπου ἦν* in fubiectum locum, in coenaculum, in quo Iefus docebat. *Κράββατος* vox origine Latina, *lectica* humilis et vilis, vnum tantum hominem capiens. v. *Kypkius*, *Heupelius*, *Wetftenius* ad h. l. *Voffius* ad Catull. 10, 22. et interpp. ad Cic. de Diuinat. 2, 63. Hac ipfa voce Hebraicum vocabulum עֶרֶשׂ Aquila et interpres vulgatus expreflerunt Amof. 3, 12. fed interpretes Alexandrini illud reddiderunt vocabulo Graeco *κλίνη* Deut. 3, 11. aliisque in locis pluribus, etiam Matth. 9, 6. legitur *κλίνη*· Luc. 5, 24. habet *κλινίδιον*, fed v. 18. *κλίνη*.

8. 12. *τῷ πνεύματι αὐτοῦ* ex Hebraifmo redundat, vt Ioh. 11, 33. al. Matthaei interpres 9, 4. fimpliciter fcripfit *ἰδὼν*, et Luc. 5, 22. *ἐπιγνούς*. Errant igitur qui *τῷ πνεύματι* explicant, per diuinam fuam naturam. Caet. cf. notata ad Matth. l. c. — 12. *ὥστε ἐξίστασθαι πάντας* *vt omnes in fummam admirationem raperentur:* de verbo *ἐξίστημι* copiofius disputatum eft ad Matth. 12, 23. vid. et not. ad Marc. 3, 21.

14 — 16. Vid. Matth. 9, 9. *ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν* pro *αὐτοῦ κατακειμένου*, *illo accumbente* f. *cum ille accubuiffet.* *κατακεῖσθαι* verbum de accubitu conuiuali proprium, auctore Athenaeo 1, 19. p. 23. C. Ita quoque legitur Xen. Cyr. 2, 2. 1. Anab. 6, 1, 2. Sympof. 1, 14. Theophraft. Char. 21, 1. Diog. Laërt. 7, 6. Luc. 5, 29. Phauorinus: *κατάκειται — λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἐστωμένων ἀττικῶς, ὁμοίως τῷ ἀνάκειται.* — *ἦσαν γὰρ — αὐτῷ multi enim Iefum fecuti erant.* Particula *καὶ* h. l. vt Sap. 11, 17. Sir. 28, 1. al. vim habet prono-

minis relatiui, quo eodem modo etiam Hebraei particulam ו vſurpare ſolent. v. *Noldius* in Concordd. Particc. p. 299. et *Fiſcherus* ad *Leusden.* de Hebraiſ. N. T. p. 76. — 16. τί ὅτι — πίνει] *cur cum portitoribus famoſis cibum capit?* τί ὅτι pro τί ἐςι l. τί γέγονεν ὅτι, v. Ioh. 14, 22. i. e. διατί (*cur, quare*) vt in cod. Cantabrig. e gloſſemate legitur, vid. et not. ad Matth. 26, 10. Poſt πίνει in nonnullis libris additum legitur ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, quae tamen verba e Matth. 9, 11. in hunc locum tralata ſunt.

17. 18. Verba εἰς μετάνοιαν, quae antiquiores et praeſtantiores, e diuerſis familiis oriundi codd. et verſiones vetuſtae omittunt, merito ex ordine eiecit *Griesbachius*; irrepſit hoc additamentum in hunc et in Matthaei locum 9, 13. e Luc. 5, 32. et ex Euangeliſtariis e Luca corruptis. vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. in Gr. Marci textum P. 2. p. 1 ſqq. et quae notauimus ad Matth. l. c. — 18. Pro οἱ τῶν Φαρισαίων νηςεύοντες, vt idem *Griesbachius* rectiſſime iudicauit, praeeuntibus optimae notae codd. et verſſ. pluribus, legendum eſt, καὶ οἱ Φαρισαῖοι· vulgaris lectio originem ſuam debet librariorum feſtinationi, qui eam e poſteriore verſiculi parte praeripuerunt. νηςεύουσι, *ieiunia agunt*, np. *crebrius* v. Matth. 9, 13. Luc. 5, 33. οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ] *tui vero diſcipuli*, σοὶ (ſcl. ὄντες) pro σοῦ· coll. Matth. 9, 14. ſolet enim Datiuus, ſubintellecto participio ὢν, haud raro poni loco Genitiui, Herodo. 6, 103. ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων Κίμωνι Στησαγόρης. Eurip. Iph. Aul. 613. ὦ τέκνον μοι· v. et *Krebſius* ad h. l. et not. ad Luc. 7, 12. Verbum ſubſtantiuum additum legitur in verſ. Alex. Iudd. 11, 34. vbi de filia Iephtae: καὶ αὕτη ἦν μονογενὴς αὐτῷ.

19. 20. ᾧ np. χρόνῳ· quae ellipſis perquam frequens eſt. v. *Raphelius* Obſſ. Herodo. ad h. l. Eadem ſententia

interrogando et negando, vt fieri solet, expressa est. In nonnullis libris posterius hemistichium negligentiores librarii, ob ὁμοιοτέλευτον, omiserunt. — 20. Pro ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις auctoritate plurium optimae notae codd. legendum est ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· lectio vulgaris aut e Luc. 5, 35. in hunc locum venit, aut a grammaticis singularis numerus mutatus est in pluralem, quoniam praecessit ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι.

23. Vid. Matth. 12, 1 sqq. καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι — διὰ τῶν σπορίμων] *cum iret die sabbati per agros messibus vestitos.* παραπορεύεσθαι declarat idem quod Matth. l. c. verbum simplex πορεύεσθαι, *ire, ambulare.* Respondet enim παραπορεύεσθαι verbo Hebraeorum עָבַר, cui verbo si iungitur casus quartus nominum locorum, notat *praeterire aliquem locum* עָבַר אֶת־ vt Deut. 2, 18. quodsi vero copulatur cum eiusdem generis nominibus interuenienȝte particula בְּ, valet, *ire, transire per aliquem locum* עָבַר בְּ vt Deut. 2, 4. et ita h. l. παραπορεύεσθαι, cum sequatur διὰ, capiendum est, v. *Fischeri* Prolusſ. de vit. Lexx. p. 140 sq. ἤρξαντο — τίλλοντες τοὺς στάχυας] auctore *Beza,* quem secutus est *Krebsius,* τίλλοντες ab ἤρξαντο pendet, et verba ipsa posita sunt pro ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τίλλειν τοὺς στάχυας, ὁδὸν ποιοῦντες, *euellebant spicas, ambulantes per sata.* Durius et citra necessitatem. Praeferenda omnino est sententia *Elsneri* et *Wolfii* in Curis ad h. l. qui ἤρξαντο copulandum censent cum verbis ὁδὸν ποιεῖν, ita, vt ἤρξαντο ex Hebraismo redundet cf. Marc. 6, 7. Luc. 13, 25. Matth. 4, 17. vbi vid. not. atque adeo ἤρξαντο ὁδὸν ποιεῖν positum sit pro simplici ὁδὸν ἐποίουν, et verba reddenda sint: *ipsi quoque discipuli transibant et euellebant spicas,* καὶ ἔτιλλον τοὺς στάχυας. Formularum quidem ὁδὸν ποιεῖν et ὁδὸν ποιεῖσθαι haec differentia est, vt ὁδὸν ποιεῖν et ὁδοποιεῖν ὁδὸν sit idem quod κατασκευάζειν τὴν ὁδὸν, 1, 2. *viam parare, munire, sternere,* sed ὁδὸν ποιεῖσθαι, vt ποιεῖσθαι πορείας, (Xen. Cyr. 5, 2. 31.) *iter facere, viam*

ingredi, ire, v. Xen. Anab. 4, 8. 8. 5, 1. 13. *Drefigius* de V. M. 1, 29. *Vigerus* de Idiotifm. p. 116. ed. Herm. et *Kypkius* ad h. l. neque tamen difcipulos viam fibi paraffe euellendis fpicis, his verbis, vt omnis contextus docet, auctor nofter fignificare voluit. Nam paulo poft difcipuli a Pharifaeis dicuntur reprehenfi, tanquam ob aliquod factum, quod tantum fabbato licitum non effet; viam autem fibi parare fpicis euellendis, in agro alieno, fine vllo dierum discrimine facere non licebat. Sed ὁδὸν ποιεῖν eft h. l. id. qd. ὁδὸν ποιεῖσθαι, *iter facere.* Etenim interpretes Alexandrini et cum iis fcriptores N. T. in exprimendo verbo עָשׂוֹת hanc differentiam infinitiui actiui ποιεῖν, et medii ποιεῖσθαι hoc in genere negligunt, v. *Fifcherus* ad *Leusden.* de Hebraifm. N. T. p. 128. eam quoque neglexiffe fcriptores recentiores demonftrauit ad h. l. *Loesnerus.*

25. 26. ὅτε χρείαν ἔσχε, *cum cibo indigeret*, cum famis eum vrgeret neceffitas, additur enim explicationis cauffa καὶ ἐπείνασεν· vocabulum autem χρεία de quacunque indigentia, maxime tamen de inopia rerum ad vitam tuendam neceffariarum adhibetur, vt h. l. Matth. 6, 8. Hefych. χρεῖαι, ἔνδειαι. — 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως] *fub* l. *tempore Abiatharis, pontificis fummi.* In horum verborum interpretatione admodum fe torferunt interpretes, v. *Wolfius* in Curis, et *Koecherus* in Analectis ad h. l. nam 1 Sam. 21, 6. legitur, Abiatharis patrem, Ahimelechum, fuiffe tunc temporis pontificem. *Beza* fultus auctoritate cod. Cantabrigienfis haec verba fpuria effe fufpicatus eft. Alii ἐπὶ explicant: *praefente et factum probante Abiathare*, qui paulo poft patri, per Doëgum occifo, in pontificatu fucceffit. Ad comprobandam hanc praepofitionis ἐπὶ fignificationem laudant Xen. Hift. Gr. 6, 5. 38. ἐπὶ μαρτύρων· Ael. H. V. 8, 2. ἐπὶ ἀρείου βουλῆς λέγων, *coram fenatu areopagitico verba faciens.* 3 Efdr. 5, 6. ὃς ἐλάλησεν ἐπὶ Δαρείου· monent, Abiatharem filium nomi-

natum esse, quod eius nomen fuerit notius quam patris, ob diu gestum sub Dauide pontificatum; cum tamen pater ob gestum pontificatum et mortem violentam haudquaquam minus celeber fuerit, quam filius. *Michaelis Einleit.* et *Anmerkk.* ad h. l. ex Rabbinorum libros et locos V. T. citandi consuetudine, ἐπὶ Ἀβιάθαρ explicat: *in ea parte librorum Samuelis, quae historiam Abiatharis continet.* Sed tunc scribi debuisset, vt ipse *Michaelis* recte vidit, ἐν Ἀβιάθαρ, atque haec ipsa verba posita esse deberent v. 25. post verba οὐδέποτε ἀνέγνωτε, vt apposite monuit *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. *Boltenius* suspicatur Marcum, memoriae lapsu, patrem cum filio commutasse, etiam *Michaeli* eadem suspicio incidit. Mihi praeplacet eorum interpretum sententia, qui statuunt patrem ac filium duo habuisse nomina, et patri quoque Abiatharis nomen fuisse; nam Abiathar Ahimelechi filius, vocatur 2 Sam. 8, 17. et 1 Chron. 18, 16. *Ahimelechus Abiatharis filius*, v. *Heumannus* ad h. l. et *Rusii* Harmon. Euang. T. 1. p. 663. atque aliunde satis constat, apud Iudaeos plures vnum, etiam duo cognomina habuisse. vid. ad Matth. 10, 3. 9, 9. Ergo Marcus omnino illum Ahimelechum Abiatharis patrem intellexit. Caeterum praepositio ἐπὶ Hebr. ב verti debet h. l. *sub* l. *tempore*, vt 2 Macc. 2, 8. ἐπὶ Μωϋσῇ· Luc. 3, 2. ἐπὶ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα· 4, 27. ἐπὶ Ἐλισσαίου· Act. 11, 28. ἐπὶ Κλαυδίου· cf. de hac praepositionis ἐπὶ significatione, etiam Graecis scriptoribus vsitata, *Heupelius*, *Raphelius*, *Elsnerus* ad h. l. et ad Luc. 4, 27. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 227 sq. *Noldius* Concordd. Particc. p. 156. et *Palairetus* in Bibl. Brem. Class. 4. p. 50. add. not. ad Matth. 2, 1. Quod reliqua verba attinet, cf. notata ad Matth. 12, 6 sqq.

CAPVT III.

1. 2. Vid. Matth. 12, 9 sqq. Luc. 6, 7 sqq. — 2. *παρατηρεῖν* omnino notat: *curiose ac diligenter obseruare*, siue *bono*, siue malo, animo. Ac de iis quidem, qui bono animo obseruant, legitur apud Philon. de spec. legg. p. 781. D. *τὸν καιρὸν ἀγαθοῦ γεωργοῦ τρόπον ἐπιτηρητέον*, *tempus boni agricolae more obseruare oportet*; add. Theophr. Char. 7, 2. Xen. Mem. 3, 14. 4. h. l. autem vt Hebr. שׁמר Ps. 56, 7. (vbi Symmach. habet *παρατηρεῖν*) et צפן Ps. 10, 8. malo sensu adhibitum legitur, ita, vt sit, *insidiose obseruare quid alter agat, vt ei noceat*, sic extat quoque ap. Luc. 14, 2. 20, 22. Ioseph. Ant. 2, 5. *τοὺς τοκετοὺς παρατηρεῖν τὰς Αἰγυπτίων μαίας*, *partus insidiose obseruare obstetrices Aegyptiorum*. Exempla hanc in rem plura alia attulerunt *Wetstenius*, *Raphelius* Obss. Polyb., *Münthius*, *Loesnerus* ad h. l. et *Elsnerus* ad Luc. 20, 20. Pharisaei igitur insidiose obseruabant, an Iesus die sabbati sanaturus esset hominem illum, cui manus erat tabe confecta, qui fortassis non proprio motu, sed subornatus a Pharisaeis in synagoga aderat. Auctore Matthaeo l. c. qui rem accuratius refert, Pharisaei insidiose interrogabant Iesum: *εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν*, vbi v. not.

5. Responsum frustra expectans a Pharisaeis, qui, cum se constrictos et illaqueatos viderent, satius esse putarent silere, vultu seuero eos circumspiciebat Iesus, *συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν*, *commotus* (vulgo vertunt *dolens*) *eorum contumaci pertinacia*:

συλλυπούμενος positum eſt pro simplici λυπούμενος, vt Pſalm. 69, 21. vbi in verſione Alexandr. reſpondet Hebr. נוד *moueri, agitari.* Accipiendum autem eſt in hac orationis ſerie hoc verbum de ira, ita vt ſit *commoueri.* vid. not. ad Matth. 14, 9. 18, 31. πώρωσις, *durities*, qualis eſt in cute in callum contracta, πωροῦσθαι, *occalleſcere.* Transferuntur deinde hae voces tum ad *ingenii* ſtuporem, tum ad *animi* nequitiam, contumaciam, vt h. l. v. *Koppius* ad Rom. 11, 8. Epheſ. 4, 18. Verba ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη ſpuria ſunt, omittunt ea codd. omnium recenſionum antiquiorum, et verſſ. vett. v. *Griesbachius* ad h. l. e Matth. 12, 13. orationis contexto inſerta ſunt.

6. 7. Vid. Matth. 12, 14 ſqq. μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν, cum Herodis miniſtris et amicis (v. ad Matth. 22, 16.) conſilia inire debebant Phariſaei, cum Ieſum in Galilaea, cui regioni Herodes praeerat, perdere vellent — 7. Pro πρὸς τὴν θάλασσαν cum plurimis codd. legendum εἰς τ. θ. *ad mare;* πρὸς gloſſema redolet. Sed in fine verſus vulgaris lectio ἠκολούθησαν αὐτῷ, pro qua in aliis libris extat ἠκολούθησεν αὐτῷ, retinenda videtur. Sequitur vocabulum πλῆθος, pluralis ἠκολούθησαν, quoniam nominibus collectiuis ſingularibus, quia qua notionem et ſententiam ſunt pluralia, verba pluralis numeri addi ſolent, vt Matth. 21, 8. ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν· Marc. 5, 24. ὄχλος συνέθλιβον· Sed grammatici ſaepius verba pluralia mutarunt in ſingularia, vt Luc. 23, 1. vbi v. not. Ier. 3, 18. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνελεύσονται ὁ οἶκος Ἰούδα· vbi cod. Alex. habet συνελεύσεται· add. Herodian. 5, 4. 17. Polyb. 16, 17. cf. *Weſſelingius* ad Diod. Sic. T. 1. p. 333. et *Heupelius* ad h. l. A nonnullis codd. verba ἠκολούθησαν αὐτῷ abſunt, nempe grammatici, qui non interpungebant poſt voc. Ἰορδάνου, verba καὶ πολὺ πλῆθος κ. τ. λ. referebant ad verba v. 8. vltima ἦλθον πρὸς αὐτὸν, adeoque verba ἠκολούθησαν αὐτῷ tanquam ſuperuacanea expungebant.

8. 9. καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, *inprimis Hierofolymis.* vid. 1, 6. πέραν τοῦ Ἰορδάνου intell. Peraea. v. ad Matth. 4, 25. 19, 1. οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα] fcl. οἰκοῦντες videntur indicari, vt iam obferuauit *Grotius*, non Tyrii et Sidonii ipfi, fed Iudaei, habitantes oram maritimam in confiniis Tyri et Sidonis, quae Luc. 6, 17. vocatur ἡ παράλιος Τύρου καὶ Σιδῶνος· Matth. 15, 21. τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος· infra 7, 24. τὰ μεθόρια Τ. καὶ Σ. vid. et *Schleusnerus* fub v. περί. — 9. ἵνα — προςκαρτερῇ, *vt fibi praefto effet*, quo docere poffet e nauicula coll. 4, 1. ne eum multitudo populi premeret atque vrgeret.

10. *Cum enim multos fanaffet; certatim in eum irruebant, quicunque morbis laborabant, vt eum tangerent.* ἐπιπίπτειν notat, *incidere, incurrere, irruere in aliquem*, vel amanter, Gen. 45, 14. ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον Βενιαμίν· Philo de Iof. p. 563. A. καὶ κατὰ τὴν καλουμένην Ἡρώων πόλιν ἐντυχόντες ἐπιπίπτουσιν ἀλλήλοις· *cum circa Heroopolin, vt vocant, conueniffent, in complexus fe mutuos effuderunt;* vel hoftiliter, vt Xen. Anab. 1, 8. 2. ἀτάκτοις σφίσιν ἐπιπεσεῖσθαι· Cyrop. 7, 1. 5. τοῖς πολεμίοις τεταραγμένοις ἐπιπεσούμεθα, *inuademus, impetum faciemus;* vid. *Kypkius, Münthius* et *Loesnerus* ad h. l. hinc fignificat etiam, *premere aliquem, moleftum alicui effe*, et fic h. l. innuitur aegrotos cum impetu quodam Chrifto occurriffe, ita, vt ei, quem faltem tangere vellent, velvti incumberent, eum premerent, eique molefti effent. Cic. pro Plancio 7. *equidem fi quando, vt fit, iactor in turba, non illum accufo, qui eft in fumma facra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, fed eum, qui in me ipfum incurrit atque incidit — et ab eo qui hos dimouit potius, quam ab iis, qui in te ipfum incubuerunt, te depulfum putas.* ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, vid. ad Matth. 9, 21, 14. 36. ὅσοι εἶχον μάστιγας] *qui morbis vexabantur.* μάστιξ proprie eft *flagellum*, Hebr. שׁוֹט, Prou. 26, 3. Hom. Il. ψ', 812.

vbi Hector vocatur Διὸς μάστιξ· quoniam autem flagellum dolores procreat, et flagellorum vſus eſt ad infligendam poenam; hinc factum eſt, vt μάστιξ adhiberetur etiam *de omni dolore, quo quis afficitur, de calamitatibus, miſeriis*, et *poenis diuinis*; quo ſignificatu in verſ. Alexandrina reſpondet Hebraeorum voc. מַכְאוֹב Pſ. 31, 10. πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ· et נגע Prou. 6, 33. vbi οἱ ό habent ὀδύνη, ſed Symmach. μάστιξ· add. Pſ. 37, 18. vbi ei iungitur voc. ἀλγηδών· Pſ. 38, 11. ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου. Verbum μαστιγοῦν, vt ſit *calamitatibus, poenis afficere*, legitur Hebr. 12, 6. Tob. 13, 2. ὅτι αὐτὸς (Θεὸς) μαστιγοῖ καὶ ἐλεεῖ· Sapient. 12, 22. τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν ἐν μυριότητι μαστιγοῖς. Iam quoniam Hebraei morbos grauiores referre ſolebant inter poenas diuinas, hinc μάστιξ etiam ponitur *de morbis grauioribus*, vt h. l. et Luc. 7, 29.

11. 12. τὰ πνεύματα ἀκάθαρτα, homines, qui a geniis malis obſeſſi putabantur, vt 1, 34. ἀκάθαρτα vid. ad Matth. 10, 1. ἐθεώρει — προσέπιπτεν — ἔκραζε] in multis optimae notae libris legitur: ἐθεώρουν — προσέπιπτον — ἔκραζον· fortaſſis vere. Graeci enim veteres nomina neutra pluralia ſequi iubebant verba et ſingularia, et pluralia; Attici vero medii et recentiores nominibus huius generis addebant verba tantum ſingularia; ſed dialectus Macedonica noua et Alexandrina reuocauit genus conſtructionis horum verborum, quo veteres Graeci vſi ſunt, ita tamen, vt et in ſcriptis et in ſermone quotidiano, verba pluralia praetulerint ſingularibus. conf. omnino *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 345 ſqq. προσπίπτειν, *ad genua aut pedes procumbere*, more ſupplicum; ſubintelligi debet πρὸς πόδας vt Marc. 7, 25. aut τοῖς γόνασι, vt Luc. 5, 8. v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. — 12. πολλὰ, *multum, valde*, (i. grauiter, ſeuere,) v. 1, 45. 5, 23. 15, 3. coll. Luc. 23, 10. Xen. Cyr. 8, 3. 18. οἴομαι πολλὰ χρήσιμον ἔσεσθαι. ib.

1, 5. 7. ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας. Arrian. Exped. Alex. 1, 5. πολλὰ βλαπτόμενοι. Herodi. 1, 16. 11. ἱκετεύουσα πολλά· Virg. Ge. 4, 301. *multa reluctanti*, vbi Servius: *multa pro multum*. Aen. 2, 471. *multaque fe incufat*. 5, 869. *multa gemens*. vid. *Wetftenius* ad h. l. *Elsnerus* ad 5, 23. et *Irmifchius* ad Herodi. 1, 16. 11. ἐπετίμα κ. τ. λ. vid. not. ad Matth. 9, 30. Marc. 1, 34.

13—15. Vid. Luc. 6, 12 fqq. Matth. 10, 1 fqq. Pofteaquam Iefus in monte quodam Capernaumo vicino noctem inter preces transegerat, poftridie primo mane, e difcipulis qui cum eo erant, duodecim apoftolos conftituit. προςκαλεῖται, *arceffebat* e difcipulis, qui eum comitari et fectari folebant, quos fibi peculiariter iunctos volebat, Ioh. 15, 16. numero duodecim. — 14. Verbum ποιεῖν h. l. fignificat *legere*, *conftituere*, et refpondet Hebr. עשׂה Gen. 45, 9. ἐποίησέ με ὁ Θεὸς κύριον πάσης γῆς Αἰγύπτου· add. 1 Sam. 12, 6. Iob. 9, 20. Matth. 4, 19. Apoc. 1, 6. Herodi, 4, 4. 8, 4. v. *Elsnerus* ad h. l. ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ] *vt effent ipfius familiares et comites perpetui*. De formula εἶναι μετά τινος dictum eft ad Matth. 12, 30. Pro καὶ ἵνα ἀποςέλλῃ κ. τ. λ. Luc. 16, 13. habet: οὓς καὶ ἀποςόλους ὠνόμασε.

16. καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον] *Simoni quidem Petri cognomen addidit*. Oratio concifa et hians, cum praeceffetit ἐποίησε, ad quod v. 17. refertur Ἰάκωβον. Sententia eft: conftituit Simonem, quem (poftea) Petrum appellauit. v. Ioh. 1, 42. ad Matth. 4, 18. Marcus, cuius fcribendi ratio omnino paulo negligentior eft, v. Prolegg., rei potius, quam verborum ftructurae h. l. rationem habuit. In codd. quibusdam legitur: πρῶτον Σίμωνα, probantibus *Beza* et *Erasmo Schmidio*, defumta autem videtur haec lectio e Matth. 10, 1. et adfcripta a grammaticis, quo integram numerisque fuis abfolutam

orationem redderent. Si a Marci manu profecta esset illa lectio, scripsisset procul dubio *καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ* vel *ᾧ ἐπέθηκεν*.

17. **Βοανεργὲς**] h. l. ipso Marco interprete *υἱοὶ βροντῆς*, *filii tonitruum*, s. *tonantes*. Hoc autem ipsum vocabulum plures male deriuant ab בְּנֵי et רַעַם *tonitru*, vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. debet potius originem suam verbis Syriacis ܒܢܝ ܪܓܫ. Constat autem Galilaeos in pronuntiando secutos esse sonum agrestem et vastum, multas literas, etiam verba praue pronuntiasse; vid. not. ad Matth. 26, 73. *Montefalconius* de vet. literar. et vocalium pronuntiatione T. 2. Hexaplor. cum ergo Galilaei primam syllabam vocis בני per *οα* exprimerent; non mirandum ex ܒܢܝ ܪܓܫ extitisse *Βοανεργές*. Nomen Syriacum ܪܓܫ (רגז) vt Arab. رجس et رجز Coran. 2, 56. *de coelo tonante*, *tonitru* vsurpatur, ipsum quoque vocabulum Hebr. רגש notat *strepitum*, et ab Alexandrinis redditur *σεισμὸς* Ez. 3, 14. Ier. 10, 22. Iob. 12, 20. atque verbum רָגַשׁ significat *strepitum edere*, *tumultuari*. vid. *Albertius* ad Glossar. N. T. p. 29 sq. *Michaelis* et *Schulzius* ad h. l. *Fischerus* Prolusf. de vit. p. 652 ss. add. *Vorstius* de Hebraism. p. 480 sqq. Cur vero Iesus Iohannem et Iacobum nominauerit **Βοανεργὲς**, viri docti vehementer inter se dissentiunt. v. *Wolfius* et *Koecherus* ad h. l. Ac plures quidem, vt *Wetstenius*, *Palairetus*, *Michaelis*, *Fischerus*, *Schleusnerus*, *Boltenius* contendunt, eos dictos esse *υἱοὺς βροντῆς*, i. *βροντῶντας*, *tonantes* h. e. *δεινούς*, quod facultate pellentis, flectentisque eloquentiae essent inprimis praestituri. Certe *βροντὴ* est imago eloquentiae, maxime eius, quae partes animorum quasque aptis orationis modis pellit et mouet, omninoque genus dicendi graue et amplum sequitur. Sic Demosthenes et Plato a Colu-

mella R. R. praef. L. 1. f. 30. *tonantes* vocantur, et Pericles ap. Ariftoph. Acharn. 530. ἀςράπτειν, βροντᾷν i. Cicerone interprete, *fulgere*, *tonare*, eodem fenfu dicitur. At enimuero de fingulari et efficaci Iohannis atque Iacobi eloquentia nihil certi conftat, fuiffetque hoc cognomentum potius Petro addendum, qui, vt ex Actis conftat, infigni facultate pellentis flectentisque eloquentiae praeditus erat. Alii autumant datum effe a Chrifto hoc cognomen Iacobo atque Iohanni, ob vehementem ac feruidam animi indolem, neque adeo illud honoris titulum fuiffe, fed hoc cognomento Chriftum eos admonere voluiffe, vt mentis fuae feruori moderarentur. Sed etiam hac ratione idem cognomen tribuendum fuiffet quoque Petro. Equidem in *Heumani* partes abeo, cuius ratio omnium maxime probabilis videtur. Is nimirum ftatuit, (v. Noua Sylloge diff. P. 1. p. 254. et *Erklärung des N. T.* ad h. l.) Chriftum hoc nomen impofuiffe duobus illis difcipulis, cum tefte Luca 9, 54. ab eo petiiffent, vt ignem e coelo euocaret, qui delaberetur in illud oppidum Samaritanorum, cuius ciues Chriftum hofpitio excipere noluiffent. Neque huic interpretationi obftat, ferius id effe factum. Etenim Marcus non tradidit, difcipulis a Iefu illud nomen impofitum effe eo ipfo tempore, quo ipfos Apoftolos conftituiffet. Neque Simoni eo ipfo tempore Petri cognomen addidit Iefus. v. Ioh. 1, 42. et not. ad Matth. 4, 18. Non autem honoris titulum Βοανεργὲς fuiffe, etiam exinde patet, quoniam nusquam Iacobus et Iohannes hoc cognomento vfi funt, neque ab aliis eos hoc nomine appellatos effe, in libris N. T. legitur. Contra vero Petrus hoc nomine conftantur vfus, eoque ab aliis appellatus eft. Itaque Iefus Iacobum et Iohannem indignabundus vocauit βοανεργὲς, ficuti alia occafione Petrum indignabundus σατανᾶν et σκάνδαλον Matth. 16, 23. Quod autem fenfum nominis βοανεργὲς attinet, tenendum eft, nomina υἱὸς et τέκνον, vt Hebr. בן, aliis nominibus ita iungi folere, vt fignificetur is, ad quem res illae, quae

iſtis nominibus declarantur, quocunque modo pertinent. Sic *υἱοὶ τῆς ἀπειθείας* ſunt *improbitatis ſtudioſi*, Eph. 2, 2, 5, 6. *τέκνα φωτὸς*, *religionis chriſtianae ſtudioſi*, Eph. 5, 9. v. *Leusdenius* de Hebraiſm. N. T. p. 102. ſic h. l. *υἱοὶ βροντῆς* ſunt *tonantes ſ. tonitruum cupidi*, qui cupiunt et optant, vt aduerſarii rei chriſtianae igne coelitus demiſſo deleantur.

20. Loci paralleli ſunt Matth. 12, 22 ſqq. Luc. 11, 14 ſqq. ex quibus locis ſi eos cum hoc noſtro componimus, ſatis perſpicue patet, ea quae h. l. leguntur, non ſtatim poſt electionem apoſtolorum eueniſſe; patet vero etiam, Marcum plures *περιστάσεις*, quas in archetypo notatas non reperiret, et ipſe ignoraret, in hac narratione ſua omiſiſſe. Scilicet cum Ieſus docendo aegrotisque valetudinem reſtituendo defeſſus aliquando domum coenaturus rediiſſet, tanta iterum conueniebat populi multitudo doctrinae Chriſti et miraculorum ipſius cupida, vt ne coenare quidem poſſet, v. 20. Adducebant etiam daemoniacum coecum et mutum, vt eum ſanaret, Matth. 12, 22. Ieſus ergo exibat foras, (eum exiiſſe per ſe intelligitur, et ſcriptor noſter breuitatis cauſſa referre omiſit) hominemque, plaudente populo, ſanabat. Interea mater et fratres Ieſu domo exierant, vt populum ab eo remouerent, ac propterea proxime adſtantes monuerant, Ieſum maxime defatigatum eſſe, v. 21. Hanc cognatorum Chriſti vocem cum audiſſent Phariſaei nonnulli, offenſi admiratione populi, vt de Ieſu detraherent, dicebant: eſt furibundus, genium malum eiecit ope principis geniorum malorum. v. Matth. 12, 24. Luc. 11, 37. Ieſus contra hanc criminationem ſeſe defendebat, Matth. v. 25—45, Marc. v. 23—29. Luc. 11, 16 ſqq. cumque iam pluribus cauſſam ſuam defendiſſet, cognati ipſius, qui prae turba propius accedere non potuerant, mittebant ad eum nuntios, qui ipſum arceſſerent. Marc. v. 31. Matth. 12, 46. Ieſus tum ea dicebat, quae legun-

tur Mare. v. 35. Matth. v. 48. finita autem ipfius oratione, eum a Pharifaeo ad coenam inuitatum effe tradit Lucas 11, 46. *καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον*] *aliquando reuerfi funt domum*, quam nimirum Iefus Capernaumi habitabat. v. Matth. 4, 13. *καὶ*, qua particula Marcus faepius narrationum fuarum initium facit, reddi poteft vel, *aliquando*, vt fit idem quod *τότε*, vt 7, 1. al. vel, *poftea*, quo fenfu extat v. 19. Luc. 6, 16. al. v. *Schleusneri* Lex. h. v. *Noldii* Concordd. Particc. p. 295. 975.

21. *καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ κ. τ. λ.*] Diuerfas interpretum de hoc loco fententias collegerunt *Wolfius* in Curis et *Koecherus* in Analectis ad h. l. Hanc interpretationis diuerfitatem procreauit vfus varius verborum *οἱ παρ' αὐτοῦ*, *κρατῆσαι* et *ἐξέστη*. Itaque de harum vocum vi ac poteftate nonnulla praemonenda videntur. Scilicet *οἱ παρά τινος* omnino dicuntur ii, qui ad aliquem quocunque modo pertinent, qui cum aliquo quocunque modo coniuncti funt. Hinc ita dicuntur *propinqui, cognati*, Hift. Suf. 35. *ἔκλαιον δὲ οἱ παρ' αὐτῆς*· add. 1 Macc. 13, 52. *Elsnerus* ad Luc. 8, 49. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. *familiares* 3 Efdr. 1, 15. 1 Macc. 2, 15. *legati ab aliquo miffi*. *ὁ παρ' ἐμοῦ* fcl. *πεμφθεὶς* Xen. Cyr. 3, 2, 14. Thucyd. 7, 10. p. 471. Duck. vid. *Krebfius* ad h. l. Verbum porro *κρατεῖν* non tantum notat *prehendere aliquem violenter iniectis manibus*, vt Matth. 14, 3. Marc. 6, 17. *vi retinere, cohibere aliquem*, Apoc. 7, 1. fed etiam *prehendere, retinere fine vi adhibita*, vt 2 Regg. 4, 8. *ἐκράτησεν αὐτὸν φαγεῖν ἄρτον*· add. Marc. 9, 27. Verbum denique *ἐξίστημι*, vt ad Matth. 12, 23. annotauimus, vfurpatur *de quacunque animi commotione vehementiori*, etiam *de iis qui mentis non funt compotes et infaniunt*. v. *Loesnerus* ad h. l. Phauorinus; *ἐξέστη, μαίνεται*: *qui animi deliquium patiuntur, qui maxime defatigati funt*, et hanc quidem pofteriorem verbi notionem confirmat quoque auctoritas interpretum Graecorum V. T. nam Gen. 2, 21.

Hebr. תַּרְדֵּמָה Alexandrini expresserunt ἔκστασις, sed Symmachus habet κάρος i. *sopor profundus.* v. Zosim. 1, 16. 3. Theodotion Ies. 29, 10. רוּחַ תַּרְדֵּמָה, *sopor profundus,* vertit πνεῦμα ἐκστάσεως, sed Alexandrini intpp. πνεῦμα κατανύξεως· Hesychius: ἔκστασιν, ὕπνον, Φόβον. Suidas: ἔκστασις, θαυμασμός, ἀλλοίωσις h. e. cum animus a corpore ad tempus secessisse videtur. Iam nonnulli locum nostrum ita interpretantur: *Christi discipuli* (οἱ παρ' αὐτοῦ) qui vna cum ipso, cibo sese refecturi domum redierant, (ἤρχοντο εἰς τὸν οἶκον v. 20.) cum audissent, populum tanto agmine confluxisse, egressi sunt, *vt turbam* (ὄχλον) ad domum proruentem, immodestius sese gerentem, licentiusque tumultuantem *detinerent* (κρατῆσαι αὐτόν) et ad quietem componerent, dicebant enim: *mente motus est populus.* Quam dura atque coacta haec interpretatio sit, qua αὐτὸν refertur ad ὄχλον v. 20. et ad ἐξέστη subintelligitur ὄχλος, non est quod copiose doceamus. Ex aliorum sententia *discipuli, quo compescerent populum furentem, dixerunt, Iesum discessisse, egressum esse e domo.* At enimuero ita quoque αὐτὸν refertur ad remotius vocabulum ὄχλος, praeterea de tumultu et furore populi nihil h. l. legitur, et verbum ἐξίστασθαι in abeundi ac discedendi notione, cum significat ὑποχωρεῖν, semper fere adiunctum sibi habet genitiuum, quo indicetur locus vel res, vnde aliquis cessisse intelligatur, vt Xen. Mem. 1. 5. 14. ἐκέλευσε ἐκ τοῦ μέσου ἐξίστασθαι. Sympos. 4, 31. ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι· exempla plura alia hanc in rem collegit *Loesnerus* ad h. l. Rursus alii rem sibi hunc in modum explanarunt: cum audissent *Iesu propinqui,* eum insolita docere, discipulos colligere, veriti, tanquam ἄπιστοι, v. Ioh. 7, 5. Herodem et Pharisaeos, ipsosque adeo Romanos, si quis hac occasione tumultus oriretur, venerunt (ἐξῆλθον pro ἦλθον) Capernaumum, vt *Iesum,* tanquam hominem *mente captum* abducerent, et domi se continere cogerent. Neque tamen haec interpretatio, cuius defensores plura sumunt, non probant,

ſimplicitate et intelligendi facilitate ſeſe commendat. Parum probabile eſt matrem et fratres Ieſu crediſiſſe, eum mente captum eſſe. Participium ἀκούσαντες neceſſario referendum eſt ad ea quae v. 20. praeceſſerunt: audiuerant magnam multitudinem confluxiſſe, vt ne cibi quidem capiendi tempus Ieſu ſupereſſet, et verbum ἐξῆλθον referri debet ad οἶκον. Quid mihi de hoc loco videatur, iam ſupra ad v. 20. oſtendi; reſtat, vt ibi notata accuratius comprobentur. Per τοὺς παρ' αὐτοῦ intelligendos eſſe *Chriſti cognatos*, ſatis perſpicue docet v. 31. vbi Marcus eo reuertitur vnde declinauerat, id quod declarat particula οὖν, quae epanalepſi inſeruit, ſed v. 31. legitur: ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· verbum autem ſimplex ἔρχονται poſitum eſt pro ἐξέρχονται, coll. v. 21. i. e. *exierant*, nam verba ſimplicia centies vim verborum compoſitorum obtinent. vid. *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 64 ſq. Exierant (v. 21.) Chriſti cognati κρατῆσαι αὐτὸν ſup. φαγεῖν τὸν ἄρτον, coll. v. 20. *vt eum prehenderent et abducerent*, (haec enim notio h. l. etiam verbo κρατῆσαι ineſt) quo poſſet cibo ſe reficere; vt vero populum ab eo remouerent, dicebant (ἔλεγον ſup. τῷ ὄχλῳ i. proxime adſtantibus): *maxime defatigatus eſt*, vel *deliquium patitur* i. pati vult, patietur. Nam vt praeſens ſaepe ponitur pro futuro, (Hiſt. Suſan. v. 43. καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκω μὴ ποιήσασα μηδὲν, *ego moriar, quae nihil mali feci*, add. Matth. 26, 28.) ita et aoriſtus eodem modo adhiberi ſolet. v. Ioh. 15, 6. *Glaſſii* Philol. S. p. 306. *Fiſcheri* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 19. 54. Caeterum in cod. D. et verſ. Itala v. 21. legitur: καὶ ὅτε ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποὶ ex interpretamento. Retulit nimirum grammaticus, vt monuit *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. P. 2. p. 6. ἔλεγον ad τοὺς παρ' αὐτοῦ, et cum id quod ἔλεγον οἱ παρ' αὐτοῦ, ſcilicet ὅτι ἐξέστη, hoſtili animo prolatum eſſe putaret, collegit inde, τοὺς παρ' αὐτοῦ fuiſſe inimicos Ieſu, nimirum (coll. v. 22.) τοὺς

γραμματεῖς καὶ τοὺς λοιποὺς, qui Iesum voluerint κρατῆσαι, prehendere et captiuum detinere. vid. et *Millius* ad h. l.

22. 23. *Sed* (καὶ) *legisperiti Hierosolymis profecti* (vid. ad Matth. 15, 1.) *dicebant: est a Beelzebule captus* i. *mente captus furit*, id. qd. δαιμόνιον ἔχει Ioh. 7, 20. 10, 20. Βεελζεβοὺλ, vid. ad Matth. 10, 25. — 23. *Quare* (καὶ Hebr. עַל־כֵּן Ies. 5, 25. Ier. 44, 23. vbi Alex. habent καί·) *Iesus allocutus est eos, ita, vt vteretur collationibus his* etc. προςκαλεσάμενος αὐτοὺς, v. Matth. 15, 10. παραβολαῖς, vid. Matth. 13, 3. Caet. conf. etiam not. ad Matth. 9, 34. 12, 24 sqq.

26. 27. καὶ εἰ, *sic si:* καὶ id. qd. οὕτως, etiam Hebr. ו poni solet pro כֵּן Prou. 25, 25. 26, 9. 27, 15. v. *Noldius* Concordd. Particc. et *Schleusnerus* s. v. καὶ. οὐ δύναται — ἔχει] regnum eius *consistere nequit, ad nihilum recidit*, est enim, vt omnis orationis series docet, subintelligendum ἡ βασιλεία αὐτοῦ, coll. Matth. 12, 26. — 27. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει, *nam tunc demum domum ipsius spoliare poterit;* διαρπάσει in nonnullis libris a librariis mutatum est in διαρπάσῃ, quoniam praecessit δήσῃ.

29. Vid. Matth. 12, 31 sq. ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως] *aeternis poenis obnoxius erit.* Pro κρίσεως in aliis libris extat ἁμαρτήματος, in aliis ἁμαρτίας, in aliis κολάσεως. Vera lectio est ἁμαρτήματος, vt recte iudicarunt *Grotius* atque *Griesbachius.* Tuentur enim eam optimae notae codd. est difficilior lectio, et facile demonstrari potest, quomodo reliquae ex ea ortae sint. Nempe ἁμάρτημα in versione Alexandrina respondet Hebraeorum vocabulis חַטָּאת et עָוֹן, quae non tantum *peccatum* indicant, vt חַטָּאת Gen. 31, 36. עָוֹן Ex. 28, 38. sed etiam *peccati poenam*, vt חַטָּאת legitur Zach. 14, 19. עָוֹן Ps. 40, 13.

quo posteriori loco LXX habent ἀνομία· de peccati poena, ἁμαρτία quoque occurrit. v. not. ad Matth. 9, 2. Recte igitur de peccatore, qui οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, dici poterat ἔνοχον αὐτὸν εἶναι αἰωνίου ἁμαρτήματος i. suppliciis aeternis obnoxium. Hoc autem ipsum nomen ἁμάρτημα grammatici interpretati sunt vocabulis κρίσις et κόλασις, quae interpretamenta librarii male seduli in textum receperunt, alii vero festinantes loco vocabuli rarius occurrentis ἁμάρτημα scripserunt ἁμαρτία.

30. ὅτι ἔλεγον· πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει] sunt verba Euangelistae, quibus accuratius ostendere voluit, quosnam spectauerit Christi comminatio, quae v. 28. 29. legitur. Breuiter autem atque concise Marcus scripsit. Sensus est: haec Christus propterea elocutus est, quoniam legisperiti dixerant, eum captum esse a genio malo.

31. *Exierant igitur mater eius fratresque, et foris stantes, mittebant ad eum nuntios, qui arcesserent.* ἔξω extra domum, vid. Matth. 12, 46. Pro οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ plures libri legunt ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, videtur tamen e superstitione quadam ordo verborum mutatus esse ab iis, qui putarent, honoris caussa matris nomen primo loco esse ponendum, praesertim cum et Matth. 12, 46. atque Luc. 8, 19. matris nomen praepositum viderent Christi ἀδελφοῖς.

32. καὶ οἱ ἀδελφοί σου] in multis libris additum legitur καὶ αἱ ἀδελφαί σου, atque haec plenior lectio speciosis argumentis potest defendi, vid. *Griesbachius* l. c. p. 7. vulgarem tamen et breuiorem lectionem tuentur (vtor verbis Griesbachii) 1) omnes codd. et verss. alexandrinam textus recensionem sequentes, vt BCL. Copt. Arm. Aeth. Philox. in textu; 2) Syrus interpres cum sequacibus suis Arabe et Persa; 3) magna pars codd. con-

ftantinopolitanam recenfionem exhibentium, Euangeliftaria et Vulgata verfio latina; 4) occidentalis recenfio, quae defendit additamentum illud, nulla paene auctoritate pollet, ficubi contra aliorum teftium vetuftorum et grauium (vt h. l. Alexandrinorum) vnanimem confenfum *pleniori* lectioni fauet; 5) verba καὶ αἱ ἀδελφαί σου vel e comm. 35. vbi difcipulas fuas honorifice forores appellat, vel e Marci 6, 3. et Matth. 13, 56. vnde Iefum omnino ἀδελφὰς habuiffe conftat, irrepere facile potuerunt; 6) αἱ ἀδελφαὶ in hiftoria euangelica nunquam alias in Iefu aut matris comitatu comparent. ζητοῦσί σε, *te volunt, tecum colloqui cupiunt.* Matth. 12, 47. addit σοὶ λαλῆσαι.

C A P V T IV.

1, 2. Vid. Matth. 13, 1 fqq. πάλιν, *rurfus*, eodem die, vefperi. v. *Paulus Krit. Komment. Th.* 2. p. 10. ἤρξατο διδάσκειν pro ἐδίδαξε, v. Matth. 4, 17. ὥστε — ἐν τῇ θαλάσσῃ] *vt nauigium ingreffus, confideret deberet in mari.* Significatur his verbis Iefum in nauicula nonnihil a ripa abducta, et in mari conftituta confediffe, quo prius ac facilius adftans populi multitudo eum videre et audire poffet. — 2. ἐν τῇ διδαχῇ pro ἐν τῷ διδάσκειν, *inter docendum.* Sententia haec eft: multa eos docebat illo die, ita, vt vteretur fimilitudinibus, inter alia dicebat haec etc.

10. Vid. Matth. 13, 10. ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας] *cum feorfim effet.* Phauorinus: καταμόνας· κεχωρισμένως. Etym. M. καταμόνας· ἐπίῤῥημα — γίνεται δὲ ἐκ

τῆς κατὰ προθέσεως, καὶ τοῦ μόνος, τοῦτο τὸ μὴ εἶναι μετὰ ἑτέρου· in verſ. Alex. reſpondet Hebr. לְבָדָד Mich. 7, 14. לְבָד Iudd. 7, 5. occurrit quoque Luc. 9, 18. 2 Macc. 15, 39. Thucyd. 1, 37. ὅπως καταμόνας ἀδικῶσι· vid. *Wetſtenius* ad h. l. οἱ περὶ αὐτὸν, *comites*, i. diſcipuli, qui praeter duodecim Apoſtolos diſerte h. l. memoratos Chriſtum ſectari ſolebant. οἱ περί τινα Graecis dicuntur *comites*, *ſocii*, *diſcipuli*, Iſocrat. Euag. c. 6. οἱ περὶ τὸν τύραννον, *ſatellites*, *cuſtodes corporis tyranni.* Iamblich. V. Pythag. 17. οἱ περὶ τὸν ἄνδρα, *diſcipuli Pythagorae.* add. Luc. 22, 49. Imitati ſunt hunc vſum loquendi etiam ſcriptores Latini, v. *Broukhuſius* ad Tibull. 1, 3. 87. *Drakenb.* ad Liu. 21, 49. 7. cf. *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 220.

11. ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω] *illis qui ad ſocietatem meam non pertinent*, qui non ſunt interioris admiſſionis diſcipuli; intelliguntur Iudaei reliqui, auditores Chriſti ad tempus, qui h. l. opponuntur Apoſtolis, caeteriſque Chriſti diſcipulis. Notant interpretes, veteres philoſophos ſimile discrimen obſeruaſſe, diſtinxiſſe diſciplinam ſuam in eſotericam et exotericam; laudant hanc in rem verba Gellii N. A. 20, 4. *hinc diſciplinae quam dixi* ἀκροαματικὴν, *tempus exercendae dabat* (*Ariſtoteles*) *in Lyceo matutinum*, *nec ad eam quemquam temere admittebat*, *niſi quorum antea ingenium et eruditionis elementa atque in discendo ſtudium*, *laboremque exploraſſet. Illas vero* ἐξωτερικὰς *auditiones* (ἀκροάσεις) *eodem loco veſperi faciebat*, *easque vulgo iuuenibus ſine delectu dabat* — *vtroque tempore ambulans* (περιπατῶν) — *libros quoque ſuos*, *earum rerum omnium commentarios*, *ſeorſum diuiſit*, *vt alii* ἐξωτερικοὶ *dicerentur*, *partim* ἀκροατικοὶ etc. h. l. autem non diſcipuli opponuntur diſcipulis, ſed diſcipuli plebi. vid. ad Matth. 13, 11. γνῶναι plures libri omittunt, irrepſit fortaſſis e Matth. et Luc. locis parallelis, ſenſus idem manet. — ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται] ſcil. μυςήρια τῆς

βασιλείας τοῦ Θεοῦ, illae doctrinae de regno Meſſiano arcanae proponuntur per parabolas, omiſſa explicatione, ergo obſcure, ſub inuolucris. Sic fere ap. Eurip. Rheſ. 754. ſibi inuicem opponuntur ἐν αἰνίγμασι et σαφῶς.

12. In pauca verba contractus affertur locus Ieſaiae 6, 9. 10. quem Matth. 13, 14 ſqq. integrum attulit. ἵνα poſitum eſt pro ὅτι, *nam, quia,* coll. Matth. 13, 13. 2 Macc. 6, 24. ἵνα πολλοὶ τῶν νέων ὑπολαβόντες· add. Luc. 8, 10. Sap. 13, 9. v. et *Glaſſii* Phil. S. p. 544. Senſus eſt: reliquis per parabolas traduntur illae doctrinae, τὰ μυστήρια, quoniam ſunt ſtupidiores et negligentiores, vobis vero, quibuscum familiaritatem contraxi, illas de natura regni Dei doctrinas ſine parabolarum integumentis tradere poſſum. Caet. vid. notata ad Matth. 13, 13. 15. μήποτε, *vt adeo non.* καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα] *iisque peccatorum venia contingat.* Pro ἁμαρτήματα in aliis libris legitur παραπτώματα, qui disſenſus, vt praeclare monuit *Griesbachius* l. c. p. 8. aperte additamentum prodit, deſumtum ex locis ſimilibus. „Reſpuit hoc additamentum recenſio Alexandrina (in BCL. Copt. Arm. et ap. Origenem), cuius auctoritatem eleuare non poteſt occidentalis recenſio, vtpote ſuppoſititiis additamentis abundans, imo e cod. 1. et antiquiſſimo Latino Veronenſi ſuſpicari licet, ne occidentales quidem iſtud τὰ ἁμαρτήματα ſemper et vbique agnouiſſe.“ *Griesb.* Verbum ἀφιέναι reſpondet Hebr. סלח et Chald. atque Syrorum שְׁבַק quae verba, non minus quam ἀφιέναι etiam nude et ſimpliciter ita ponuntur, vt ſignificent *peccata remittere,* vt Luc. 23, 34. Leuit. 4, 20. Num. 14, 20. Pſ. 25, 18. 30, 6. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. In textu Hebraico Ieſ. l. c. legitur וְרָפָא לוֹ quod Matth. 13, 15. Ioh. 12, 40. exprimitur καὶ ἰάσωμαι αὐτούς, *et eos ſanabo.* Morbos enim, grauiores inprimis, peccati poenam dicebant et exiſtimabant Hebraei. v. Matth. 9, 2.

Ioh. 5, 14. *Nedarim* fol. 41. 1. *Nullus aegrotus a morbo ſanatur, donec ipſi omnia peccata remiſſa ſunt.* Hinc ab Hebraeis verbum רפא *ſanare*, ad animum transfertur, ita vt ſignificet *delicta condonare*, v. Dau. Kimchius ad Ieſ. 6, 10, hinc ἴασις *peccatorum remiſſo*, Sir. 28, 3. et verſio Itala Iac. 5, 16. ὅπως ἰαθῆτε reddit, *vt remittatur vobis.*

13. πάσας τὰς παραβολάς, ſimilitudines reliquas, hactenus traditas, v. not. ad Matth. 13, 1. 10.

14. 15. ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει] ſator ille, cuius in parabola mentionem feci, ſignificat eum, qui doctrinam de regno Dei, doctrinam chriſtianam tradit. v. Matth. 13, 19. — 16. οὗτοι δέ εἰσιν κ. τ. λ.] *hi ſunt ad viam conſiti* (ſubintell. σπειρόμενοι, coll. v. 16. 18.) *in quibus ſeminatur doctrina, ſed cum eam acceperunt, confeſtim Satanas ex animis eorum doctrinae ſemina eripit.* ὅπου, *vbi* i. in quibus, in quorum animis, vt Syrus interpres cepit; hinc in quibusdam codd. legitur οἷς, e gloſſemate. Etiam Latini, *vbi* ponere ſolent de perſonis, pro *in quo*, *apud quem*. Cic. Quint. 9. *neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, vbi* (i. apud quos) *noſtrum ius contra illos obtineremus.* v. et *Cortius* ad Salluſt. Cat. 20, 8. Jug. 14, 22. Pro ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν alii libri habent ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, alii εἰς αὐτούς, alii ἐν αὐτοῖς· genuina prae reliquis, ſaltem vetuſtior lectio *Griesbachio* videtur ἐν αὐτοῖς, quam Alexandrini antiquiſſimi tuentur; ἐν ταῖς καρδίαις e Matthaeo, ἀπὸ τῆς καρδίας e Luca irrepſiſſe putat.

18. Magna etiam h. l. deprehenditur in libris antiquis ſcripturae diuerſitas. Etenim alii prius οὗτοί εἰσιν omittunt, alii poſterius. Codd. praeſtantiſſimi, Alexandrinae et Occidentalis recenſionis BDL. cum Copto et La-

tino loco prioris οὗτοί εἰσιν legunt: ἄλλοι εἰσιν, et alterum οὗτοί εἰσιν retinent. Etiam codicem C. in quo emendator posterius καὶ οὗτοι eraserit, primitus procul dubio cum cognatis suis B et L conspiraſſe, ſuſpicatur *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 3. p. 4. qui idem V. D. in edit. N. T. nouiſſima, quae ap. Goeſchenium prodiit, textum ita exhibuit: καὶ ἄλλοι εἰσι οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι· οὗτοί εἰσιν κ. τ. λ. Recte. Nititur enim haec lectio praeſtantiſſimorum codd. conſenſu, et ea admiſſa facile poteſt oſtendi reliquarum lectionum origo. Nempe pro ἄλλοι εἰσι librarii e locis proxime praecedentibus repetierunt initio verſus οὗτοι εἰσι, iam vero duplex enatum inde οὗτοι εἰσιν, cum offenderet aures lectorum ſcribarumque, nonnulli prius, plerique autem poſterius οὗτοί εἰσιν expungendum eſſe putarunt. Vid. *Griesbachius* l. c.

19. 20. αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι] poſitum eſt pro τῶν λοιπῶν· ſaepius enim περὶ inſeruit periphraſi. v. *Münthius* Obſſ. e Diod. Sic. ad h. l. *Fiſcherus* ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 220. Philo 2 Alleg. p. 104. B. τὰ εἰκότα καὶ πιθανὰ οὐκ ἔχει περὶ ἀληθείας ἐπισήμην, *veriſimilia probabiliaque non habent veritatis ſcientiam.* Intelliguntur autem h. l. voluptates corporis, ἡδοναὶ τοῦ βίου, Luc. 8, 14. — 20. ἓν τριάκοντα κ. τ. λ.] ἓν referri debet ad σπέρμα l. σπαρὲν l. σπειρόμενον· granum ſeminis boni, quorum vnum triginta protruſerit in hoc, in alio ſexaginta, in alio centum. Pro ἓν h. l. vt v. 8. in aliis libris extat ἐν, quae praepoſitio haberet h. l. vim praepoſitionis ἀνά· fortaſſis ἐν v. 8. vera lectio eſt, ſed h. l. lectio durior ἓν praeferenda videtur. Reditur autem, vt obſeruauit ad h. l. *Grotius*, in explicatione parabolae, per figuram ad id, quod in comparatione erat poſitum, quia in hoc docendi genere res tota inſpicitur, non particulae ſingulae.

21. Vid. Commentar. in Matth. p. 139. f. 149. (Luc. 8, 16.) add. not. ad Matth. 5, 15. 10, 26. *Dicebat porro discipulis suis: num affertur lucerna, vt ea sub modio aut lecto collocetur? nonne propterea, vt candelabro imponatur?* Sententia, quae sub hac similitudine latet, haec est: vos lucem veritatis in animis vestris accensam (v. 11. Matth. 13, 10.) non opprimere, sed diffundere vndique ad illustrandas aliorum mentes debetis, doctrinam a me vobis traditam publice profiteri, eaque illustrare alios debetis. ὁ λύχνος ἔρχεται] grammatici verbum ἔρχεται in margg. codd. explicuerunt verbis καίεται e Matth. 5, 15. et ἅπτεται· haec glossemata librarii, quos offenderet formula λύχνος ἔρχεται, in textum receperunt. Sed verbum ἔρχεσθαι a scriptoribus barbaris saepius vsurpari pro *afferri*, et verba neutra pro passiuis poni, exemplis pluribus demonstrarunt *Kypkius*, *Raphel.* Obss. Herodo. *Palairetus* ad h. l. Sic Liban. ep. 358. ἡ δὲ (ἐπιστολὴ) ἔρχεται, *ea autem epistola affertur.* Demosth. ep. 6. ἦλθεν ἐπιστολὴ παρ' Ἀντιφίλου· Xen. Mem. 4, 8. 17. ξένια παρ' ἐκείνων ἦλθον πλείονα, *afferebantur*, v. *Sturzii* Lex. Xenoph. v. ἔρχομαι· Cic. ep. ad Diu. 11, 24. 3. *dum tibi literae meae veniant.* Martial. 3, 50. vbi de libris loquitur: *Alter perlegitur, dum fercula prima morantur, Tertius est; nec adhuc mensa secunda venit.* μόδιον, vid. ad Matth. 5, 15. Per κλίνην non *lectus cubicularis*, in quo aegroti et dormientes decumbunt, sed *lectus triclinaris*, in quo comedentes ad mensam accumbere (ἀνακλίνεσθαι) solebant, intelligi debet, vt 7, 4. Luc. 17, 34. Theophr. Char. 22, 4. Julian. Caes. p. 2. ed. Heusing. Pro ἐπιτεθῇ in nonnull. codd. legitur τεθῇ, quae scriptura haud dubie librariis suam originem debet, cum praecesserit τεθῇ· et saepius librarios verba composita mutasse in simplicia, affatim ostendit *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 551 sq.

22. Οὐ γὰρ κ. τ. λ. prouerbialis locutio, qua etiam alias Iefus vfus eft, cuius fenfum indicauimus ad Matth. 10, 26. οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον — ἔλθῃ, *nil eft* (ἐγένετο id. qd. ἐστὶ, et repetendum eft τι) *occultum, nifi vt tandem in lucem prodeat* i. quod absconditum eft, in lucem prodibit. ἀλλὰ, praecedente negatione, eft id. qd. εἰ μὴ, *nifi*, et refpondet particulae Syr. אלא, quam Marcus h. l. expreffit, qua eo fenfu etiam vfus eft Syrus interpres infra 9, 8. vbi in textu legitur εἰ μή· vid. et not. ad Matth. 20, 23. ἀπόκρυφον dicitur *id quod abditum, absconditum, arcanum eft.* Herodo. 2, 35. τὰ μὲν αἰσχρὰ, ἀναγκαῖα δὲ ἐν ἀποκρύφῳ ἐστι ποιεῖν χρεών. Callim. fragm. 232. γράμματα δ' οὐχ εἵλισσεν ἀπόκρυφα.

23. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, *qui habet animum ad haec percipienda idoneum, percipiat!* haec mea dicta (v. 21, 22.) perpendite. v. Matth. 11, 15.

24. *Porro iis dicebat: confiderate, quid audiatis. Qua menfura vos metimini, eadem vobis rependetur.* Idem prouerbium, alio tamen fenfu adhibitum, extat Matth. 7, 2. Sermo eft h. l. de Chrifti difcipulis, et de doctrinae chriftianae cognitione, atque fenfus prouerbii h. l. eft: quo attentiores eritis in audiendo, eo maiores progreffus in cognitione doctrinae meae indies facietis. Bene *Reichardus* in verf. N. T. latina, verba noftra expreffit: *quam enim (in attendendo veluti) menfuram adhibueritis, eadem (in cognofcendo) vobis continget;* et *Schottus: qua menfura vos (in attendendo) metimini, eadem vobis rependetur (in cognofcendo).* καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν] *et adiicietur vobis audientibus*, i. noua augmenta cognitionis concedentur attente doctrinam meam audientibus. Sed haec ipfa verba, quae tautologiam pariunt, procul dubio funt a grammaticis profecta, vt lectionis varietas et inconftantia fatis aperte docet. Defunt enim in libris pluribus, in aliis pofita reperiuntur poft ἀκουέτω

et iterum, omiſſo tamen τοῖς ἀκούουσιν, poſt μετρηθήσεται ὑμῖν· nonnulli etiam pro τοῖς ἀκούουσιν habent πιϛεύουσιν· in cod. D. προςτεθήσεται legitur loco vocis δοθήσεται, in commate autem 24. nihil mutatum aut adiectum eſt. Scilicet grammatici, verbis μετρηθήσεται ὑμῖν adſcribebant τοῖς ἀκούουσι quo ſignificarent, tritum illud prouerbium ἐν ᾧ μέτρῳ κ. τ. λ. alio ſenſu h. l. capiendum eſſe quam Matth. 7, 2. et δοθήσεται explicabant verbo προςτεθήσεται. v. *Griesbachius* l. c. p. 4 ſq.

25. Vid. Matth. 13, 12. qui rectius ſingulas orationis Chriſti partes collocaſſe videtur. Senſus eſt: qui cognitionem religionis meae, quam adeptus eſt, augere ſtudet, dum attente me docentem audire pergit, mea dicta diligenter et accurate perpendit, is magis magisque in cognitione veri proficiet; qui mea dicta non ſedulo nec ſatis attente audit, paucula illa, quae didicit, rurſus obliuiſcetur, minuetur eius etiam exigua illa ſcientia.

26. Parabolas, quae inde a v. 26. leguntur, propoſuit Ieſus populo, coll. Matth. 13, 31. vid. et infra v. 33. 34. nam αὐτοῖς v. 34. refertur ad eos, quibus parabolas tradebat, qui diſtinguuntur ab μαθηταῖς, quibus Ieſus parabolas explicabat; et αὐτοῖς, quod v. 21. et 24. verbo ἔλεγεν additum legitur, ac ſine vlla controuerſia ad diſcipulos eſt referendum, v. 26. et 30. non additum eſt, ſed ſimpliciter legitur καὶ ἔλεγε. An vero has parabolas, quae v. 26 ſqq. afferuntur, eodem tempore ac loco, quo anteriora, Ieſus dixerit, certo definiri nequit, parum autem probabile eſt. Annexae ſunt a Marco ſuperioribus ſine arctiori vinculo, verbis tantum καὶ ἔλεγε· annexae ſunt, (poſtquam v. 10. notatum erat, populum disceſſiſſe,) quoniam cum argumento parabolarum et ſententiarum proxime antecedentium conſentiebant; cf. et not. ad Matth. 13, 1. Senſus autem ſimilitudinis v. 26.

propofitae hic eft: Regnum Meffianum f. doctrina chriftiana eiusque propagatio (ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ) comparari poteft cum homine femen mittente in humum, ficut hic, poftquam femen credidit terrae, reliqua Deo permittit, quo iuuante, femen in altum furgit, et ad maturitatem peruenit, vt laeta meffis fequatur; ita et ego, poftquam religionis meae femina ieci, reliqua patri committo (ὁ Θεός ἐςιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν Phil. 2, 13.); homines doctrinam meam accipiunt, ea vim fuam in animis illorum exferit, admittunt eam et probant, et quamquam exiguus adhuc eft numerus fectatorum doctrinae diuinae, tamen fucceffu temporis crefcet et mirum in modum augebitur, innumera hominum multitudo doctrinam meam amplectetur. Vlterius comparatio extendi non debet, neque omnia ac fingula ad latum vnguem funt refecanda, cum raro parabola rei comparatae omni ex parte conueniat, vt iam Euftathius monuit ad Hom. Il. β'. v. 87. p. 177. Rom. ὀλιγάκις παραβολὴ δι' ὅλου ἐφαρμόττει τῷ πράγματι. — Alii cum hac noftra parabola componentes eam, quae Matth. 13, 24 fqq. 40. extat, quae tamen a noftra plane diuerfa eft, fenfum ita conftituunt: ficut agricola, facta femente, caetera Deo permittit, fecurus diem et noctem transigit, et alia negotia tractat, ita et ego, poftquam doctrinae femina ieci, et opus meum his in terris peregi, redibo ad patrem, et vbi tempore iudicii extremi reuenero, pietatis ftudiofos veluti probum frumentum, in aeternae quietis ac coeleftium gaudiorum horrea recondam. Interpretatio fatis pia, neque tamen vera.

27. καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρεται νύκτα καὶ ἡμέραν] *nocturno tempore dormit, et matutino furgit.* νύκτα (intell. κατὰ) referri debet ad καθεύδῃ, vt ἡμέραν (quod pofitum eft pro καθ' ἡμέραν) ad verbum ἐγείρεται· videntur autem haec verba redolere prouerbium, vfurpatum de eo,

qui fecurus dies noctesue transigit, qui fecure viuit, qui res fuas Deo committit, nec inanibus curis animum lacerat. Eodem fenfu haec locutio adhibita legitur Pf. 3, 6. אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה הֱקִיצוֹתִי, fecurus *cubitum eo, dormio, euigilo, nam Deus me fustentat.* Male igitur *Erasmus*, alii, καθεύδῃ et ἐγείρεται ad femen retulerunt, de quo haec verba nuspiam occurrunt, cui interpretationi neque fauet particula καὶ ante ὁ σπόρος, fcribendum potius tunc fuiffet καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρ. νύκτα καὶ ἡμέραν ὁ σπόρος, καὶ βλαςάνει. καὶ ὁ σπόρος — οἶδεν αὐτός] *feges progerminat, et crefcit, ipfo nefciente,* quomodo nimirum id fiat, absque vlla ipfius opera. ὡς, *cum,* vt Luc. 4, 25. add. Aefchin. Dial. 3, 1. et Latine per participium reddendum eft, *ipfo nefciente, non animaduertente.* v. *Ludov. de Dieu* Crit. facr. p. 400.

28. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ] *fua fponte enim terra profert.* αὐτομάτη h. l. vim aduerbii αὐτομάτως obtinet: αὐτόματος autem omnino dicitur is, *qui fponte aliquid facit, nullo alio interueniente,* et adhibetur de rebus atque perfonis. Hefychius: αὐτομάτη· ἑκουσία. Xen. Cyr. 1, 4. 13. οἰκέτης ἦν αὐτόματος πάλιν ἐπέλθῃ, *fua fponte, non retractus e fuga;* nominatim autem hoc vocabulum vfurpatur *de terra, quae fponte fruges profert,* et *de eo, quod fponte a terra nafcitur, nec humanae curae atque induftriae debetur.* Ael. H. V. 3, 1. οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτόματα. Apollon. Rhod. 1, 1143. αὐτομάτη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης. Hefiod. Ἔργ. 117. καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. Exempla alia plura collegerunt *Raphelius, Kypkius, Münthius, Loesnerus* et *Wetftenius* ad Act. 12, 10. Verbum καρποφορεῖ in hac orationis ferie idem valet quod fimplex φέρει, *profert,* vt ap. Diod. Sic. p. 137. ed. Rhod. ἄμπελος ἐκ τε γῆς καὶ ὄμβρου λαμβάνουσα τὴν αὔξησιν καρποφορεῖ τὸν ἐκ τοῦ βότρυος ἀποθλιβόμενον οἶνον· vbi eadem catachrefis in verbo, quae h. l. πρῶτον χόρτον,

εἶτα στάχυν] *primum herbam, deinde spicas.* χόρτος, de quo vocabulo vid. not. ad Matth. 6, 30. dicitur h. l. *quod primum enascitur, herba,* vnde Latinorum prouerbium *messis in herba est.* Ouid. Heroidd. 17, 263. *Sed tu nimium properas, et adhuc tua messis in herba est,* vbi v. *Heinsius.* εἶτα — στάχυϊ] *denique grana iustae magnitudinis in spica.* πλήρης σῖτος est *frumentum plenum, perfectum, granum iustae magnitudinis,* quod ita excreuit, vt totam folliculi, quo continetur, cauitatem expleat. Eodem sensu Alexandrini Gen. 41, 7. vsi sunt voce σταχύας πλήρεις, et Hebraeis מְלֵא, atque Syris ܡܠܐ non tantum est *plenum, impletum,* sed etiam *completum, perfectum.* Philo, qui de Opif. p. 8. D. καρπὸν τέλειον dicit, de Plant. N. p. 215. B. opponit πλήρες κενὸν, coniungit autem p. 231. C. ἄρτιον, καὶ ὁλόκληρον καὶ πλήρη: v. *Loesnerus* et *Kypkius* ad h. l. Cic. Cat. Mai. c. 15. *Me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat, quae cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, primum id occaecatum cohibet, ex quo occatio (quae hoc efficit) nominata est: deinde tepefactum vapore et congressu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem: quae nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur; e quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structam, et contra auium morsus munitur vallo aristarum.*

29. ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς] *quando autem fructus sese tradiderint* np. metenti i. cum seges maturuerit. καρπὸς id. qd. v. 28. πλήρης σῖτος. Ad παραδῷ subintelligi debet ἑαυτόν. v. *Wolfius* in Curis et *Heupelius* ad h. l. In archetypo extitisse videtur verbum שְׁלֵם, quod in lingua Syr. Chald. Arab. non tantum notat *absolui, finiri, compleri,* sed etiam *tradere,* v. *Buxtorfii* Lex. Chald. v. שלם et *Boysen Beyträge zu einem richtigen System d. hebr. Philologie,* Th. 3. p. 521. atque ab interpretibus Alexan-

drinis Iof. 11, 19. Ief. 38, 12. verbo παραδίδωμι exprimitur. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον] *ftatim ille meffores cum falcibus emittit, quoniam meffis adeft.* ἀποστέλλει nempe ὁ ἄνθρωπος, *agricola*, de quo v. 26. fermo erat. δρέπανον, *falx mefforia*, per metonymiam *ipfos meffores* indicat, qui falcibus metunt, vt Ioel. 3, 13. Apoc. 14, 14. 15. Vt autem *meffis*, θερισμὸς, Luc. 10, 2. Matth. 9, 37. indicat magnam hominum multitudinem, qui doctrinae Chrifti funt cupidi, ita h. l. notat infignem hominum multitudinem, qui Chrifti doctrinam receperunt. Quae autem de mefforibus h. l. leguntur, pertinent ad ornatum parabolae.

30 — 32. Eadem fententia, quam parabola v. 26 fqq. propofita continet, ineft quoque ei quae nunc fequitur, de qua vid. not. ad Matth. 13, 31 fqq. *Cuinam rei regnum Meffianum comparabimus, quanam parabola illud delineabimus? Grano finapis* etc. — 31. ὡς κόκκῳ σινάπεως· pro κόκκῳ haud dubie cum plurimis et optimis codd. legendum eft κόκκον, quam lectionem etiam *Griesbachius* in ordinem recepit. Verbum nimirum ὁμοιοῦν, vt docuit *Storrius* Diff. in libror. N. T. hiftoricor. aliquot locos P. 2. p. 28. et datiuo et accufatiuo iungitur; v. Rom. 9, 29. Ief. 1, 9. Thren. 2, 13. Sap. 7, 10. vtramque ftructuram vfurpauit h. l. Marcus, et fimilis conftructionis varietas deprehenditur 1 Par. 3, 1. Ez. 31, 2. apud τοὺς ό· hoc cum non reputarent vel ignorarent librarii, cum praeceffiffe viderent τίνι, κόκκον mutarunt in κόκκῳ, vt legitur Matth. 13, 31. ὡς alii vertunt *nempe*, alii aduerbium pofitum putant pro adiectiuo, et vertunt *fimilis eft grano finapis*, ficut ἐγγὺς, *prope* pro *proximus*, et πλησίον. Sed videtur ὡς h. l. redundare, vt faepius.

33. 34. *Et multis huius generis fimilitudinibus vfus, eos* (populum) *edocebat Iefus, captui eorum conuenienter,*

proponebat iis doctrinas de natura et indole regni Meſſiani, v. Matth. 13, 34. (nam per τὸν λόγον intelligitur μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, coll. v. 12.) ita, vt parabolarum integumentis inuolueret illas doctrinas, prouti eas ſine moleſtia et offenſione audire, eas ferre (βαστάζειν Ioh. 16, 12.) poterant, homines illi praeconceptis opinionibus abrepti, tardi et negligentes in audienda doctrina. Sic recte haec verba interpretati ſunt praeter alios, *Raphelius* Obſſ. Polybb. *Wolfius*, *Willes* Spec. Hermeneut. in Marc. p. 71. Alii verbo ἀκούειν ſubſtituunt notionem *intelligendi*. Cui tamen explicationi aduerſatur v. 12. vbi diſerte legitur, homines illos ignoraſſe parabolarum ſenſum, et ne diſcipulos quidem eas mente percepiſſe. πολλαῖς in nonnull. codd. deeſt, ſcilicet omiſerunt hanc vocem librarii, quia non *multas* parabolas, tunc temporis a Ieſu propoſitas, Marcus retulit. — 34. κατ' ἰδίαν — πάντα] *priuatim autem diſcipulis omnia explicabat.* ἐπιλύειν, *explicare*, *interpretari*, in verſ. Alex. reſpondet Hebr. פתר, Gen. 41, 12. vbi ſermo eſt de interpretatione ſomniorum; verbum ſimplex λύειν, vt ſit *aenigma ſoluere*, vſurpauit Libanius ep. 38. et nomen ἐπίλυσις, quo Aquila Gen. 40, 8. expreſſit Hebr. פִּתְרוֹן, vbi Symm. habet διάκρισις· Alex. διασάφησις, *de interpretatione ſacrarum literarum* legitur ap. Philon. de vita contemplat. p. 901. A. v. *Palairetus* ad h. l. *Loesnerus* et interpp. ad 2 Petr. 1, 20.

36 ſqq. Quae h. l. offeruntur, ea Matthaeus, qui accuratius ordinem temporis ſeruauit quam ſeruarunt eum Marcus et Luc. 8, 22. veſperi illius diei eueniſſe refert, quo Ieſus orationem montanam habuerat. v. Matth. 8, 18 ſqq. *Michaelis* ad Matth. l. c. eiusd. *Einleitung in d. N. T. Eichhornii Allgem. Bibl. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 871. Itaque ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ reddi debet etiam h. l. *aliquando.* v. ad Matth. 3, 1. αὐτοῖς np. μαθηταῖς, coll. v. 34. παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ] *eum, ſicut*

erat, in nauem recipiebant; hanc vero ipſam verborum diſtinctionem repudiat *Elsnerus* ad h. l. propterea, quia ſic ſcribendum fuiſſet εἰς τὸ πλοῖον, neque ὡς ἦν, *vt erat*, ſed ὡς εἶχεν, cum non Graece dicatur ὡς ἦν pro ὡς εἶχεν. Interpunctionem ergo mutandam cenſet, ita, vt verba ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ interiecta puncti nota ab iis, quae praeceſſerunt, ſeiungantur, et ὡς ἦν cum ſequentibus coniungatur: *cum Ieſus in nauigio eſſet, et alia ibidem cum eo nauigia eſſent, tunc vehemens tempeſtas exorta eſt.* Sed vt appoſite monuit *Rufius* in Harmon. ad. h. l. coactiorem reddit hanc interpretationem, abſentia particulae καὶ ante ὡς ἦν, eiusdemque pariter atque aduerſatiuae δὲ, in immediate ſequentibus praeſentia, ſcribi potius debuiſſet, ſi valeret *Elsneri* ratio, καὶ ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ, ἄλλα δὲ πλοιάρια κ. τ. λ. vid. et *Kypkius* ad h. l. qui verborum ſenſum ita conſtituit: *cum Chriſtum iam in naui haberent comitem, quippe in qua ſedens populum docuerat* (4, 1.), *illum ſicut erat in naui, ſine omni apparatu aliunde allato, comitem retentum, reliqua turba deſerta, in medium mare abducebant.* Notat, παραλαμβάνειν ſignificare etiam *comitem retinere, et retentum ſimul abducere.* Equidem retinendam puto vulgarem verbi παραλαμβάνειν ſignificationem *comitem aſſumere, ſumere ſecum aliquem, cum aliquo ire*, v. ad Matth. 4, 5. vt adeo παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ſit, *ſecum ſumebant, recipiebant Ieſum in nauem*, nam non eſt h. l. ſermo de eo nauigio, in quo ſedens Ieſus populum docuerat, c. 4, 1. euenerunt potius ea, quae h. l. leguntur, alio tempore, vt paulo ſuperius notatum eſt, coll. Matth. 8, 18. ſqq. neque a vulgari interpunctione recedendum eſſe cenſeo. Etenim ἐν τῷ πλοίῳ poſitum eſt pro εἰς τὸ πλοῖον, quae praepoſitiones quam ſaepiſſime inter ſe permutari ſolent. v. 1, 16. Matth. 14, 3. 1 Cor. 15, 19. Eſdr. 7, 10. Sir. 42, 12. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 220. *Perizonius* ad Ael. H. V. 4, 18. *Münthius* ad Luc. 23, 42. *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 141 ſq. ὡς ἦν, *ſicut erat*, licet ad iter imparatus,

varia alimenta non ante comparantes, omnino, nihil morati, feftinanter cum Iefu abierunt; quod cum vefpera effet, liberari a turba cuperent. v. Matth. 8, 18. Formulae autem ὡς ἦν, ὥςπερ εἶχεν, Graecis eleganter vfurpantur de perfonis, quas fignificare volunt, in eodem habitu, quo tum forte erant, perfeueraffe, nihilque praeterea requirentes, celeriter rem aggreffos. Exempla hanc in rem collegerunt *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. Alias aliorum loci interpretationes vid. ad *Wolfium* in Curis, et *Koecherum* in Analectis ad h. l.

37 — 39. λαῖλαψ, *procella*, v. Matth. 8, 24. Hom. Odyſ. μ', 313. 400. Il. δ', 278. — 38. καὶ ἦν αὐτὸς — καθεύδων] *Iefus in puppi fuper ceruicali dormiebat*; ἦν καθεύδων pro ἐκάθευδε, Matth. 8, 24. προςκεφάλαιον, quo vocabulo in verfione Alexandrina exprimitur Hebr. כסת, Ez. 13, 18. 20. eft *ceruical*, puluinus, qui fupponitur capiti, vt ap. Ariftoph. Plut. 542. Theophraft. Char. 25, 2. adhibetur vero deinde etiam de quouis pulvino, vt Theophr. Char. 2, 5. Lucian. T. 2. p. 570. ed. *Hemfterhuſ.* Ariftoph. Acharn. 1089. add. Pollux Onom. 10, 40. qui Cratini auctoritate oftendit, προςκεφάλαιον dictum etiam effe de puluino, quem fibi fubfternebant remiges. Caeterum *Michaelis* ad h. l. fine vlla idonea ratione fufpicatus eft, Iefum gubernatoris perfonam egiffe, et gubernaculum tractaffe, fed feffum labore obdormiviffe. Hac de re nihil textus habet, neque omnino, cum fermo fit de lacu Gennefaret, cogitandum de naui maiore, quae gubernaculo regitur, fed de nauicula, cymba pifcatoria. v. *Bolten* ad h. l. — 39. διεγερθεὶς, vt Luc. 8, 24. ἐγερθεὶς, *excitatus e fomno.* v. *Abrefchius* Lectt. Ariftaen. p. 148. atque *Elsnerus* ad h. l.

40. 41. Pro τί δειλοί ἐςε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε, in aliis libris fcriptum legitur: τί δειλοί ἐςε; οὔπω ἔχετε· codd. 1. 13. 69. 131. et Arm. τί δειλοί ἐςε οὕτω; οὔπω

ἔχ. v. *Griesbachius* l. c. p. 5. cui praeplacet lectio τί δει-λοί ἐςε; οὔπω ἔχετε· Mihi tamen recepta lectio non follicitanda videtur, οὔπω gloffema redolet, nam et infra 8, 21. πῶς οὐ grammatici e v. 17. mutarunt in οὔπω. Scilicet grammatici inter verfus paginae πῶς οὐκ explicuerant per οὔπω, hanc vocem librarii in textum transferebant, ita vt retinerent quoque οὔπω, alii, quorum aures offenderet οὔτω, οὔπω prius delendum effe notabant, et ita in alios codd. veniebat lectio τί δειλοί ἐςε; οὔπω ἔχετε. — 41. ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν] *valde mirati funt.* φοβεῖσθαι eft id. qd. θαυμάζειν, vt Luc. 8, 35. quo eodem modo Hebraei vfurpabant verba יָרֵא 1 Regg. 3, 28. et פָּחַד Ier. 33, 9. ita et φόβος eft *admiratio*, Luc. 1, 65. 5, 26. Hom. Il. λ', 402. et Hebr. פָּחַד Ief. 60, 5. ἐφοβήθησαν φόβον vid. not. ad Matth. 2, 10.

CAPVT V.

1 — 3. Loci paralleli funt Matth. 8, 28 fqq. (vbi v. not.) Luc. 8, 26 fs. e quorum locorum comparatione patefcit, narrationem ipfam in Euangeliis primariis, quibus Marcus et Lucas vtebantur, variis augmentis locupletatam fuiffe. Pro ἦλθον in pluribus codd. extat ἦλθεν, puto e gloffemate, cum v. 2. fequatur ἐξελθόντι αὐτῷ· Verba autem ἐξελθόντι αὐτῷ — ἀπήντησεν αὐτῷ pofita funt pro: ἐξελθόντι τῷ Ἰησοῦ ἐκ τοῦ πλοίου ἀπήντησεν αὐτῷ, *Iefu e naui egreffo, occurrit.* Cum enim de certa quadam perfona agitur, ab Hebraeis et N. T. fcriptoribus pronomen αὐτὸς bis ponitur ita, vt priore loco vim fuftineat ipfius perfonae, pofteriore redundet. De quo pro-

nominis pleonaſmo, Graecis quoque et Latinis ſcriptoribus vſitato, v. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 551 ſq. — 3. καὶ οὔτε — αὐτὸν δῆσαι] *nemo eum poterat catenis vinctum detinere.* * Antecedens poſitum pro conſequente. Catenis enim omnino fuerat vinctus, coll. v. 4. ſed fruſtra, etenim eas discerpſerat.

4. πέδαις δεδέσθαι] *compedibus vinctus fuerat:* Xen. Anab. 4, 3. 7. ἐν πέδαις δεδέσθαι. Suidas: πέδαι· δεσμὰ, παρὰ τὸ ποῦς καὶ τὸ δέω, τὸ δεσμεύω. Nomen ἅλυσις de *catena quauis ex metallo confecta* poni ſolet, vt v. 3. cum vero h. l. praeceſſerint πέδαι, vocabulo ἁλύσεσι ſignificantur *manicae*, vt Act. 16, 24. Luc. 8, 29. v. *Kypkius* ad h. l. καὶ διεσπᾶσθαι κ. τ. λ.] *ſed* (καὶ v. Ind. Matth.) *manicas disruperat, compedes confregerat, ita, vt nemo eum poſſet domare.* συντρίβειν, *confringere,* Apoc. 2, 27. ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται· reſpondet Hebr. שָׁבַר, Gen. 19, 9. vbi οἱ ό habent: καὶ ἤγγισαν συντρίψαι τὴν θύραν· add. Leuit. 15, 12. Marc. 14, 3.

5 ſqq. διαπαντὸς, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, alterum altero explicatur, ad perpetuitatem indicandam, v. *Loesnerus* ad h. l. ἐν τοῖς μνήμασι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, *in ſepulcris, quae rupibus inciſa erant.* v. ad Matth. 8, 28. καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις, *ſe ipſum lapidibus contundebat* ſ. *vulnerabat.* κατακόπτειν, *contundere, vulnerare*, Hebr. חלל, Pſ. 91, 11. 12. Ier. 13, 16. v. *Kypkius* ad h. l. — 7. ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν, cf. not. ad Matth. 26, 62.

9. 10. ἀπεκρίθη λέγων in plurimis et praeſtantiſſimis libris ſcriptum legitur καὶ λέγει αὐτῷ λεγεών· antiqua tamen et genuina ſcriptura *Griesbachio*, (v. Comment. Crit. P. 3. p. 6.) cui lubens accedo, fuiſſe videtur καὶ λέγει λεγεών· Nempe plerorumque aures offendebat lectio

λέγει λεγεὼν, hinc intercalabant αὐτῷ· haec haud dubie fuit origo lectionis λέγει αὐτῷ λεγεών. Librariorum porro incuria, qui oculos in fequens voc. λεγεὼν coniecerant, in aliis codd. fcriptum extabat καὶ λέγων λεγεὼν, quae lectio cum plurium quoque auribus ingrata effet, ad participium λέγων inter verfus notabant verbum ἀπεκρίθη, quod ipfum verbum alii librarii in textum recipiebant, et haec fuit, vt opinor, origo lectionis καὶ ἀπεκρίθη λέγων. — λεγεὼν] nomen origine Latinum, *legio*, in libris quoque Rabbinorum frequenter occurrens, לִגְיוֹן et לִגְיוֹן, a quibus etiam de *vna perfona, quae tamen pluribus, veluti legioni, praeeft, de duce exercitus* vfurpatur; vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. hinc plures interpretes h. l. et Luc. 8, 30. accipi debere contendunt *de principe geniorum malorum*, vt adeo λεγεὼν fit idem quod σατανᾶς, βεελζεβοὺλ, ἄρχων τῶν δαιμονίων. Neque tamen neceffe eft, vt a vulgari iftius vocabuli notione, *magna multitudo*, *copia* (v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. *Buxtorfius* l. c.) recedamus, praefertim, cum non fequatur ὅτι ἔχω ὑπ' ἐμαυτὸν πολλοὺς, fed ὅτι πολλοί ἐσμεν, *nam multi fumus*. Mente captus fe daemonum legionem effe putabat, ideae fixae, quae animo ipfius inhaerebat, conuenienter loquebatur, hinc Iefu interroganti, quo nomine vteretur? refpondebat: λεγεὼν κ. τ. λ. vid. ad Matth. 8, 28. — 10. ἵνα μὴ — χώρας] *ne ipfos ex illa regione abigeret*; accuratius fcripfit Lucas 8, 31. ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν, *ne ipfos abire iuberet in tartara*. cf. Matth. 8, 29.

11. πρὸς τῷ ὄρει auctoritate plurium codd. repofuit *Griesbachius*; fateor tamen mihi valde fufpecta haec verba videri, cum cod. 1. optimae notae haec verba prorfus omittat, et ab aliis poft χοίρων, ab aliis poft μεγάλη, ab aliis poft βοσκομένη reiiciantur, putauerim ergo ea e Lucae loco parallelo, vbi legitur ἐν τῷ ὄρει, a grammaticis in hunc locum effe translata. Merito autem *Gries-*

bachio fufpectum eft vocabulum μεγάλη, cum a plurium familiarum optimae notae codd. et verfionibus abfit, et in aliis legatur πολλῶν, in aliis μεγάλη πολλῶν· facile confingi potuit, vt fcite obferuauit V. D. ex commatis v. 13. claufula, vel e Matth. et Luc. ἀγέλη χοίρων πολλῶν feu ἱκανῶν.

12 — 14. Verba πάντες οἱ δαίμονες, plurimi et optimi libri omittunt, adfcripta funt a grammaticis, vid. *Griesbachius* l. c. p. 8. etiam verfu 13. verba ἦσαν δὲ quae in pluribus libris non leguntur, a grammaticis perfpicuitatis ftudio ductis, ob ftructuram verborum paulo duriorem appofita funt. Sic quoque v. 14. pro τοὺς χοίρους cum aliis libris legendum eft αὐτοὺς, et pro ἐξῆλθον cum *Griesbachio*, auctoritate multorum codd. et verff. refcribendum ἦλθον· grammaticis narratio: ἦλθον ἰδεῖν — καὶ ἔρχονται videbatur ταυτολογίας vitio laborare, hinc pro ἦλθον notabant ἐξῆλθον· fed ἔρχεσθαι primo loco pofitum, fignificat *ire*, *proficifci*, *exire*.

15. δαιμονιζόμενον, *qui infanus fuerat.* σωφρονοῦντα, *mentis compotem.* σωφρονεῖν eft *fanae mentis effe*, *fanam mentem recipere*, et opponitur verbo μαίνεσθαι, vt Act. 26, 25. fibi inuicem opponuntur σωφροσύνη et μανία. v. Phauorinus in v. κοιμᾶσθαι· Thomas Mag. et Phauor. in v. νήφει· *Fifcherus* ad Ariftoph. Plut. v. 2. atque *Elsnerus* ad h. l. Verba τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα a nonnullis codd. abfunt, puto propterea, quoniam grammaticis fuperuacanea videbantur, fed, vt in Prolegg. monuimus, Marcus interdum copiofo fcribendi genere vtitur, rerum et circumftantiarum explicandarum ftudio ductus. καὶ ἐφοβήθησαν, *metu affecti funt*, coll. Luc. 8, 37. vbi legitur: φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο, *magno metu correpti funt.* Praefentiam Iefu putabant cauffam maioris damni futuram; quae iis acciderant, habebant gentiles

illi pro poena peccatorum a legato deorum ipfis immiffa. v. 1 Regg. 17, 18.

18. 19. *ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ*, *vt fibi liceret ipfum comitari*, *εἶναι μετά τινος* id. qd *ἀκολουθεῖν τινι*, Matth. 8, 19. — 19. *ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν*] *Iefus vero hoc ei non permifit.* Varias coniecturas protulerunt interpretes, vt fibi explicarent, quare Iefus hunc hominem non receperit in numerum comitum fuorum. Plures praeeunte Theophylacto arbitrantur, veritum effe hominem illum, ne digreffo Iefu, ipfum rurfus inuaderent genii mali, Iefum ergo eum non admififfe, vt oftenderet, fe etiam abfentem praefidio effe iis, qui ipfi confiderent. Ex aliorum fententia voluit Iefus hominis iftius a fe fanati opera gentilibus illam regionem incolentibus innotefcere, eorumque animos praeparare ad admittendam doctrinam diuinam iis aliquando annuntiandam. *ὅσα σοι — ἠλέησέ σε*] *quae tibi a Deo contigerint, et quanto beneficio te ornarit:* recte *Griesbachius* fecutus auctoritatem plurium et optimorum codd. recepit *πεποίηκε* pro *ἐποίησε*, quod e v. 20. et Luc. loco prarall. in hunc migrauit. *ἐλεεῖν* non tantum fignificat *alterius miferia tangi*, fed etiam *beneficia in aliquem conferre*, vt Rom. 9, 15. 12, 8. al. et fic h. l. idem valet quod *ἐχαρίσατό σοι*· interpretes enim Alexandrini hoc ipfo verbo expreffernnt Hebraica הֵיטִיב Iob. 34, 21. et חָנַן Pf. 6, 2. 30, 11. *ὅσα* referri igitur debet ad *ἐλέησε*, quae conftructionis nouitas cum offenderet grammaticos, male ac perperam adiecerunt *ὅτι* poft *καὶ*, quae lectio in nonnullos libros irrepfit. — 20. *ἐν τῇ Δεκαπόλει* cf. Matth. 4, 25.

22. 23. Quae h. l. fequuntur, non euenerunt ad litus maris, fed Capernaumi, v. Matth. 9, 18. neque formula *καὶ ἰδοὺ* narrationum initio pofita femper et vbique indicat ea quae iam narrantur, eueniffe ftatim poft ea, quae proxime antecefferunt. v. *Storr üb. d. Zweck d.*

Euang. Joh. p. 313. — 23. ἐσχάτως ἔχει, *in summo vitae periculo versatur, morti proxima est.* Verbum מות non tantum de mortuis, sed etiam de moribundis Hebraei vsurpabant, v. ad Matth. 9, 19. Iam in Hebraico Matthaei Euangelio et archetypo, quo Marcus et Lucas vtebantur, extabant verba עתה מתה (Syr. ܡܝܬܐ ܠܗ); haec verba Matthaei Graecus interpres vertebat ἄρτι ἐτελεύτησεν· Marcus: ἐσχάτως ἔχει· et Lucas 8, 42. ἀπέθνησκεν· vid. *Eichhorn Allgem. Biblioth. B.* 5. p. 522. Formula autem ἐσχάτως ἔχειν, quae dialecto Macedonicae originem suam debet, vt *Fischerus* obseruauit in Proluss. de vit. Lexx. p. 704. respondet Latinorum formulis: *in extremis esse, in vltimis esse;* Graecorum: ἐν ἐσχάτοις εἶναι, ἐσχάτως διακεῖσθαι. v. *Wetstenius, Elsnerus, Heupelius, Kypkius, Münthius* ad h. l. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας] *impone ei manus.* ἐλθὼν ex Hebraismo redundat, ἵνα cum coniunctiuo idem valet quód imperatiuus, atque adeo ἵνα ἐπιθῇς est id. qd. ἐπίθες Matth. 9, 18. vnde et Syr. atque Vulg. habent: *veni, impone manus,* v. *Kypkius* et *Boltenius* ad h. l. neque adeo necesse est, vt cum *Beza* subintelligamus δέομαί σου· aut cum aliis παρακαλῶ σε. ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται] *vt valetudinem recipiat, et in viuis illa manebit:* de significatione verbi ζῆν, *in viuis manere,* vid. ad Matth. 9, 19. et *Kypkius* ad h. l.

24 — 26. ὄχλος — συνέθλιβον· nam ὄχλος cum collectiuum sit, sequitur pluralis, vt עם 1 Regg. 1, 40. vid. ad 3, 6. *Storrius* Obss. ad Anal. et Syntax. Hebr. p. 369. — 25. οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος, *sanguinis profluvio laborabat:* de hoc vsu particulae ἐν vid. *Raphelius* ad h. l. Cic. Tusc. 3, 4. *in morbo esse.* Matth. 9, 20. habet: αἱμοῤῥοοῦσα, vbi v. notata. — 26. πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν] *multa a multis passa medicis,* bene *Reichardus* sensum expressit: *a medicorum imperitia multum in-*

commodi perſenſerat, diuerſa adhibuerat medicamenta, morbo ipſo ſaepius atrociora. πάσχειν eſt verbum μέσον et vſurpatur non tantum de eo, *qui malis afficitur, vexatur*, ſed etiam de eo, *qui beneficiis afficitur*, ita, vt adiiciantur voces εὖ, ἀγαθὸν, τερπνὸν, κακῶς, vel etiam omittantur. v. *Kypkius* et *Wolfius* in Curis ad Gal. 3, 4. *Klotzius* ad Tyrtae. p. 138. H. l. πολλὰ πάσχειν malo ſenſu adhibitum extat, vt Matth. 27, 19. et oppoſita formula ὀλίγον πάσχειν legitur 1 Petr. 5, 10. Etiam verbum δαπανᾷν ponitur tam bono ſenſu, vt ſit: *impenſas facere, pecuniam impendere*, vt h. l. Aeſchin. Socr. 1, 9. v. *Marklandus* ad Lyſ. p. 605. et *Fiſcherus* ad Ariſtoph. Plut. 588. quam malo ſenſu: *abſumere, perdere*, vt Luc. 15, 14. v. *Krebſius* ad Iac. 4, 3. Pro τὰ παρ' ἑαυτῆς cum optimis et plurimis codd., iudice *Griesbachio*, legendum τὰ παρ' αὐτῆς, perquam autem frequenter librarii αὐτῆς et αὑτῆς, itemque ἑαυτῆς et αὑτῆς inter ſe permutarunt, v. *Fiſcherus* ad Plat. Euthyphr. 6, 11. Apol. 32, 11. Phaedo. 29, 18. ſed τὸ παρ' αὐτῆς πάντα ſunt *facultates omnes*, v. *Fiſcherus* ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 272. id. qd. ὅλον τὸν βίον Luc. 8, 43. καὶ μηδὲν — ἐλθοῦσα] *nihil tamen ſubleuata erat, imo auctus fuerat morbus.* ὠφελεῖν ſaepe apud medicorum filios occurrit, vt ſit *ſubleuare, opem ferre.* v. *Kypkius* ad l. μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον· de coniunctione aduerbii cum comparatiuo exempla plura attulit ad h. l. *Loesnerus.*

29. ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς, *ſanguinis eius fons exaruit.* πηγὴ τοῦ αἵματος, Leuit. 12, 7. 20, 18. מְקוֹר דָּמֶיהָ. Vocabulum enim מקור, non tantum *puteum, fontem* ſignificat, ſed etiam metaphorice ad alias res transfertur, quae copioſe humorem aliquem emittunt. Hanc ſermonis Hebraeorum conſuetudinem ſecutus eſt h. l. cum Alexandrinis Iudaeis, Marcus. Neque vero etiam inſolens eſt hic vſus loquendi ſcriptoribus Graecis. Sic πηγὴ δακρύων, *fons lacrimarum.* Ier. 9, 1. Philo de

Iof. p. 560. C. πηγήν τινα δακρύων ἐξαίφνης ἀνεὶς, *fonti quodam lacrimarum repente miſſo.* Sophocl. Electr. 888. vbi πηγὰς γάλακτος ſchol. explicat πολὺ γάλα, et addit: ὡς τὸ δακρύων πηγὰς, ἀντὶ τοῦ πολλὰ δάκρυα· add. Trachin. 862. Caeterum conf. notata ad Matth. 9, 22.

33. εἰδυῖα — τὴν ἀλήθειαν] *cum noſſet, quid ſibi iam contigiſſet, ad pedes Ieſu procubuit, eique rem omnem enarrauit.* ἀλήθεια, vt Hebr. אֱמֶת Deut. 22, 20. et Lat. *veritas*, Cic. pro Cluent. 51. haud raro *ipſam rei naturam et rationem* denotat, vt Hom. Od. λ', 506. πᾶσαν ἀληθείην μυθήσομαι, ὥς με κελεύεις Il. ὠ, 407. ἄγε δή μοι πᾶσαν ἀλήθειαν κατάλεξω· alia exempla plura collegit *Wetſtenius.* Hinc etiam h. l. in nonnullis codd. ex interpretamento legitur αἰτίαν.

34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην] *ſis felix, vale,* Hebr. לְכִי לְשָׁלוֹם quam formulam Alexandrini 1 Sam. 1, 17. expreſſerunt πορεύου εἰς εἰρήνην· 2 Sam. 15, 9. βάδιζε εἰς εἰρήνην· ſed Iudd. 18, 6. πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ et Exod. 4, 18. βάδιζε ὑγιαίνων. cf. omnino de huius formulae vſu *Pottus* ad Iac. 2, 16. et *Knappius* in Opuſcc. p. 584 ſq. τῆς μάστιγος, vid. ad 3, 10.

35. ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου ſcl. τινές· *venerunt nonnulli ex aedibus archiſynagogi.* Sic ἀπὸ legitur quoque Ioh. 18, 28. ἄγουσιν — τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα, *ex aedibus Caiaphae.* Terent. Phorm. 4, 6. 5. *nam quae haec anus eſt exanimata, a fratre quae egreſſa eſt meo,* i. a domo fratris, vt Donatus explicat. Heaut. 2, 2. 6. *a patre aliquis exiens,* pro e domo patris. Hecyr. 5, 1. 8. *ſed quid Bacchidem ab noſtro affine exeuntem video?* i. ex affinis domo. De verbo σκύλλειν cf. Matth. 9, 36.

38. Pro ἔρχεται codd. plures habent ἔρχονται· male; librariis placuit in locum ſingularis ſufficere pluralem,

quoniam praeter Iefum, tres difcipuli v. 37. commemorati erant. Nam vt bene monuit *Griesbachius* Comment. Crit. Part. 3. p. 9. ἔρχονται non propter fequens θεωρεῖ et εἰςελθὼν λέγει, mutatum eft in ἔρχεται· quod fi enim etiam fumas Euangeliftam fcripfiffe καὶ ἔρχονται — θεωρεῖ — λέγει· nulla tamen in hoc fermonis contextu ineft difficultas aut obfcuritas, quae ad refingendum textum impellere quemquam potuiffet. Omnia enim bene cohaerent. Marcus Iefum *vna cum difcipulis* aduenifse primo tradidit, ac deinceps narrare pergit, quae *Iefus ipfe* viderit, dixerit, fecerit. ἀλαλάζειν proprie dicebantur milites, qui ante pugnam et initio pugnae clamorem, ἀλαλὰ tollebant, vt et hoftes terrerent, et incitarent fuos, v. Xen. Agef. 2, 10, H. Gr. 4, 3. 10. deinde hoc idem verbum adhibebatur de quouis clamore, de quauis vociferatione, fiue laeta, fiue trifti. v. *Spanhemius* ad Iulian. Caef. p. 233 fq. *Hutchinfonus* ad Xen. Cyr. 3, 2. 9. *Albertius* ad Hefych. f. v. ἀλαλαγμός· *Kypkius*, *Heupelius* et *Elsnerus* ad h. l. In verfione Alexandrina refpondet verbo הֵרִיעַ, quod non tantum de vociferatione laeta, fed etiam de lamentis et eiulatu adhibetur, Ief. 15, 4. Mich. 4, 9. et verbo הֵילִיל, quod etiam *lamentari*, *lugere* notat, Ier. 25, 34. 47, 3. atque hoc ipfo fenfu h. l. ἀλαλάζειν extat, vt Eurip. Electr. 843. ἤσπαιρεν, ἠλάλαξε, *palpitabat et eiulabat.* Ier. 25, 34. ἀλαλάξατε ποιμένες, *eiulate paftores.* 47, 2. καὶ ἀλαλάξουσιν ἅπαντες, *et eiulabunt omnes.* Itaque fine omni idonea ratione *Beza* ἀλαλάζειν h. l. mutare voluit in ὀλολύζειν. Caet. vid. Matth. 9, 23 fqq.

40. καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, *cum fuis comitibus*: v. not. Matth. 12, 3. intelliguntur difcipuli tres fupra v. 37. memorati. εἰςπορεύεται (fcl. εἰς τὸν τόπον) ὅπου κ. τ. λ. *intrabat conclaue, vbi puella iacebat.* Participium ἀνακείμενον plures codd. omittunt, in aliis legitur κείμενον, in aliis κατακείμενον, κατακεκλίμενον, κατακλίμενον, καταβεβλημένον. vid. *Griesbachius*, qui hoc participium delendum

censet. Mihi secus videtur. Verbum ἀνακεῖσθαι de aegrotis lecto affixis occurrit, v. *Palairetus* ad h. l. sed rarius, praeterea librarii saepius composita mutarunt in simplicia, hinc varietatis lectionis origo repetenda videtur.

41. τοῦ παιδίου — αὐτῇ. Pronomen αὐτῇ non genere, sed sensu, cohaeret cum παιδίου· admodum frequens est haec enallage generis, vt Matth. 28, 19. τὰ ἔθνη — αὐτούς. Gal. 3, 16. τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός 4, 19. τέκνα μου οὓς πάλιν ὠδίνω. Tobiae 1, 21. καὶ ἐζητήθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὰ σώματα — ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ — ὅτι ἔθαπτον αὐτούς. vid. et *Fischeri* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 308 sqq. — 41. ταλιθὰ κοῦμι] Syr. et Chald. טליתא קומי *puella surge*; in nonnull. libris vitiose legitur ταβιθὰ, quae lectio suam originem debet grammaticis atque librariis linguae Syriacae et Chaldaicae ignaris, et deprauationi occasionem dedisse videtur locus Act. 9, 40. τὸ κοράσιον] pro ὦ κοράσιον, vt Luc. 8, 54. ἡ παῖς pro ὦ παῖς· add. Marc. 15, 34. coll. Matth. 27, 46. vid. *Fischerus* ad Wellerum l. c. p. 319 sq. σοὶ λέγω Marcus de suo adiecit, vt Iesu iussum eo significantius redderet.

43. καὶ διεστείλατο — γνῷ τοῦτο] *Iesus autem seuere eos vetabat hanc rem diuulgare: αὐτοῖς, parentibus*, vid. Luc. 8, 56. quos dare iubebat, εἶπε id. qd. ἐκέλευσε, (vt Matth. 4, 3. al. v. *Elsnerus* ad h. l. Luc. 8, 55. habet διέταξε) puellae cibum, vt appareret, eam non tantum in vitam rediisse, sed esse etiam recte valentem. Non autem perpetuum parentibus imponebat Iesus silentium, res enim reticeri non poterat, cum satis multi audissent vocem patris Christo supplicantis, et auribus percepissent mortis nuntium, atque in ipso cubiculo, in quo puella iacebat, adfuissent praeficae (Matth. 9, 23.), sed vetuit tantum, ne statim rem diuulgarent, vt effugere posset populi multitudinem, quae ad aedes concurrerat, nec ei occasionem ad seditionem praeberet.

CAPVT VI.

1. 2. εἰς τὴν πατρίδα, intelligitur Nazarethum. vid. not. ad Matth. 13, 54. coll. Luc. 4, 16. — 2. γενομένου σαββάτου, *die sabbati.* γενομένου id. qd. ὄντος, παρόντος. καὶ πολλοὶ — λέγοντες] *et multi auditores obstupefacti dicebant* etc. Lucas 4, 22. scripsit πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ — καὶ ἔλεγον, vbi ad ἔλεγον subintelligi debet τινές· nam non omnis congregata in synagoga multitudo, quae Iesum approbarat et laudarat, illa eiiciebat dicteria, quae h. l. et Luc. l. c. leguntur. Scilicet Marcus ostendit, quam vim habuerit Christi doctrina et oratio in animos aduersariorum ipsius; hi nimirum primum admiratione capti tenebantur, deinde vero sedatiores facti, inuidia ducti, vt Iesum in contemtum adducerent, ridentes dicebant: πόθεν τούτῳ ταῦτα; κ. τ. λ. Lucas vero l. c. ostendit primo, quam vim habuerit in animos omnium auditorum Christi doctrina et oratio, et speciatim deinceps voces inuidorum affert. In nonnullis libris scriptum extat οἱ πολλοὶ et ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ s. ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Nempe grammatici recordati verborum, quae Matth. 7, 28. leguntur, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, haec ipsa verba in marg. notabant, et vt significarent per πολλοὺς intelligendum esse populum, πολλοὺς esse id. qd. οἱ ὄχλοι, voci πολλοὶ praefigebant articulum οἱ. — πόθεν τούτῳ ταῦτα; κ. τ. λ.] breuiter rem exposuerunt Matthaeus et Marcus; illustratio e Luc. 4, 16 sqq. petenda. Scilicet praelegerat Iesus in synagoga locum Ies. 61, 1. 2. cuius sensus omnino est: iussu diuino annuntio vobis laetissimum tempus. Vberius et accuratius illud oraculum Iesus inter-

pretatus erat, et ad fe pertinere oftenderat, a fe enim iuffu diuino laetiffima popularibus fuis tempora, tempora Meffiae effe annuntianda; cohortatus porro erat auditores fuos, vt fuam doctrinam, quae viam ad felicitatem monftraret, admitterent. — Hoc fere fuiffe argumentum orationis Chrifti tunc temporis in fynagoga habitae, fatis perfpicue docet orationis feries Lucae l. c. et vel hic ipfe locus nofter, add. Matth. 4, 23. 10, 7. Lucam autem fummam tantum orationis Chrifti attuliffe, e Lucae 4, 22. patet, vbi Judaei dicuntur admirati effe eius fuauitatem dicendi. — Iam Iudaei illi, qui h. l. Luc. et Matth. ll. parall. loquentes inducuntur, refpicientes locum Ief. praelectum et ipfam Chrifti orationem, dicebant πόθεν τούτῳ ταῦτα; *vnde huic*, homini obfcuro et illiterato, cuius propinqui, qui inter nos verfantur, de plebe, nec literis imbuti funt, *haec contigerunt?* καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ; *quae tandem fapientia ei diuinitus* (ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, v. ad Matth. 13, 11.) *conceffa eft?* quomodo tandem ei diuinitus tanta conceffa effe poteft fapientia, vt poffit prophetae perfonam agere (vid. not. ad verba Luc. 4, 18. πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· add. h. l. v. 4. οὐκ ἔτι προφήτης ἄτιμος) nos edocere, nobisque viam ad felicitatem monftrare, aureaeque aetatis initia iuffu diuino annuntiare? καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; *num ifte tam admiranda facinora patrat*, inter nos, quanta patraffe dicitur Capernaumi? talia et hic faciat, atque fic legationem fuam diuinam confirmet. Haec illos homines dixiffe, et hoc modo verba καὶ δυνάμεις κ. τ. λ. explicanda effe, ipfa Chrifti refponfio docet. v. Luc. 4, 23. 24. Nazarethi autem non multa Chriftus miracula fecerat, vt Matth. 13, 54. et infra v. 5. legitur. Particula ὅτι a pluribus optimae notae codd. et verff. abeft, in aliis legitur ἵνα — γένωνται, vnde recte *Griesbachius* et *Matthaeus* eam ex ordine eiecerunt. διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ex Hebraifmo pofitum eft pro δι' αὐτοῦ, *per eum*, Ief. 64, 6. בְּיַד עֲוֹנֵנוּ, διὰ τὰς

ἁμαρτίας ἡμῶν· add. Ex. 9, 35. *Glassius* Phil. S. p. 113. et *Leusdenius* de Hebraism. p. 87.

3. ὁ τέκτων. In nonnull. codd. et verss. legitur ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, quod interpretamentum e Matth. 13, 55. desumtum, debet originem suam hominibus iis, qui putarent, artem fabrilem nequaquam Christum decere. v. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Griesbachius* l. c. p. 9. et nos ad Matth. l. c.

4. 5. καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ contemnitur a propinquis *et domesticis.* — 5. καὶ οὐκ ἠδύνατο — ἐθεράπευσε] *non potuit ibi vllum miraculum edere, nisi quod paucos quosdam aegrotos, impositis manibus, sanabat.* Varias huius loci interpretationes laudarunt *Wolfius* in Curis, et *Koecherus* in Analectis ad h. l. Plerumque δύνασθαι h. l. idem esse volunt quod θέλειν, vt sensus sit: nolebat Iesus miracula edere, propter ciuium suorum ἀπιστίαν, animique duritiem. Neque huic interpretationi vsus loquendi interpretum Alexandrinorum, scriptorum Graecorum Latinorumque repugnat. Etenim Alexandrini Hebraicum verbum מָאֵן *recusare, nolle,* exprimunt μὴ δύνασθαι Iob. 6, 7. vid. et *Valckenarius* ad Herodo. 7, 133. Eustathius ad Hom. Il. δ', 352. p. 482. Hesychius: δύνασθαι· θέλειν. Sic et *posse* pro *velle* Ouid. Met. 3, 436. Virg. Aen. 12, 177. v. *Schefferus* ad Phaedr. 3, 7. 8. Sed non necesse est, vt a propria et vulgari verbi δύνασθαι significatione recedamus; *non poterat patrare miraculum* i. e. non patrabat miraculum, nempe ob ἀπιστίαν et σκληροκαρδίαν ciuium suorum. Nam verbum δύναμαι, *possum,* etiam ab interpretibus Alexandrinis, auctoribus librorum N. T. et scriptoribus exteris, aliis verbis ita iungitur, vt haud raro redundet; sic Deut. 12, 17. οὐ δυνήσῃ φαγεῖν· add. Gen. 18, 17. 43, 32. Ioh. 12, 39. διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν. Phaedr. 1, 15. 6. *ne possent capi,* pro *caperentur,* vbi v. *Burmanus,* add. Obss. Miscell. Vol.

7. p. 238. *Krebsius* ad Decret. Athenienf. p. 76. *Koenius* ad Gregor. de dial. p. 56. *Fischerus* ad Plat. Phaed. 49, 42. et nos ad Matth. 9, 15. Itaque h. l. οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν eft id. qd. οὐκ ἐποίησε, vt legitur Matth. 12, 58. vbi v. notata. ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, v. Matth. 9, 19.

6. καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, *indignatus est, aegre ferebat* l. *vituperabat eorum pertinacem contumaciam*, coll. Luc. 4, 25 fqq. θαυμάζειν, *indignari*, *vituperare*. Gal. 1, 6. vid. et Index. *Reisk.* Demofth. *Abreschius* Dilucc. Thucyd. p. 509. Conftruitur θαυμάζειν h. l. cum particula διὰ, vt Apoc. 17, 7. Ael. H. V. 12, 6. Diod. Sic. p. 242. B. Rhod. aliis in locis cum περί (τινος) Luc. 2, 18. cum ἐπί (τινι) Luc. 4, 22. quoniam Hebraei verbum תמה fequi iubebant particulaam על, v. Ecclef. 5, 7. quae particulis διὰ, ἐπὶ et περὶ in verf. Alex. refpondet.

7. Vid. Matth. 10, 1. 2. ἤρξατο ἀποστέλλειν pro ἀπέστειλε, Luc. 10, 1. *emittebat*. v. Matth. 4, 17. δύο δύο, *binos:* nempe Hebraei, vt declaretur distributio numerorum in partes aequales, fic folent geminare vocabula, Gen, 7, 2. שִׁבְעָה שִׁבְעָה, *feptenas;* Graeci hanc in rem vtuntur vocula ἀνὰ, vt Luc. 10, 1. vel κατὰ, vt Ael. H. V. 2, 25. 49. v. *Vorftius* de Hebraifm. p. 312 fq. *Glaffius* Phil. S. p. 16. *Dath.* et *Leusdenius* de Hebraifm. p. 82.

8. 9. εἰ μὴ ῥάβδον μόνον] vid. ad Matth. 10, 10. ibi etiam legimus, v. 5. admonuiffe Iefum fuos, vt folummodo Iudaeos edocerent, nec ad gentiles fefe conferrent. Marcus (fin aliter haec in fuo archetypi exemplari reperit) ea omifit, partim quoniam hoc Chrifti, *prima vice* tunc legatos fuos emittentis, praeceptum, ad tempus tantum valebat, vid. not. ad Matth. l. c. partim

quoniam scribebat christianis e gentilibus, ne hos offenderet. χαλκός, vt Lat. *aes*, Terent. Phorm. 3, 2. 26. notat quoque *pecuniam*, *nummos*, vt infra 12, 41. epist. Ier. v. 35. οὔτε πλοῦτον, οὔτε χαλκὸν οὐ μὴ δύνωνται διδόναι· add. 3 Esdr. 8, 57. Hesych. χαλκοῦς· τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου ἔλεγον. Eodem modo vtebantur Graeci vocabulo ἀργύριον, *argentum*. Etymol. M. v. ἀργυρόηλον et ex eo Phauorinus v. ἀργύριον· ἰσέον, ὅτι πᾶν νόμισμα, εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ, εἴτ' ἐν χρυσῷ, εἰώθασιν ἀργύριον καλεῖν. — 9. ὑποδεδεμένους σανδάλια scl. πορεύεσθαι· de voce σανδάλια v. ad Matth. 10, 10.

11. χοῦς, Hebr. עָפָר, Aqu. Iob. 42, 6. οἱ ό Gen. 2, 7. id. qd. κονιορτός, *puluis*, Matth. 10, 13. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, *quod sit testimonio aduersus eos*, eos nimirum spreuisse doctrinam vestram, atque adeo vos nihil amplius cum iis commercii habere velle. Vltima huius versus verba ἀμὴν λέγω ὑμῖν κ. τ. λ. recte *Griesbachius*, praeeuntibus *Erasmo* et *Millio*, delenda censuit, cum ea absint a codd. diuersarum familiarum praestantissimis, nec probabilis afferri possit ratio, ob quam omissa, aut consulto expuncta sint. Translata sunt in hunc locum e Matth. 10, 15.

12. 13. καὶ ἐξελθόντες κ. τ. λ.] *egressi igitur docebant animum esse mutandum*, adesse tempora Messiae. v. Luc. 9, 2. Matth. 10, 7. ibique not. — 13. καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλον] *multos genios malos expellebant* nomine Iesu Messiae (Act. 16, 18.) eiusque auxilio freti. v. Luc. 10, 17. not. Matth. 18, 6. καὶ ἤλειφον — ἐθεράπευον] *aegrotosque haud paucos, oleo adhibito, sanabant.* In Orientis regionibus et ad meridiem olea erant valde generosa, et in curandis morbis variis veteres, nominatimque Iudaei adhibere solebant olea; vid. *Wetstenius* ad Luc. 10, 34. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad Matth.

6, 17. et ad h. l. Auctore Iofepho B. I. c. vlt. medici iufferant Herodem in fupremo morbo ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναθάλψαι τὸ σῶμα. In curatione vulnerum fuiffe oleum adhibitum, e Luc. 10, 34. perfpicitur. Hinc recte, opinor, plures interpretes oleum h. l. memoratum effe contendunt, tanquam medicamentum, quo Apoftoli morbos curaffent. v. *Schulzius in Anmerkk.*, *Paulus* ad h. l. *Pottus* ad Iac. 5, 15. Et verba Marci, ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, mea fententia commode ita intelligi poffunt: multos aegrotos, quorum morbi ita comparati effent, vt oleo fanari poffent, ab Apoftolis effe fanatos. Alius generis morbos fanandi occafio iis, tunc temporis, non erat oblata; aut fi fortaffis occafionem nacti erant, eos ἀπιστία quaedam deterrebat. v. Matth. 13, 58. 17, 16. ibique not. Alii contra h. l. de miraculofa fanatione cogitant, notantque, vnctionem illam fuiffe nonnifi fymbolicam, qua fignificaretur, cum oleo effundi veluti in aegrotum rectam valetudinem, adiuuante et moderante ita Deo. Hanc autem actionem fymbolicam fuscepiffe Apoftolos, vt certi euentus exfpectatio, atque admiratio excitaretur. vid. *Deylingius* Obff. P. 3. n. 48. *Wolfius* in Curis, et *Morus* Praelectt. in ep. Iac. ad Iac. 5, 15.

14. 15. Lucas 9, 7. fcribit, dubium Herodem haefiffe, quid de Iefu ftatueret? cum aulicorum nonnulli eum Iohannem baptiftam, alii Eliam, alii vnum antiquorum vatum dicerent. Matthaeus 14, 2. et Marcus h. l. oftendunt, in quas tandem partes Herodes, confcientia ipfum pungente, difcefferit, eum nimirum in fententiam ab initio improbatam, re accuratius ponderata, conceffiffe, et credidiffe, Iefum effe Iohannem in vitam reuerfum. ἤκουσεν fcl. τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ· vid. Matth. l. c. *Glaffius* Phil. S. p. 267. φανερὸν γὰρ — ὄνομα αὐτοῦ, *fama de Iefu dimanauerat.* ὄνομα, vt Hebr. שֵׁם, *fama, nominis celebritas.* vid. *Schleusneri* Lex. h. v. Pro

ἔλεγεν nonnulli libri habent ἔλεγον· ſed proba eſt lectio vulgaris. Saepius a librariis literae ε et ο inter ſe permutatae ſunt, fortaſſis tamen etiam grammatici, e Lucae 9, 7. et cum h. l. ſequatur, ἄλλοι ἔλεγον — ἄλλοι δὲ ἔλεγον, pro ἔλεγεν reſcripſerunt ἔλεγον. — 15. ὅτι προφήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν] alii affirmabant: *eum vatem eſſe, nempe vnum antiquorum vatum* ab inferis reducem h. e. affirmabant eum eſſe vnum veterum illorum prophetarum, quicunque demum ſit. Luc. 9, 7. ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη· coll. v. 19. vid. et not. ad Matth. 11, 9. Particula ἢ, quae interdum obtinet vim particulae καὶ, v. Matth. 5, 17. interpp. ad 1 Cor. 11, 27. *Palairetus* ad Act. 1, 7. h. l. reddi poteſt *et quidem*, l. *nempe*, v. *Vigerus* de Idiotiſm. L. Gr. 7, 7. 5. p. 410. a. ed. *Herm.* et particula ὡς *reuera*, (vid. ad Matth. 14, 5.) vt adeo ἢ ὡς ſit, *et reuera quidem*, vel etiam dici poteſt, ὡς h. l. redundare, vt Marc. 4, 31. Sed particula ἢ in plurimis et optimis diuerſarum recenſionum libris deeſt, ac propterea recte eam *Griesbachius* et *Matthaeus* ex ordine eiecerunt. Illa autem particula ἢ remota, ὡς exprimi debet, *nempe, ſcilicet*, quae voculae interpretatio huic loco conuenientiſſima eſt, et hoc ſenſu ὡς frequenter recurrit. v. *Wolfius* in Curis ad 2 Cor. 5, 19. *Raphelius* Obſſ. Xenoph. p. 240. Alii verba ὡς εἷς τῶν προφητῶν vertunt: *ſicut vnus prophetarum* i. ſimilis prophetis antiquis; ſatis languide, nec fauet huic explicationi locus parallelus Luc. 9, 8. 19. Caeterum εἷς poſitum eſt pro τίς· v. ad Matth. 16, 14.

16. Veriſſime reſcripſit *Griesbachius*, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν· commendant hanc lectionem praeſtantiores codd. Alexandrinae et Occidentalis recenſionis, et Marci vſus loquendi 12, 10. praeterea etiam ſponte ſe offert ratio, qua lectio οὗτός ἐστιν, αὐτὸς ἠγ. in textum venerit: librarius, qui oculos in verſum ſequentem coniecerat, pro οὗτος ſcribebat αὐ-

τὸς, grammatici in margg. lectionis varietatem notabant, librarii alii poftea vtrumque vocabulum οὗτος et αὐτὸς in textum recipiebant, et copulabant verbo ἐςί. Caeterum ὃν — Ἰωάννην — οὗτος pofitum eft pro: Ἰωάννης ὃν ἐγὼ ἀπεκεφ. οὗτος ἠγ. nomen fequitur cafum relatiui, et accufatiuus h. l. legitur pro nominatiuo; de qua loquendi forma vid. ad Matth. 21, 42. add. Act. 21, 16. παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι, pro Μνάσωνά τινα Κύπριον, ἀρχαῖον μαθητὴν παρ' ᾧ ξενισθῶμεν. Plaut. Amphit. 4, 1. 1. *Naucratem, quem conuenire volui, in naui non erat.* Terent. Andr. Prolog. *Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.*

19. ἐνεῖχεν αὐτῷ, *ei irata, infenfa.* Verbum ἐνέχειν, quod Alexandrini vfurparunt ad exprimendum Hebr. שטם Gen. 49, 23. notat: *irafci, infenfum effe*, vt Herodo. 6, 119. 8, 27. vbi v. *Weffelingius.* Hefychius: ἐνεῖχον, ἐχόλουν, ὠργίζοντο. vid. et *Hammondus* atque *Wetftenius* ad h. l. οὐκ ἠδύνατο, non potuerat ex voto rem perficere.

20. Herodi enim carus Iohannes fuerat. ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, *Iohannem, quem virum probum et pium noffet, reueritus:* etenim φόβος et φοβεῖσθαι non tantum de metu, fed etiam de reuerentia, quam praeftamus aliis, haud raro adhibentur, vt Eph. 5, 33. Plutarch. Galba p. 1061. καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος. Sic quoque Hebr. ירא Ex. 1, 17. Ief. 29, 23. καὶ συνετήρει αὐτόν] *et tuitus erat:* συνετήρει αὐτὸν alii vertunt: *eum captiuum tenebat*, quae tamen fignificatio orationis feriei neutiquam conueniens eft, et praeceſſerat iam v. 17. ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ. Itaque rectius exponitur: *feruarat eum incolumem*, tuitus eum erat, ne a quoquam laederetur, cum ei infenfa effet vxor Herodis. Hoc modo שמר pofitum extat Gen. 28, 19. et τηρεῖν ap. Aefchin. Socr. 3, 19. καὶ ἀκούσας — ἤκουε] *eique monenti faepius morem gefferat, dicen-*

temque lubenter audiuerat. *Paulus* fufpicatur Herodem audiuiffe Iohannem, quoties in arcem Machaeruntinam, in qua Iohannes captiuus tenebatur, fefe contuliffet. Fortaffis ergo etiam Iohanni Herodes impofuerat, fe eum captiuum tenere, quo prius ipfum tueri poffet ab infidiis reginae iratae? Haec vero parum probabilia funt. Adftipulor potius *Grotio*, cui quae hoc in verfu leguntur, et ea quae proxime praeceſſerunt, vt verba Matth. 14, 2 fqq. per tempus plusquamperfectum explicanda videntur, ficuti ea quoque recte interpretatus eft *Boltenius* in verfione fua Marci vernacula. Haec igitur: *multa fecerat Herodes Iohannis admonitu, et libenter eum audire folitus erat*, referenda funt ad tempus quod praeceſſerat captiuitatem Iohannis, ita tamen, vt poftea quoque earum rerum memoria faepe Herodis animo oberrauerit, etiam tum, cum, vt Matthaeus refert, interficere illum cuperet, vxori obnoxius. Dubitarunt etiam nonnulli interpretes, an Marcus fcribere voluerit et potuerit, Herodem multa in gratiam Iohannis feciffe. Quidni vero Herodes potuerit multis in rebus, vel vt placeret populo, Iohannis nondum in vincula coniecti, quem libenter audiret, cuius probitas ei erga illum venerationem aliquam extorfiffet, parere monitis, equidem non perfpicio. Male igitur *Heinfius* legendum effe coniecit: καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, *vtque audiret eum, omnem dabat operam.* Aeque male in quibusdam libris pro ἐποίει fcriptum extat ἠπόρει, vt dicatur Herodes fluctuaffe, aut commotus animo fuiffe, cum Iohannem audiuiffet. Adfcriptum eft hoc interpretamentum a grammaticis, (quibus quoque mirum videretur, Herodem Iohanni multis in rebus obfecutum effe), e Luc. 9, 7.

21. καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου] vertunt: *tempore quodam opportuno; cum dies opportunus adeſſet.* Sed ad quid opportunus? num ad Iohannem decollandum? an ad conuiuium regium celebrandum? Eft potius ἡμέρα

εὔκαιρος, *dies festiuus et solennis*, quo a laboribus abstinetur, vt tempus hilaritati detur, Hebr. יוֹם טוֹב, et accuratius definitur h. l. sequenti τοῖς γενεσίοις. Gloss. vett. εὔκαιρος· σχολάζουσα, *dies ferialis;* etiam verbo εὐκαιρεῖν Macedones et Alexandrini ita vtebantur, vt notaret *otium habere, otium in aliqua re ponere, otio abundare.* v. 1 Cor. 16, 12. infra v. 31. *Wetstenius* ad h. l. et *Fischerus* Proluss. de vitiis Lex. p. 695 sq. Gloss. vett. εὐκαιρῶ, *vaco.* εὐκαιρεῖ, *vacat.* Phrynichus: εὐκαιρεῖν — εὖ σχολῆς ἔχειν. μεγιστᾶσιν] *imperii proceribus;* voc. μεγιστᾶνες e lingua Persica, in qua de regis Persarum amicis et principibus vsurpabatur, v. Ioseph. Ant. 11, 3. 2. Dan. 6, 17. Sueton. Calig. 5. Senec. ep. 21. in linguam Macedonicam et Alexandrinam translatum est, ita, vt adhiberetur de regni cuiusque proceribus, de amicis regum, vt h. l. omninoque de iis qui dignitate et potestate essent conspicui. v. *Wetstenius, Heupelius, Kypkius* ad h. l. et *Sturzius* de dial. Maced. et Alex. p. 180 ss. χιλιάρχοις, *militum ducibus*, vt Apoc. 6, 15. 19, 18. Hebr. אַלּוּף, Zach. 9, 7. πρώτοις, magistratibus Galilaeae praecipuis.

25. 26. μετὰ σπουδῆς, *festinanter*, Hebr. בְּחִפָּזוֹן, Deut. 16, 3. Dan. 2, 25. vbi οἱ ό· ἐν σπουδῇ Esr. 4, 23. σπουδῇ id. qd. σπουδαίως. Diod. Sic. p. 426. A. *Rhod.* μετὰ σπουδῆς ἐκπλεῦσαι *celeriter e portu soluere.* ἐξ αὐτῆς scl. ὥρας, *continuo, statim.* Polyb. 14, 2. Hebr. מְהֵרָה. v. *Fischerus* Proluss. de vit. 4, 2. et *Wetstenius* ad h. l. — 26. διὰ τοὺς ὅρκους subintell. ἀλλὰ, de qua ellipsi vid. *Bosius* de Ellips. sub ἀλλὰ, p. 752. ed. *Schaefer.* οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι] *noluit ei fidem datam fallere*, id. qd. πίστιν ἀθετεῖν s. τὴν δοθεῖσαν πίστιν ἀθετεῖν. v. *Wetstenius* ad h. l. Alexandrini interpp. hoc verbo vtuntur ita, vt illud vel nude ponant, vel ei copulent praepositionem εἰς, vel accusatiuum personae, vt Ps. 14, 6. ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ καὶ οὐ ἀθετῶν· vbi respondet

Hebr. תמיד. Pf. 131, 11. *ὤμοσε κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτόν.* add. Ier. 3, 20. 12, 6. Thren. 1, 3. vbi in textu Hebraico legitur בגד. v. et *Kypkius* ad h. l.

27. *σπεκουλάτωρα*, *fpiculatorem*, aut vt alii volunt, *fpeculatorem*, vocabulum origine Latinum, ciuitate Graeca, etiam Hebraica donatum. v. *Lightfootus* et *Schoettgenius* ad l. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 1533. Ita dicti funt fatellites regii, a *fpiculo* quod geftabant, vnde Graecis quoque *δορυφόροι* dicebantur. Suidas: *σπηκουλάτωρος*, *δορυφόρου.* vid. *Lipfius* ad Tacit. Ann. 1, 24. Alii a *fpeculando* deducere volunt, quoniam fatellites fpectare debent, ne fiant infidiae ei, cuius corpus ftipant. Hi autem fatellites inter alia etiam debebant fupplicia fumere a reis et capitis damnatis, eosque decollare. Gloff. vett. *ὁ ἀποκεφαλίζων*, *fpeculatus* i. e. fpeculator. vid. *Fifcherus* Proluff. de vit. p. 692. et 489. Seneca de Benefic. 3, 25. *fpeculatoribus occurrit, nihil fe deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit, et deinde ceruicem porrexit.* de Ira 1, 16. *Centurio fupplicio praepofitus, condere gladium fpeculatorem iubet.* Iulicus Firmicus, 8, 26. *fpeculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputant ceruices.* vid. et not. ad Matth. 27, 35. *Wolfius* in Curis, et *Koecherus* in Analectis ad h. l.

29. *καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ*, cf. Matth. 14, 12. 24, 28.

30. 31. Vid. Matth. 14, 13. coll. Luc. 9, 10. — 31. *ὑμεῖς αὐτοὶ vos foli*, dimiffis caeteris, de quo pronominis *αὐτὸς* vfu vid. *Palairetus* ad h. l. et *Schleusnerus* Lex. h. v. *εἰς ἔρημον τόπον*, *in folitudinem* propinquam Bethfaidae. *καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον* fcl. *χρόνον*, v. L. *Bofii* Ellipf. p. 552 fq. ed. *Schaeferi*. *paululum ibi quiefcite.* Hanc non vnicam fuiffe cauffam difceffus Chrifti

Apoſtolorumque notauimus ad Matth. 14, 13. ἦσαν γὰρ κ. τ. λ.] *tanta enim erat hominum venientium* opem Chriſti expetentium, eumque audire cupientium, *et discedentium*, qui votorum ſuorum compotes facti erant, *frequentia, vt ne cibum quidem capere iis vacaret.*

33. Locus interpolatus. Etenim non modo οἱ ὄχλοι poſt ὑπάγοντας· et αὐτὸν (pro quo alli libri habent αὐτοὺς) poſt ἐπέγνωσαν ſunt additamenta grammaticorum, quibus verba Euangeliſtae conciſe ſcribentis obſcuriora viderentur, quique his additamentis in margg. codd. adſcriptis ad faciliorem orationis intelligentiam conferre vellent; ſed etiam vltima verba καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν, ex eodem fonte fluxerunt. vid. *Griesbachii* N. T. ad h. l. et eiusdem Comment. Crit. in Marc. Part. 3. p. 14 ſq. Verba illa aduenticia et inſitiua οἱ ὄχλοι et αὐτὸν poſt ἐπέγνωσαν plures praeſtantiſſimi codd. omittunt, verba vltima autem multi libri quoque omittunt, in reliquis vario modo leguntur, ita, vt haec ipſa ſcripturae inconſtantia interpolationem aperte prodat. Hinc mihi cum *Griesbachio* ſincera et germana loci ſcriptura haec fuiſſe videtur: καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας· καὶ ἐπέγνωσαν πολλοί· καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον, καὶ ἦλθον ἐκεῖ· h. e. *cum eos*, Ieſum et Apoſtolos, *traiicientes vidiſſent, et agnouiſſent*, intellexiſſent, nauigantes eſſe Ieſum et ipſius diſcipulos, *multi, terreſtri itinere* (v. Matth. 14, 13.) *ex omnibus vrbibus* circumiacentibus, in quibus hactenus docuerat Ieſus, *concurrentes ibi* in ſolitudine *aduenerunt* ſ. *congregati ſunt.* Sapienter *Griesbachius* e cod. 1. perantiquarum lectionum pleno, et praeſtantioribus Italae exemplaribus recepit συνέδραμον, καὶ ἦλθον ἐκεῖ· cum ſic facillime quoque appareat, quomodo oriri potuerint gloſſemata καὶ προῆλθον, προςῆλθον (quae verba perquam frequenter librarii inter ſe permutarunt, v. Matth. 26, 39. Marc. 14, 35.) συνῆλθον et ex his gloſſematibus lectiones caeterae.

34. *καὶ ἐξελθὼν* scl. *ἐκ τοῦ πλοίου, naui egressus.* *ὁ Ἰησοῦς* plures libri omittunt, in aliis ante *εἶδεν* collocatum legitur, hinc recte illud expunxit *Griesbachius.* *ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, commotus est eorum sorte,* vid. ad Matth. 9, 36. *πολλὰ,* Luc. 9, 11. *ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο.*

35. 36. *καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, cum magna diei pars praeteriisset.* vid. ad Matth. 14, 15. et *Elsnerus* ad h. l. *εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, in agros et vicos circumiacentes:* Xen. Cyr. 7, 2, 7. *εἵποντό με πάντες οἱ κύκλῳ βασιλεῖς, finitimi undique: κύκλῳ,* Hebr. סביבות, Ps. 50, 3. Num. 11, 24 Ier. 32, 44. — 36. *ἀγοράσωσιν — ἔχουσιν*] verior lectio videtur, quae in diuersarum familiarum codd. et versionibus antiquis legitur: *ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν·* vocabulum *ἄρτους* est interpretamentum verborum *τί φάγωσιν,* quod in marg. grammatici enotarant. Infinitiuus *φαγεῖν,* qui in nonnullis libris extat pro *φάγωσιν,* a librariis festinantibus e v. 37. in hunc locum venit; et verba *οὐ γὰρ* f. vt alii exhibent *ὅτι ὧδε οὐκ ἔχουσιν,* e Matth. 15, 32. et Marc. 8, 2. in textum irrepserunt.

37. *καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπελθόντες κ. τ. λ.*] *num abeamus, emamusque ducentis denariis panes, quos illis comedendos porrigamus?* „Cum Christum constet habuisse *γλωσσόκομον,* et in eo ex amicorum collatione pecuniae aliquid, tum in suos et duodecim comitum, tum in pauperum vsus (v. Ioh. 12, 6. Matth. 26, 8. Luc. 8, 3.); haud improbabile est, fuisse illi tunc temporis, cum ab oppidis in agros, velut ibi mansurus aliquamdiu secessisset, denarios ducentos.“ Sunt verba *Grotii* ad h. l. Interrogatio discipulorum, siue potius Philippi (v. Ioh. 6, 7. quod vni tantum competit, a scriptoribus N. T. saepius pluribus tribuitur, vid. ad Matth. 28, 6.) erat

cum admiratione et indignatione quadam coniuncta. Philippo ducentorum denariorum profusio, nimia ac temeraria videbatur, nec ducentorum denariorum panes ipsius iudicio sufficere poterant tam magnae hominum multitudini satiandae. Itaque sensus interrogationis est: visne vt omnem pecuniam, quam nobiscum portamus, horum hominum vsui impendamus? neque panes ducentis denariis emti, sufficerent tot multis satiandis. conf. Luc. 8, 13. Ioh. 6, 7. διακοσίων δηναρίων, vid. ad Matth. 18, 28.

39. συμπόσια, συμπόσια] *cateruatim.* Συμπόσιον prop. est *compotatio,* Sir. 31, 36. deinde *conuiuium,* Hebr. מִשְׁתֶּה Esth. 7, 1. 7. 1 Macc. 16, 16. add. Iob. 1, 4. vbi pro משתה Alexandrini habent πότος, sed interpres Latinus *conuiuium.* Etenim in omnibus fere linguis saepius tota res aliqua significatur verbis partis illius potioris et excellentioris; et sic a Graecis quoque scriptoribus optimis, *conuiuium ipsum,* et accubitio amicorum epularis, non iantum σύνδειπνον, Plato Sympos. 1. sed etiam συμπόσιον, *compotatio* vocatur. Xen. Symp. 6, 5. 9, 7. Cic. ad Fam. 9, 24. *Graeci συμπόσια aut σύνδειπνα, id est compotationes aut concoenationes, nos* conuiuia, *quod tum maxime simul viuitur.* Id. Cat. M. 13. *Bene maiores, accubitionem epularum amicorum, quia vitae coniunctionem haberet,* conuiuium *nominarunt; melius quam Graeci, qui hoc idem tum* compotationem, *tum* concoenationem *vocant.* Porro συμπόσιον notat *ipsum locum, in quo conuiuium celebratur,* Hesych. et Phauorinus: συμπόσιον· τόπος εὐωχίας καὶ πόσεως· add. Pollux 6, 7. Xen. Cyr. 8, 8. 6. h. l. autem *ipsos conuiuantium ordines et coetus* significat. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 705. *Schoettgenii* Horr. Hebr. ad h. l. Sed συμπόσια, συμπόσια per Hebraismum est *cateruatim, per coetus.* Hebraei enim, quoniam carebant formula, qua distributionem exprimerent, eam repetita voce designabant. E Graeca ratione scribi debebat ἀνὰ vel

κατὰ συμπόσια et v. seq. πρασιάς· v. *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 81.

40. πρασιὰ prop. est *areola in horto, locus consitus in horto, figura quadrata.* Sir. 24, 31. Longus Pastor. 4, 1. Hom. Odys. ή, 127. Theophylactus ad h. l. πρασιαὶ λέγονται τὰ ἐν τοῖς κήποις διάφορα κόμματα, ἐν οἷς φυτεύονται διάφορα πολλάκις λάχανα· hinc πρασιαὶ, πρασιαὶ est *areolatim, per ordines,* discubuerunt homines per gramina ea figura, quam areolae in hortis habere solent. v. *Bielii* Thes. h. v. et *Wetstenius* ad h. l. ἀνὰ ἕκατον καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, *partim centeni, partim quinquageni:* ἀνὰ enim numerum distributiuum exprimit, et per nomina numeralia distributiua explicari debet. v. Ioh. 2, 6. *Glassii* Philol. S. p. 439. et *Fischeri* Animaduu. ad. Well. Vol. 3. P. 2. p. 163. Caeterum ἀναπίπτειν est, *ad cibum sumendum recumbere.* vid. not. ad Matth. 15, 35. interpp. ad Thom. Mag. h. v. et *Elsnerus* ad h. l.

43. 44. ἀπὸ τῶν ἰχθύων scl. τι· vt Matth. 27, 9. ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ scl. τινές. 2 Ioh. 4, ἐκ τῶν τέκνων σου scl. τινάς. — 44. Particulam ὡσεὶ, quae ex Matth. 14, 21. in h. l. migrauit, quamque plurimi et optimi codd. omittunt, *Griesbachius* et *Matthaeius* merito ex ordine eiecerunt.

45. Vid. Matth. 14, 22 sqq. εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰ (ita enim scribendum, non Βηθσαϊδὰν, vid. ad Matth. 10, 21.), *iussit discipulos praecedere in alteram lacus partem iuxta Bethsaidam.* Matth. 14, 22. simpliciter scripsit: προάγειν εἰς τὸ πέραν. Ioh. 6, 17. legitur: ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ· infra v. 53. ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γενησαρέτ· sed Luc. 9, 10. solitudo, in quam se contulerat Iesus, coll. supra v. 31. et e qua nunc cum discipulis suis discedebat, in vicinia πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδὰ fuisse dicitur. Scilicet duo erant

huius nominis oppida, alterum ad orientale litus lacus Genesaret situm; in huius oppidi vicinia solitudo erat, in quam secesserat Iesus, hoc oppidum memoratur Luc. 9, 10. alterum ad latus occidentale lacus Genesaret positum, non longe a Capernaumo distabat. vid. not. ad Matth. 14, 13. *Fischerus* Prolusſ. de vitiis Lexx. p. 442 sqq. *Schleusneri* Lex. v. Βηθσαϊδά· et *Michaelis* ad Marc. 8, 22.

46. *καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, cum valedixisset populo, eum dimisisset; αὐτοῖς* enim referri debet ad ὄχλος. vid. 8, 1. Apud Matth. l. c. legitur ἀπολύσας τοὺς ὄχλους. Formula autem ἀποτάσσεσθαί τινι in dialecto Macedonica respondet formulae ἀσπάζεσθαί τινα, qua lingua Atticorum vsa est de iis, qui ab aliquo ita discedunt, vt eum salutent atque valere iubeant. Xen. Cyr. 6, 4. 4. Anab. 7, 1. 6. Sic ἀποτάσσεσθαί τινι praeter hunc locum legitur quoque Luc. 9, 61. Act. 18, 18. 22. 2 Cor. 2, 13. Ioseph. Ant. 8, 13. 7. *δεηθεὶς δὲ συγχωρῆσαι αὐτῷ τοὺς γονεῖς ἀσπάσασθαι, κελεύσαντος τοῦτο ποιεῖν, ἀποταξάμενος αὐτοῖς εἵπετο, rogauit tamen, vt sibi liceret parentes salutare, quo impetrato, cum illis valedixisset, eum secutus est.* vid. et Fischeri Prolusſ. de vit. Lexx. p. 703.

48. Vid. Matth. 14, 24. add. ib. not. p. 397. *ἐν τῷ ἐλαύνειν* scl. *ναῦν*, quod additur Xen. Rep. Athen. 1, 2. 20. *ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἐλαύνων τὰς ναῦς*· add. Aristoph. Equitt. v. 1179. Homer. Odyſ. γ΄. 157 cf. et *Kypkius* ad Ioh. 6, 19. *in remigando, in nauigio remis propellendo.* *Φυλακὴν τῆς νυκτὸς* — iungitur nomini *Φυλακὴ* genitiuus *τῆς νυκτὸς*. quoniam Hebraei dicebant אַשְׁמוּרָה בַּלָּיְלָה v. Pſ. 90, 4. vbi *οἱ ὁ* habent *Φυλακὴ ἐν νυκτὶ*, h. e. *τῆς νυκτός*.

51. *ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον*] verbum *ἐθαύμαζον*, quod ab Alexandrinis aliisque codd. nonnullis abest, et

apud Syrum locum mutat, iure meritoque *Erasmo*, *Millio*, *Griesbachio*, aliis, interpolationis nomine fufpectum vifum eft. Ipfa particula καὶ verbo ἐθαύμαζον iuncta, et fcripturae inconftantia docet, grammaticos verba ἐν ἑαυτοῖς ἐξίςαντο explicare voluiffe per ἐθαύμαζον. Notum enim eft, librarios permultis in locis peccaffe fic, vt interpretamenta a grammaticis in marginibus codicum enotata, vel inter verfus pofita, in ipfa texta contulerint, vel ita, vt ea verbis, ad quae pertinere viderentur, aut praeponerent aut poftponerent, nunc fimpliciter, nunc adiectis particulis καὶ, ἤτοι et his fimilibus, vel fic, vt ea inde feiungerent, et alienis locis collocarent. vid. *Fifcherus* Proluff. de verff. Grr. V. T. p. 194. *Graeuius* ad Cic. ep. 3, 6. 8.

52. *οὐ γὰρ συνῆκαν, nondum erant fapientiores, intelligentiores facti.* v. infra 8, 17. Matth. 16, 8. Marc. 8, 17. συνίημι ab Alexandrinis ponitur pro השכיל Iof. 1. 7. 1 Sam. 18, 14. *ἐπὶ τοῖς ἄρτοις*] breuitur dictum eft pro *ἐπὶ τῷ θαύματι τοῖς ἄρτοις γενομένῳ, poft miraculum recenter in panibus editum*; particula autem *ἐπὶ* datiuo iuncta haud raro notat *poft*, et *recens aliquod factum indicat*, nec cum participio tantum copulata, fed etiam cum adiectiuo et fubftantiuo, vt Arrian. Exp. Alex. 1, 10. *ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ*. Iofeph. Ant. 5, 1. 26 *εὖ ποιήσετε σωφρονήσαντες καὶ ἐπὶ νεκροῖς μεταπιθέμενοι ἁμαρτήμασι, bene agetis, fi poft peccata modo commiffa refipifcatis.* cf. omnino *Gronouius* ad Lucian. T. 1. p. 538. *Krebfius* et *Loesnerus* ad h. l. Mens autem Marci, qui haec de fuo adieciffe videtur, haec eft: cum Iefus nauem ingreffus effet, fubito venti et fluctus fe ponebant, ita, vt vehementer obftupefcerent difcipuli. Si intelligentiores redditi fuiffent eo quod nuper modo cum panibus euenerat, fi illud miraculum attendiffent et confideraffent, ifta tempeftatis fedatio non iis adeo praeter opinionem eueniffet. *ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη*] *erat enim eorum*

animus hebetior. πωροῦσθαι a πῶρος fignificat *callo obduci*, etiam *pinguefieri*; fic σὰρξ πεπωρωμένη, *caro pinguefacta*, Ael. H. V. 9, 33. deinde vt παχύνεσθαι (quo verbo Matth. 13, 15. redditur Hebr. הַשְׁמֵן Ief. 6, 10. quod ipfum verbum Ioh. 12, 40. laudans Iefaiae locum expreffit verbis πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν) transfertur ad animum, et adhibetur de eo, qui animo eft hebetiori, qui ingenii laborat ftupore, vt h. l. vnde Hefychius πεπωρωμένοι explicat ἐσκληρωμένοι· τετυφλωμένοι· et πῶρος, ἀναισθησία.

53. καὶ προςωρμίσθησαν] *ibique appulerunt:* Longus Paftor. 2, 9. προςορμίζονται τοῖς ἀγροῖς. Arrian. Exp. Al. 6, 4. 2. προςορμισθεὶς κατὰ τὴν λίμνην. Ael. H. V. 8, 5. τῇ Νάξῳ δὲ προςωρμίσθη οὐχ ἑκών· alia exempla plura attulerunt *Wetftenius*, *Elsnerus* et *Heupelius* ad h. l. male autem haec verba καὶ προςωρμίσθησαν a codd. et verff. nonnullis omittuntur. Sed facile fallere potuit librarios, eos praefertim, qui e codice ςιχηρῶς exarato textum exfcriberent, particula καὶ recurrens; fortaffis etiam omiffa funt illa verba, quoniam putabantur fupervacanea, cum praecedat ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν et fequatur καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου. vid. *Griesbachius* in Comm. Crit. Part. 3. p. 15.

54. 55. εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν] *ftatim agnofcebant eum, man erkannte ihn*, fermo eft de tractus illius incolis, plenius apud Matth. 14, 35. legitur: οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου· e quo loco in nonnullos codd. et verff. irrepferunt additamenta οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου et τοῦ τόπου ἐκείνου. — 55. τοὺς κακῶς — ἐςι] *comportabant aegrotos vbicunque eum verfari audiuiffent:* ἐκεῖ ex Hebraifmo redundat, vt שָׁם poft אֲשֶׁר Iof. 22, 19. Gen. 13, 3. 31, 13. 1 Sam. 9, 10. quo pofteriori loco LXX. habent πόλις οὗ ἦν ἐκεῖ ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ. Iudith. 5, 19. οὗ ἐσπάρησαν ἐκεῖ· faepius tamen etiam Alexandrini interpp.

admonitu genii linguae Graecae שׁם in verfione fua praeteriere. v. Gen. 13, 3. Exod. 9, 26. cf. *Vorftius* de Hebraifm. p. 558.

56. ἐν ταῖς ἀγοραῖς, v. Matth. 11, 16. ἵνα — ἅψωνται, *vt faltem* (κἂν *vel*, *faltem* Act. 5, 15. 2 Cor. 11, 16) *fimbriam pallii eius attingere illis liceret.* cf. not. ad Matth. 9, 21. add. Marc. 5, 28.

CAPVT VII.

1. 2. Vid. Matth. 15, 1. καὶ id. qd. τότε, *tunc.* — 2. καὶ ἰδόντες τινὰς κ. τ. λ.] *qui cum vidiffent nonnullos difcipulorum eius cibum capere manibus immundis* h. e. vt ipfe Marcus interpretatur, *manibus illotis*, κοινὸς, vid. ad Matth. 15, 11. ἐσθίοντας] participium pofitum eft loco infinitiui, Graecorum more, vt Matth. 11, 1. Luc. 5, 4. 7, 45. ἐμέμψαντο] *vituperarunt eos.* Sed hoc ipfum verbum in pluribus diuerfarum recenfionum optimae notae codd. deeft; in aliis libris legitur κατέγνωσαν· addita funt haec verba, vt fcienter docuit *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Part. 4. p. 1. ab iis, qui non animaduerterent, apodofi periodi v. 2. inchoatae, fequi v. 5. et verfus 3. ac 4. parenthefeos nota a reliquis effe feparandos, qui adeo, cum putarent deeffe aliquid, fupplerent ἐμέμψαντο vel κατέγνωσαν.

3. Illuftrationis cauffa et in vfum lectorum fuorum, quibus Pharifaeorum et Iudaeorum inftituta minus cognita effent, Marcus adiecit ea, quae v. 3. et 4. leguntur. καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι addidit Marcus, quo often-

deret, hoc non fuiſſe peculiare Phariſaeorum inſtitutum, ſed ritum hunc obſeruatum ab omnibus, qui traditiones ſequerentur, quae erat pars Iudaeorum maxima. Nam Sadducaei et alii quidam eiusmodi inſtitutis ſe non addicebant, vt bene monuit ad h. l. *Grotius*. ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας] variant interpretes in conſtituendo horum verborum ſenſu. Vulgatus interpres πυγμῇ reddidit *crebro*, quem propterea πυκνῇ (id. qd. πυκνὰ ſ. πυκνῶς) legiſſe, ſaltem in animo habuiſſe, *Erasmus* et *Beza* coniecerunt. „Aurium errore enatum eſt ex πυγμῇ in codicibus nonnullis Occidentalium, velut in D. πυκμῇ, quod cum ſenſu carere videretur, nonnulli hariolando verterunt *primo* ſ. *prius*, alii *momento*, alii coniicientes πυκνῇ, et hoc pro πυκνὰ ſ. πυκνῶς accipientes, inde exſculpſerunt *crebro* ſ. *ſubinde*. Syrus autem, vertens *ſedulo*, non verbum verbo reddere voluit, ſed ſenſum pro ſuo more expreſſit." *Griesbachius* l. c. Nonnulli verba noſtra vertunt: *niſi pugno manus lauerint*, vt manus in pugnum contracta, cauam manum fricet; inepta interpretatio, praeſertim cum huius ritus nullum in ſcriptis Iudaeorum veſtigium reperiatur, vt poſt *Wetſtenium* monuit *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. Alii, praeeunte Theophylacto, explicant ἄχρι ἀγκῶνος, *ad cubitum vsque*, quae tamen explicatio repugnat vſui loquendi, nam πυγμὴ non eſt cubitus, et conſuetudini Iudaeorum, quae vel digitos ſolos, vel manum ſolam ad carpum vsque lauari iubet. vid. *Wetſtenius* ad h. l. Hinc probabilior eſt aliorum ratio, qui πυγμῇ exponunt: *ad carpum vsque*, vt πυγμὴ ſit *manus cum carpo*, Maimonides Iadaim tract. Berachoth c. 5. ſ. 4. *manuum lotionem pertingere*, docet *vsque ad iuncturam lacerti* ſ. *carpum*, עַד הַפֶּרֶק. v. *Hammondus*, *Lightfootus* et *Schoettgenius* ad h. l. Alii denique πυγμῇ interpretantur: *ſedulo et accurate*, quae interpretatio nobis cummaxime commendabilis videtur. Scilicet πυγμὴ eſt prop. *pugnus* (Heſychius: πυγμή, γρόνθος, πύκτη, ἤγουν τὸ συγκεκλεῖσθαι τοὺς δακτύλους) et in verſione Ale-

xandrina refpondet Hebr. אֶגְרֹף. v. Exod. 21, 18. Ief. 58, 4. atque adeo *πυγμῇ* proprie fignificat *manu in pugnum contracta.* Sed illud ipfum nomen אגרף etiam *de robore, fortitudine* adhibetur, et *homines robufti*, in fcriptis Rabbinorum dicuntur בעלי אגרופין, v. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 483. hinc *πυγμῇ* commode reddi poteft, *fortiter, accurate et fedulo;* certe Syrus interpres vertit, ܒܚܦܝܛܘܬ quo aduerbio Luc. 15, 8. expreffit etiam aduerbium *ἐπιμελῶς.* cf. et *Glaffius* Phil. S. p. 364. *παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων.* vid. not. ad Matth. 15, 2. *κρατεῖν, tenere, obferuare*, Hebr. החזיק Iob. 2, 3. add. 2 Theff. 2, 15.

4. Verba *καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι* plures interpretes vertunt: *et e foro* (i. e. *publico*, publica loca opponuntur domibus, v. ad Matth. 11, 16. et *Loesnerus* ad h. l.) *reuerfi, nifi manus lauerint, cibum non capiunt.* Monent praeterea, ad vocem *ἀπὸ ἀγορᾶς* fubintelligi debere *γενόμενοι*, (vt plene legitur ap. Herodo. 2, 78. *ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γενόμενοι*, v. *Elsnerus* et *Münthius* ad h. l. vel *ὄντες* (Herodo. 1, 126. *ἀπὸ δείπνου ἦσαν*), v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. vel *ἐλθόντες*, v. *Palairetus*, *Loesnerus* ad h. l. *Fifcherus* Ind. Theophr. fub v. *ἀπό·* et ad Anacr. 45, 8. Neutiquam tamen haec verborum interpretatio probanda eft. Etenim iam fupra v. 3. notauerat Euangelifta, Pharifaeos et Iudaeorum plerosque, priusquam cibum caperent, manus lauare folere, ergo per fe intelligebatur, eos etiam e publico reuerfos, priusquam cibum caperent, manus lauare folitos effe. Quodfi igitur Marci verbis ineffet fenfus, quem illi interpretes iis fubftituunt, prorfus fuperuacaneam notationem Euangelifta h. l. adieciffet. Hoc cum probe intelligerent alii, verba noftra hunc in modum explicanda effe contenderunt: *e foro reuerfi, corpus aquae immergunt, priusquam cibum capiant.* Notant: Pharifaeos redeuntes e

publico, tanquam a contagione et pollutione vulgi, totum corpus lauiſſe; credidiſſe enim eos, ſe pollui et contaminari congreſſu cum caeteris hominibus. Sed manuum immerſio rite facta, vt contra rectiſſime monuerunt alii, huic fini abunde ſuffeciſſet, parum ergo probabile eſt, Phariſaeos ſibi hoc onus impoſuiſſe, vt quoties e publico domum rediiſſent, veſtes omnes deponerent, et aquis corpus immergerent; neque omnino idoneis argumentis probari poteſt, hanc fuiſſe Phariſaeorum conſuetudinem. Laudant quidem *Schoettgenius* et *Lightfootus*, Chagiga fol. 18. 1. *Lotio fit, quando cibum communem, aut decimas, aut Terumam comedunt, ſed quando ſacrificium edunt, ſe immergunt;* ſed haec ſunt ab h. l. aliena, non eſt de ſacrificiis ſermo. Itaque non dubito aſſenſu meo comprobare eorum interpretum ſententiam, qui verba καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς κ. τ. λ. hunc in modum exponunt: *nec res in foro venales edunt, niſi prius aqua ablutae et purgatae fuerint.* Haec interpretatio et orationis ſeriei et vſui loquendi Euangeliſtae apprime conueniens eſt. Eadem enim loquendi ratio ἐσθίειν ἀπό τινος recurrit infra v. 28. Vocabulum autem ἀγορὰ ab optimis quoque ſcriptoribus Graecis vſurpatur *de omnibus rebus, in foro venalibus, inprimis de iis quae ad victum pertinent,* vt ap. Xen. Cyr. 4, 5. 40. Ael. H. V. 4, 1. Suidas: ἀγορὰ — καὶ αὐτὰ τὰ ὤνια· add. ſchol. ad Ariſtoph. Acharn. 21. et *Krebſius* ad h. l. καὶ ἄλλα — κρατεῖν, *et multa alia ſunt quae,* per traditionem, *tenenda acceperunt.* βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν, *purgationes poculorum et vrceorum:* ξέστης Hebr. קסטא. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 2076. vox Latina, corrupta, reſpondens Latino *Sextarius*, genus menſurae liquidorum, hinc *vas ſextarii capax*, tum omnino *vas e quo vinum aut aqua funditur*, ſiue ſextarium capiat, ſiue non, *vrceus*, vt expreſſit interpres Vulgatus. Galenus Lib. 1. de compoſit. medicament. a *Beza* et *Wetſtenio* ad h. l. laudatus: καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὅπως ἐν Ῥώμῃ διατρίβων ἀντὶ λιτρῶν ὠνόμαζε κοτύλας· ἐπιχώρια

γὰρ ταῦτα ὀνόματα τό τε τῆς λίτρας, καὶ τὸ τοῦ ξέςου, καὶ τὸ τῆς οὐγγίας. Παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις οὔτε τὸ μέτρον ἦν, οὔτε τοὔνομα τοῦτο. νυνὶ δὲ ἀφ' οὗ Ῥωμαῖοι κρατοῦσι, τὸ μὲν ὄνομα τοῦ ξέςου παρὰ πᾶσίν ἐςι τῇ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ χρωμένοις ἔθνεσιν, αὐτὸ δὲ τὸ μέτρον οὐκ ἴσου τῷ Ῥωμαϊκῷ. Etymol. M. ξέςης Ῥωμαϊκόν ἐςιν ὄνομα· τὸν γὰρ παρ' ἡμῖν ἓξ ἀριθμὸν αὐτοὶ λέγουσι σὲξ· καὶ μέτρου τινος παρ' αὐτοῖς τὸ ἕκτον λέγουσι σέξτον· διὰ δὲ εὐφωνίαν τὸ σέξτης λέγεται ξέςης, κατὰ μετάθεσιν τῶν ςοιχείων, οὕτο Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου. Itaque non probanda videtur *Erasmi* fententia, qui ξέστης deriuat a ξεςὸς, *rafus, fcalptus*, quod eft a ξέω, *rado, polio*, atque adeo fignificari putat h. l. *vrceos* fiue *pocula lignea, torno polita et elaborata*. χαλκίων, *vaforum aeneorum*; vafa teftacea non commemorantur, quoniam haec, fi polluta crederentur, frangebantur. Caeterum quam diligentes fuerint Pharifaei in vafis purgandis, patet etiam e Matth. 23, 25. κλινῶν, vid. ad 4, 21.

5. 6. ἔπειτα, *tum igitur*. οὐ περιπατοῦσι κ. τ. λ. *non fequuntur maiorum placita*. Hebraïfmus fatis notus. Pro ἀνίπτοις χερσὶ, vt veriffime iudicauit *Griesbachius*, cum praeftantiffimis diuerfarum familiarum codd. reponendum eft κοιναῖς χερσὶ, voluit enim Marcus h. l. ipfiffima Pharifaeorum verba referre, hinc etiam v. 2. vfus erat formula, in fcholis Pharifaeorum vfitata, eamque in vfum lectorum fuorum accuratius explicuerat. — 6. καλῶς προεφήτευσεν, *praeclare, recte cecinit*, in vos fimulatores peffimos egregie conueniunt verba Iefaiae 29, 13. Caeterum cf. notata ad Matth. 15, 7 fqq.

8. ἀφιέναι, pro quo Matth. 15, 3. vfus eft verbo παραβαίνειν, h. l. notat: *non curare, negligere*, vt Matth. 23, 23. Hebr. עזב 2 Regg. 17, 16. nam opponitur ei verbum κρατεῖν, *tenere, obferuare*. Verba βαπ-

τισμοὺς — πολλὰ ποιεῖτε in pluribus optimae notae libris non leguntur, in aliis libris ἄλλα, in aliis πολλὰ, in aliis τοιαῦτα omittitur, in aliis variat ordo verborum; videntur ergo haec verba glossemata esse, petita e v. 4 et 13.

9. In explicanda voce καλῶς dissentiunt interpretes. v. *Koecherus* in Analectis ad h. l. *Heumanus* admonitu vers. Arab. et Aethiop. Interrogatiue capit verba καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, *num iure praecepta diuina abrogatis?* *Wakefieldius* in Silua Crit. vertit *prorsus abrogatis*; laudat Theocrit. Id. 33. καλὸν πεφιλάμενε· vbi schol. τὸ καλὸν, ἀντὶ τοῦ λίαν. Plaut. Mil. Glor. 2, 4. 50. *peristi pulchre.* Phaedr. 1, 10. 10. *pulchre negas.* *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. comparat Syr. ܫܦܝܪ quod significat *bene* et *valde.* Alii interpungunt post καλῶς, vt subaudiendum sit ποιεῖτε· sed καλῶς cohaeret cum ἀθετεῖτε et dictum est per ἀντίφρασιν, *praeclare, egregie negligitis* i. pessime negligitis legem diuinam, eum in finem, vt vestra praecepta obseruare possitis. v. *Glassius* Phil. S. p. 908. ἀθετεῖν τὴν ἐντολὴν, *abrogare, auctoritate sua priuare, negligere legem*, חמס Ez. 22, 26. id. qd. ἀκυροῦν infra v. 13. quod verbum Hesychius interpretatur per καταργεῖν. Pro τηρήσητε in nonnullis libris extat στήσητε, *quo stabiliatis, tueamini, vim et auctoritatem tribuatis:* Rom. 3, 31. hoc idem verbum de lege adhibitum, opponitur τῷ καταργεῖν et Hebr. 10, 9. τῷ ἀναιρεῖν· vulgaris lectio, quam diuersarum recensionum libri tuentur, proba est, verbum στήσητε adscripserunt grammatici, quo luculentiore xisteret antithesis.

11 sqq. ἄνθρωπος id. qd. τίς· κορβᾶν, *donum*, vt Ioseph. Ant. 4, 4. 4. v. ad Matth. 15, 5. deest h. l. ἀπόδοσις ad eamque supplendam ex antithesi v. 10. subau-

diendum eſt, *θανάτῳ μὴ τελευτάτω· ſi quis dixerit patri aut matri Deo dicatum eſt quo tu a me iuuari poſſis, nullam culpam luet, non morietur.* v. *Krebſius* ad h. l. et not. ad Luc. 13, 9. 19, 42. — 12. *καὶ οὐκέτι ἀφίετε κ. τ. λ.*] *neque permittitis ei, vt parentibus beneficium praeſtet. οὐκέτι* poſitum eſt pro ſimplici *οὐκ, non,* ſic *οὐκέτι* legitur pro לא in verſ. Alex. Exod. 5, 7. 9, 28. v. *Glaſſius* Philol. S. p. 379. *ποιεῖν* abſolute poſitum, h. l. notat *beneficia tribuere,* vt Matth. 25, 40. vbi v. not. add. 17, 12. *οὐκ ἀφίετε αὐτὸν, non permittitis ei,* impeditis hac ipſa praeceptione veſtra, quominus parentibus, ab ipſo res ad vitam tuendam neceſſarias petentibus, beneficia tribuat. — 13. *ᾗ παρεδώκατε*] pro *ἣν παρεδώκατε,* pronomen enim relatiuum, more Atticorum, praecedentis nominis caſui, non verbo ſequenti, reſpondet, vt Ioh. 2, 22. infra 13, 19. Herodo. 5, 40. 3, 134. 5, 49. vid. *Glaſſius* p. 168. *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 338. et *Heupelius* ad h. l. ſed *ᾗ* ſ. *ἣν παρεδώκατε* ex Hebraiſmo redundat. *καὶ παρόμοια τοιαῦτα ἄλλα ποιεῖτε, et talia longe plura conſtituitis, praecipitis.*

14 ſſ. Vid. Matth. 15, 10 ſqq.

17 ſqq. *καὶ ὅτε εἰσῆλθεν κ. τ. λ.*] *cum deinde e turba populi* (*ἀπὸ* ſeparationem h. l. indicat, vt ſaepius) *domum rediiſſet, interrogabant eum diſcipuli de ſenſu huius ſermonis obſcuri,* ita enim h. l. explicari debet vocabulum *παραβολή,* vt Matth. 13, 18. Sed pro *περὶ τῆς παραβολῆς* optimae notae codd. exhibent *τὴν παραβολὴν,* quae lectio, vtpote durior et difficilior, vulgari praeferenda eſt. — 19. *ἀφεδρὼν* eſt *latrina,* vid. ad Matth. 15, 17. non *inteſtinum rectum,* vt *Michaelis* ad h. l. repugnante vſu loquendi contendit, contra quem ſcienter diſputauit *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. vid. et *Storrius* Diſſ. in aliquot loca libror. N. T. hiſtoricor. P. 1. p. 46 ſſ. *καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα*] *quod omnis generis cibos purgat;*

καθαρίζον positum est pro ὅ ἐστι καθαρίζον i. e. ὃ καθαρίζει· et haec vltima versus verba referri debent ad enunciationes, quae praecesserunt: *cibi non deferuntur ad animum, sed abeunt in ventriculum, et alui excrementa in latrinam eiiciuntur*, sequitur iam: *hoc purgat omnis generis cibos*, sic omnis generis cibi liciti sunt, nec nos inuisos Deo reddunt, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον Matth. 15, 11. Similis locus Athen. 3. p. 103. πότους ἑωθινοὺς πίνει διά σε νῦν (ὅ), πρότερον οὐκ (ἦν) εἰθισμένον, *potus matutinos propter te nunc bibit, quod antea facere non solebat.* Constat praeterea ab Hebraeis et Graecis participia saepius absolute poni, omisso verbo substantiuo, pro temporibus finitis. v. *Glassius* Phil. S. p. 348. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 8. ad Plat. Euthyphr. 12, 16. ad Anacr. 52, 2. Lectiones καθαρίζει, καθαρίζειν, καθαρίζων originem suam debent librariis, et grammaticis, quibus neutrum καθαρίζον offensioni esset.

22. πλεονεξίαι, *amor habendi*, (Ouid. Fast. 1, 195. v. ibi *Burm.*) *inhonesta lucri studia.* πονηρίαι, *malitia, aliis nocendi cupiditas, böse Ränke, Tücke.* Matth. 22, 18. Rom. 1, 29. ἀσέλγεια] h. l. non est, vt plerique volunt, *lasciuia, impudicitia*; quodsi enim haec intelligenda esset, haud dubie hanc vocem iunctam deprehenderemus vocabulis μοιχεῖαι, πορνεῖαι, vt Rom. 13, 13. 2 Cor. 12, 21. 1 Petr. 4, 3. sed significatur hac voce *insolentia, iniuria quaeuis insignior*, quae famae, fortunae, corpori aliorum maligno animo infertur, vt 3 Macc. 2, 26. Polyb. 5, 28. 8, 9. vid. *Raphelius* Obss. Polyb. et *Münthius* ad h. l. ὀφθαλμὸς πονηρός, vid. ad Matth. 20, 15. βλασφημίαι, *calumniae, obtrectationes*, Matth. 12, 31. Eph. 4, 31. Theophylact. ad Col. 3, 8. hoc vocabulum explicuit λοιδορία, — ὑπερηφανία, *superbia*, Hebr. גאון Prou. 8, 13. Theophr. Char. 24. ἔστι δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις, πλὴν αὐτοῦ τῶν ἄλλων. Vocabulum ἀφροσύνη plerumque reddunt: *amentia, dementia, rationis abusus.*

Rectius *Schottus* expreſſit: *ſcelera*. Scilicet ἀφροσύνη proprie eſt *inſipientia*, opponitur ei φρόνησις, v. Plato Cratyl. 4. et ſynonymum eius eſt ἄνοια, quocum copulatum legitur ap. Iulian. Caeſ. p. 19. ed. *Heuſing.* al. in verſione autem Alexandrina vocabulum ἀφροσύνη reſpondet Hebr. נְבָלָה. v. Deut. 22, 21. Iudd. 19, 23. 24. qua voce *perdita nequitia*, *impietas maxima* ſignificatur, v. *Roſenmülleri* Scholia ad Pſ. 14, 1: quo in loco οἱ ό vſi ſunt nomine ἄφρων ad exprimendum Hebr. נבל, quod indicat hominem profanum et impium, qui Deum eſſe negat, adeoque vitam agit perditam; praeterea Theodot. 1 Regg. 25, 17. בליעל reddidit, ἀφροσύνης υἱός· vocabulo autem בליעל, vt *Michaelis* docuit, Supplem. ad Lexx. Hebr. T. 4. p. 119. notatur *homo abiectus ad omnia ſcelera*, *abiectiſſimae indolis homo*. Itaque arbitror Marcum Alexandrinorum interpretum exemplo, nomen ἀφροσύνη vſurpaſſe h. l. ad ſignificandam improbitatem, impietatemque maximam.

24. Vid. Matth. 15, 21 ſqq. καὶ Σιδῶνος in aliis libris deeſt. Sed qui h. l. verba illa omittunt, iidem fere etiam (accedentibus tamen aliis quoque libris) v. 31. legunt: ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος· quae quidem lectio multa habet quae eam commendent. Quodſi ergo haec lectio v. 31. admittitur, verba καὶ Σιδῶνος rectius ex hoc loco tollentur et eiicientur, cum neutiquam probabile ſit, Marcum, qui ſic v. 31. accurate notaſſet, Ieſum in reditu demum ſuo, per Sidoniorum regionem iter feciſſe, hoc loco ſcripſiſſe: Ieſum ſe contuliſſe in confinia Tyri ac Sidonis; videntur ergo verba καὶ Σιδῶνος h. l. petita fuiſſe a grammaticis vel e Matth. 15, 21. vel ex eorum ingeniis prolata, cum ſcirent in libris Euangeliſtarum perquam frequenter Tyriorum et Sidoniorum ciuitates coniunctim commemorari, et v. 31. Sidonem quoque memoratam vidiſſent. Omiſſis vero verbis καὶ Σιδῶνος legendum etiam eſt cum codd. praeſtantiſſimis

εἰς τὰ ὅρια, grammatici qui enotarant in marg. verba καὶ Σιδῶνος iidem etiam pro ὅρια, *fines* notabant μεθόρια h. e. *confinia*. εἰςελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν] *in domum quandam devertit*. Articulus τὴν si retinetur (plurimi tamen et antiquissimi codd. eum omittunt), etiam h. l., vt saepius, partes suscipit pronominis indefiniti, v. Matth. 5, 1. 12, 29. al. οὐδένα ἤθελε γνῶναι] *noluit quemquam ipsum agnoscere*; ne de industria profanarum gentium homines ad se allicere videretur, posthabitis Iudaeis; vt *Grotius* ad h. l. animaduertit. Ignorari vero etiam volebat Iesus praesentiam suam, et commorationis suae locum, vt effugeret Pharisaeorum insidias.

29. 30. διὰ τοῦτον τὸν λόγον, propter haec tua verba modestiae atque fiduciae plena i. e. ob hanc insignem tuam fidem atque modestiam. ὕπαγε, abi curis omnibus leuata, votique tui compos: 5, 34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην. — 30. In multis codd. et verss. legitur: εὗρε τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης, καὶ τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός· offendit nimirum librarios, vt notauit ad h. l. *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 4. p. 5. ὕστερον πρότερον, quod narrationi inesse putabant. Nam mater non *inuenit* τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός, sed τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης, sedatam ac tranquillam, v. 5, 15. atque *hinc intellexit*, daemonium iam ex ea exiisse.

31. ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος εἰς τὴν θάλασσαν, hanc lectionem tuentur codd. praestantissimi, Alexandrinae et Occidentalis recensionis, et e verss. antiquis Copt. Aeth. It. Syr. hieros. Vulg. nec facile demonstrari poterit, si statuas vulgarem scripturam, Τύρου καὶ Σιδῶνος, genuinam esse, quomodo a grammaticis aut librariis illa altera lectio διὰ Σιδῶνος proficisci potuerit. Sed lectio καὶ Σιδῶνος e loco parallelo Matth. 15, 21. vel ex grammaticorum ingenio, irrepere potuit, vt in-

v. 24. ita et inde in hunc verſum. Offendere vero etiam potuit grammaticos ipſum iter Chriſti per terras Sidoniorum, gentilium, inprimis ob ea quae leguntur v. 27. coll. Matth. 15, 24. omninoque abſonum videri iis potuit, de finibus Tyri verſus lacum Genneſaret profecturum, iter feciſſe per Sidonem. Sed abſonum id neutiquam fuiſſet. Ex vniuerſo enim narrationis nexu appa-ret (vtor verbis *Griesbachii* l. c.), Ieſum inſidias Phariſaeorum, qui ab Hieroſolymis aduenerant v. 1., euitaturum, e Iudaeorum regionibus in vicinorum ethnicorum (v. 26.) ditionem conſulto ſeceſſiſſe, ac commorationis ſuae locum celari voluiſſe v. 24. Cum vero ne in Tyriorum quidem terris latere ſe poſſe intellexiſſet v. 24. vlterius Sidonem verſus progreſſus eſt. Itaque ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου, ἦλθε διὰ Σιδῶνος elapſo aliquo tempore, εἰς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, neque tamen Capernaumum, aut in aliam vrbem, vbi cunctis notus eſſet, conceſſit, ſed ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως aliquamdiu degit. — Pro πρὸς τὴν θάλασσαν auctoritate plurium et optimorum librorum *Griesbachius* in textum recepit εἰς; particulae πρὸς et παρὰ, quae in aliis libris leguntur, ſunt interpretamenta a grammaticis profecta. Caeterum narratio, quae iam ſequitur, neque in Matthaei neque in Lucae commentariis legitur, ſed Marco propria eſt. ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων pro ſimplici ἀνὰ vel διὰ τὰ ὅρια, nam μέσον etiam h. l. vt centies redundat. Δεκαπόλεως vid. ad Matth. 4, 24.

32. καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον] *adduxerunt ei hominem ſurdum difficulter loquentem.* μογιλάλος ſignificat proprie hominem impeditae linguae et difficulter loquentem, qui ab Hebraeis כְּבַד פֶּה et כְּבַד לָשׁוֹן dicitur. v. Exod. 4, 11. vbi LXX. verterunt δύσκωφος. Antiquis medicis, auctore Stephano in L. G. Theſ. μογιλάλος et ἀγκυλόγλωσσος ſunt vocabula idem valentia, atque ſignificant hominem, cuius lingua impedita eſt,

quia vel vlcus ſub lingua cicatricem duriorem obduxit, vel etiam membranulis duriuſculis lingua eſt adſtricta. De homine, qui linguae eſt praepeditae, etiam h. l. Syrus interpres, *Beza*, *Grotius*, alii, hoc vocabulum explicuerunt, cum contra alii, ſed ſine idonea ratione, per μογιλάλον intellexerint *mutum*. Nam ſequitur v. 35. ἐλάλει ὀρθῶς· et quamquam v. 37. hic ipſe homo annumeratur τοῖς ἀλάλοις, hoc tamen factum eſt e communi loquendi conſuetudine hyperbolica, e qua etiam is, qui linguae praepeditae eſt, cuius vox difficulter intelligitur, *mutus*, ἄλαλος, dicitur, ſicut etiam ἀδύνατον eadem ratione non tantum de eo ponitur, quod fieri plane nequit, ſed etiam de eo quod arduum eſt, quod aegre, difficulter effici poteſt. Praeterea hae ipſae voces μογιλάλος et ἄλαλος ab interpretibus Alexandrinis inter ſe permutantur. Vocabulum enim אלם Ieſ. 35, 6 vertunt μογιλάλον, ſed Pſ. 37, 14. ἄλαλον. Phauorinus: μογιλάλος· ὁ ἰσχνόφωνος, καὶ μόλις τὸ φθέγμα διορθοῦν δυνάμενος. Caeterum μογιλάλον ſcriptura ſincera et germana eſt; v. *Griesbachius* l. c. p. 6. μογγιλάλον, quod in nonnullis libris legitur, librariorum oſcitatione ortum eſt. Qui aegrotum adduxerant, παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα] *rogarunt Ieſum, vt ei manum imponeret* i. e. vt eum ſanaret, et his verbis vtebantur homines illi, quod forte fando audiuerant, vel ipſi viderant, hac ratione aegrotos alios Ieſum ſanaſſe. vid. ad Matth. 9, 19.

33. καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν] *Ieſus eum abduxit a populo ſeorſum.* Formulam ἀπολαβέσθαι τινὰ κατ' ἰδίαν ſignificare, *ſeorſum aliquem abducere*, vt Xen. Anab. 7, 7. 7. Ioſeph. B. I. 2, 10. Philoſtrat. Vit. Apollon. 7, 18. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. demonſtrarunt. ἔβαλε τοὺς δακτύλους κ. τ. λ.] *immiſit auribus ipſius digitos, et ſputo ſuo linguam eius tetigit.* Obſeruant interpretes: in promtu eſſe, haec remedia non ita fuiſſe compa-

rata, vt vi ſua naturali effectum gignere valerent mirabilem; ſed Ieſum ſe accommodaſſe imbecillitati hominis, qui de ipſius virtute non quidem dubitaret, attamen crederet, ſignum externum ad ſanationem neceſſario requiri, coll. v. 32. 5, 23. 28. not. ad Matth. 8, 3. voluiſſe ergo Ieſum, cum hominem, qui alios loquentes audire non poſſet, varie contrectaret, eius animum attentiorem reddere, ei his ſignis indicare, quid nunc fieri debeat, eius fidem alere et corroborare, et ſimul etiam declarare, a ſe ipſo prodiiſſe hanc ſalutiferam virtutem. Quod autem Ieſus hominem abduxerit a populo ſeorſum, huius rei rationem ſatis probabilem *Reinhardus* in Opuſcc. Acadd. T. 2. p. 140. attulit hanc: Ieſus ſurdum ſubtraxit ſpectantium oculis, vt impediret, quo minus ſpectatorum inſcitia *vim aliquam occultam quaereret in his rebus, et ſuperſtitioni* locus daretur, quam omni tempore ita deteſtatus eſt dominus, vt ei quauis ratione, omnique ſtudio occurreret. Aderant etiam plerumque in ſpectantium turba multi, qui animo eſſent *in Chriſtum inimico*, et curioſe obſeruarent omnia, ſi forte reperirent, quod reprehendi poſſet, et ad inuidiam trahi. His noluit calumniandi locum dare Ieſus, cum facile potuiſſent *ad circulatoriam quandam iactationem* referre iſta omnia, ſi publice fuiſſent et in omnium conſpectu peracta. *ἔβαλε, immiſit;* Hebraei enim, non minus quam Graeci atque Latini, multis verbis, quibus proprie vis quaedam et impetus ſignificatur, ita vtuntur, vt res ſimpliciter, remota omni violentiae notione, indicetur; vnde et Alexandrini verba Hebraica השים et השיך ſeqq. particc. ב et ל verbis *ἐμβάλλειν* et *ἐπιβάλλειν* expreſſerunt. v. Gen. 31, 34. 48, 14. 17. *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 335 ſqq.

34. 35. *ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, oculis in coelum ſublatis*, qui erat mos precantium, Matth. 14, 19. Marc. 6, 41. al. *ἐστέναξε* i. precatus eſt animo, tacite opem Dei implorauit. *Heinſius* atque *Boltenius* *ἐστέναξε* redden-

dum effe praecipiunt: *clamauit, in haec verba erupit, alta voce ad eum dixit*; cum etiam Alexandrini interpretes verba Hebraica זעק Iob. 31, 38. שׁוַּע 24, 12. אנק Ez. 26, 15. 9, 4. verbo στενάζειν exprimere foleant. Sed ἐστέναξε, vt bene monuit *Willes* Spec. Hermeneut. in Marcum p. 12. non pertinet ad ea quae fequuntur, verum ad ea quae praecedunt. vid. et 8, 12. ἐφφαθὰ, ὅ ἐςι διανοίχθητι] *epphata h. e. aperitor*, h. e. audi et loquere, fit tibi audiendi et loquendi facultas reftituta. ἐφφαθὰ imperatiuus coniugationis Ethpael, ܐܶܬܦܰܬܰܚ, *ethphatahh*, ἐθφαθὰ, litera ϑ, cum Graece fcribatur, in φ mutata, a verbo ܦܬܚ *aperuit.* — 35. καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ] *et ftatim audiendi facultatem recepit.* Vocabulum ἀκοὴ h. l. per metonymiam de *auribus* pofitum legitur, vt Matth. 13, 14. Act. 28, 26. Luc. 7, 1. Ipfa autem formula, *aperire aures alicuius*, more loquendi Hebraeorum fignificat: *audiendi facultatem reftituere.* v. Ief. 35, 5. 2 Regg. 6, 17. καὶ ἐλύθη κ. τ. λ.] *atque linguae vinculum folutum eft, ita, vt recte et expedite loqui poffet*; difficultate loquendi fublata, prompte, recte atque diftincte loqui potuit.

36. 37. Iefus, qui vt effugeret Pharifaeorum infidias, in Tyriorum ac Sidoniorum regionem fe contulerat v. 24. et modo inde in regionem Decapolitanam reuenerat, vt impediret, quo minus illo ipfo tempore nimia populi multitudo concurreret, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, *interdixit iis*, homini cuius valetudinem reftituerat, iis qui eum adduxerant, et horum comitibus, *ne ftatim cuiquam dicerent, rem diuulgarent.* ὅσον δὲ αὐτὸς — ἐκήρυσσον] *quanto magis autem iis interdicebat, tanto magis praedicabant.* ὅσον pofitum eft pro καθ' ὅσον, v. *Heupelius* ad h. l. Ante μᾶλλον fubintell. τοσούτῳ v. *Bofius* de Ellipf. fub v. τοσοῦτον. μᾶλλον autem comparatiuis frequenter a fcriptoribus Graecis addi, exemplis

pluribus comprobarunt *Gatackerus* de ftilo N. T. p. 221. *Raphelius* Obff. Herodott. p. 199. *Palairetus* Obff. p. 122. *Taubmanus* ad Virgil. Culic. v. 78. — 37. Spectatores (λέγοντες fcl. οἱ ἄνθρωποι) fanationem hominis admirantes, laeti exclamabant: καλῶς πάντα πεποίηκε, *omnia egregie agit*, non nifi beneficia tribuit, (Pf. 25, 10. 31, 20. 22.) *furdis audiendi, mutis loquendi facultatem reddit.*

CAPVT VIII.

1. Vid. Matth. 15, 29 fqq. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις] poftquam nimirum Iefus e regione Sidoniorum redierat, et fe ad mare Galilaeae receperat. παμπόλλου ὄχλου ὄντος] *cum admodum magna hominum multitudo adeffet.* ὄντος pofitum eft pro παρόντος, et πάμπολυς eft idem quod πλεῖστος· fed pro παμπόλλου, quod vocabulum bene Graecum, v. *Heupelius* ad h. l. nonnifi hoc loco in libris N. T. legitur; in multis libris extat πάλιν πολλοῦ· illa ipfa autem vocabuli πάμπολυς raritas effecit, vt grammatici, qui fcirent a Marco perquam frequenter vocabula πάλιν et πολύς iungi, qui in fectione quae praeceffit 7, 33. legiffent, cum Iefus fanaret μογιλάλον, adfuiffe ὄχλον, quam vocem de magna populi multitudine explicabant, vt, inquam, grammatici in marginibus codd. vel inter verfus enotarent πάλιν πολλοῦ· cod. 124. habet πάλιν παμπόλλου· faepe enim librarii duas vnius loci lectiones fimul exhibuere, in quibus altera gloffema eft, quod tamen librarii putarunt effe lectionem. Quae cum ita fint, non poffum adftipulari *Griesbachio*, cui παμπόλλου fufpectum eft, v. eum l. c. p. 6. recte vero idem

V. D. nomen Ἰησοῦς inducendum tollendumque cenſet, auctoritate plurium et optimorum codd. Incipiebat hic lectio eccleſiaſtica, et hanc ipſam ob cauſſam hoc nomen in ordinem recipiebatur. καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, *nec haberent quo veſcerentur;* ſequitur numerus pluralis, quoniam praeceſſerat nomen collectiuum ὄχλος, vid. ad 3, 6.

2. 3. σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον κ. τ. λ.] *haec hominum multitudo miſericordiam meam mouet, nam per triduum apud me commorati ſunt.* De verbo σπλαγχνίζομαι vid. ad Matth. 9, 36. Pro ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προςμένουσί μοι cum plurimis et vetuſtiſſimis codd. vt Matth. 15, 32. legendum eſt: ἤδη ἡμέραι τρεῖς, προςμένουσί μοι, κ. τ. λ. vid. *Griesbachius* Comm. Crit. P. 4. pag. 7. — 3. καὶ ἐὰν ἀπολύσω κ. τ. λ.] *et ſi eos* ieiunos domum dimittere vellem, in itinere fame *perirent*, eorum vires prorſus exhaurirentur. ἐκλύεσθαι, vid. ad Matth. 9, 36.

4 — 9. πόθεν id. qd. πῶς. v. Marc. 12, 35. ὧδε explicatur addito ἐπ' ἐρημίας. Pro τούτους ap. Matth. 15, 33. legitur ὄχλον τοσοῦτον. — 6. παρήγγειλε, *praecepit, iuſſit*, v. 6, 8. Matth. 10, 5. id. qd. ἐκέλευσε Matth. 15, 35. — 7. καὶ αὐτὰ] nonnulli libri ante εὐλογήσας, alii poſt εὐλογήσας, alii ante παραθεῖναι, alii poſt παραθεῖναι ponunt αὐτὰ (ſcl. ἰχθύδια) ſ. ταῦτα, ſ. καὶ αὐτὰ, ſ. καὶ ταῦτα· haec inconſtantia ſat clare docet grammaticis iſta additamenta deberi, et Marcum ſimpliciter ſcripſiſſe, εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι, vt veriſſime iudicauit *Griesbachius* l. c. p. 8. — 8. ἑπτὰ σπυρίδας] *ſeptem corbes.* σπυρὶς eſt id. qd. κόφινος, quod vocabulum extat Matth. 14, 20. Ioh. 6, 12.

10. εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά· vid. ad Matth. 15, 39.

11. Vid. Matth. 16, 1 fqq. Disputabant Pharifaei cum Iefu, ab eoque, tentandi cauffa, flagitabant, vt exiftere iuberet portentum in coelo. *συζητεῖν* prop. eft *viciffim interrogare*, et quia disputationes per quaeftiones atque refponfiones fieri folent, hinc notat etiam *disputare*, vt 12, 28. Luc. 24, 15. v. *Loesnerus* ad Act. 6, 9. *ζητεῖν*, *flagitare*, *poftulare*, Hebr. בִּקֵּשׁ Neh. 2, 4. 10. id. qd. *ἐπιζητεῖν* v. 12.

12. *ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει*] *fufpirans*, ob infignem eorum malitiam, *dixit*. *ἀναστενάξας* id. qd. fimplex *στενάξας*, in verfione Alex. refpondet Hebr. הִתְאַנַּח, quod Thren. 1, 8. *οἱ ὁ* expreflerunt verbo *στενάζειν*· fed ib. 1, 4. *ἀναστενάζειν*. Additum h. l. *τῷ πνεύματι*, בְּרוּחוֹ, ex Hebraifmo redundat, vt fupra 2, 8. in formula *ἐπιγνοὺς τῷ πνεύματι αὐτοῦ*. Supra 2, 8. *τί* pro *διατί*· vt faepius. Nubem exemplorum collegit *Heupelius* ad h. l. *εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον*] *mihi credite, nunquam his hominibus improbis tale portentum continget*. *εἰ δοθήσεται*, *fi continget* i. non continget. Notum enim eft Hebraeos iureiurando aliquid negaturos, adhibuiffe vocem אִם, *fi*, affirmaturos אִם לֹא (Ief. 14, 24. Gen. 24, 38. Iudith. 1, 12.) et in his iurandi formulis omiffa effe per euphemifmum: *non viuam*, *non ero potens Ioua*, et his fimilia, pro eius qui loquens inducitur dignitate fupplenda. Sic אִם occurrit Pf. 89, 36. 131, 2. Gen. 14, 23. Poteft ergo *εἰ*, fi fenfum fpectamus, commode exprimi, *non*, *nunquam*, vnde etiam Syrus interpres in verfione fua h. l. vfus eft particula ܠܐ *non*. Lectio autem codicum quorundam, *οὐ*, pro gloffemate habenda eft.

13. *εἰς τὸ πλοῖον* f. vt alii libri legunt, *εἰς πλοῖον*, Alexandrini omittunt, et cum in codd. Alexandrinae recenfionis *πάλιν* pofitum fit ante *ἐμβὰς*, vt adeo non

facile librarii saltum facere potuerint a πάλιν ad πλοῖον, cum praeterea verba εἰς πλοῖον facile suppleri potuerint a grammaticis e v. 10. *Griesbachio* (vid. eum l. c. p. 8.) haec verba haud immerito suspecta visa sunt. τὸ πέραν, vid. ad v. 22.

14. Matthaeo auctore, c. 16, 7. 8. Apostoli putabant se propterea a magistro reprehendi, quod non idoneum panum numerum secum tulissent: sed Marco auctore, qui accuratius rem constituit, quod vnum tantum panem secum tulissent. Caet. vid. not. ad Matth. l. c.

15. βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου] *cauete vobis a Pharisaeorum atque Herodis fermento.* Valde torserunt haec verba interpretes. In eo fere omnes et recte quidem consentiunt, *Herodem* h. l. nominatum esse pro *Herodianis*, atque adeo praeter Herodem Antipam, intelligendos esse Iudaeos, qui a partibus Herodis Antipae starent, nominatim aulicos, familiares et ministros ipsius. v. ad Matth. 22, 16. Marc. 3, 6. Cum vero Matth. loco parall. 16, 6. non *Herodis et Herodianorum*, sed *Pharisaeorum* atque *Sadducaeorum* ζύμη commemoretur, vt locum nostrum cum illo concilient, plures statuunt, Iesum tunc temporis meminisse Pharisaeorum, Sadducaeorum atque Herodianorum, (qui tamen tunc temporis Iesum non adierant, vt eum tentarent), quod omnes aduersus eum eiusque discipulos consilia noxia agitarent. Matthaeum autem memorasse tantum Pharisaeos et Sadducaeos, Marcum, Pharisaeos et Herodem. Sed a Matthaeo ipso 16, 12. vocabulum ζύμη non de consiliis noxiis, sed de erroribus, doctrina falsa Pharisaeorum et Sadducaeorum explicatur, neque h. l. de consiliis noxiis cogitandum esse, orationis series docet. vid. v. 14. 17 sqq. Hinc alii arbitrantur, Herodem eiusque amicos h. l. memoratos esse pro Sadducaeis,

quod aeque ac Sadducaei negaffent refurrectionem mortuorum, animorum immortalitatem, praemia poft mortem exfpectanda; et hos ipfos errores per ζύμην Ἡρώδου h. l. effe intelligendos. Sed vt ad Matth. 14, 2. obferuauimus, Herodes eiusque familia probabant tantum rationes Sadducaeorum politicas, non vero reliqua eorum dogmata et placita. Mihi fic videtur. Marcus cum fuos commentarios literis confignaret, non vtebatur Matthaei commentariis, v. Prolegg. in Matth. p. 6 fqq. neque adeo nota ei erat, cum quae h. l. leguntur, fcriberet, Matthaei explicatio vocabuli ζύμη, quae extat Matth. 16, 12. Matthaeus, vt l. c. legitur, per ζύμην intelligebat τὴν διδαχὴν τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων h. e. errores, doctrinam falfam et perniciofam Pharifaeorum et Sadducaeorum. Mens igitur atque fententia Chrifti Matth. 16, 6. eft: cauete vobis a falfa doctrina et erroribus Pharifaeorum et Sadducaeorum, qui mea opera hactenus edita fusque deque habent, nec me legatum diuinum et Meffiam agnofcunt, cauete ne vos in errorem inducant, et a me meaque difciplina auocent. vid. ad Matth. 16, 6. Marcus per ζύμην intelligebat, *malitiam, prauam ac peruerfam animi indolem.* Hoc fenfu Chriftus ipfe alio tempore, aliaue occafione *fermenti* mentionem fecit. v. Luc. 12, 1. Hoc fenfu etiam (non autem de doctrina) vocabula שְׂאוֹר *fermentum*, et סיאור *fermentatio*, frequenter in fcriptis Rabbinorum vfurpantur. v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talmud. ad Matth. 16, 6. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 1414. Hoc autem fenfu Marcum vocabulum ζύμη cepiffe, addita verba ἀπὸ τῆς ζύμης Ἡρώδου docent, cum ea non poffint de doctrina Herodis eiusque familiae explicari. Vana enim funt, quae nonnulli disputarunt de Herodianis, peculiari inter Iudaeos fecta. v. interpp. ad Matth. 22, 16. Sententia igitur, quam Marcus exprimere voluit, haec eft: nolite vos, qui fuiftis hactenus fpectatores facinorum meorum, imitari et fequi prauam animi indolem, et pertinacem con-

tumaciam Pharifaeorum et Herodianorum, qui opera, quae hactenus edidi, non curant nec confiderant, et me pro quouis alio potius, quam pro Meffia atque legato diuino habent. Iam in archetypo fententia Chrifti hunc fere in modum expreffa legebatur: cauete vobis a fermento adverfariorum meorum. Matthaeus igitur, qui ipfe colloquio Pharifaeorum et Sadducaeorum cum Chrifto inftituto, auditor interfuerat, de his haec verba explicabat. Marcus autem ea intelligebat de Pharifaeis et Herodianis. Etenim cum in archetypi exemplo, quo vtebatur, v. 11. notatos tantum reperiffet Pharifaeos, Chrifto maxime infenfos, cum recordaretur coniurationis 3, 6. memoratae, a Pharifaeis et Herodianis contra Chriftum factae: coniungendos putabat cum Pharifaeis Herodianos, vt fignificaret aduerfarios Chrifti, illo tempore ac loco, acerrimos. Sadducaeos non nominabat, quoniam ignorabat, eos vna cum Pharifaeis Chriftum adiiffe, ab eoque poftulaffe, vt portentum in coelo exiftere iuberet; et quoniam Sadducaeos, hactenus nondum, tanquam eos, qui Chriftum tentaffent, et infidias ei ftruxiffent, in archetypo, quo vtebatur, notatos repererat. Quaecunque demum interpretatio admittatur, hoc certiffimum eft, Iefum, Matthaeo et Marco auctoribus, tunc temporis cohortatum effe difcipulos fuos, ne paterentur a Iudaeorum primoribus fe eo adduci, vt ipfum pro quouis alio potius, quam pro legato diuino atque Meffia haberent.

17. 18. Vid. Matth. 16, 8 fs. ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; *etiamnunc callo obductum habetis animum?* etiamnunc mens veftra hebes ac ftupida eft? v. 6, 52. — 18. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες κ. τ. λ. vt factorum meorum magnitudinem, dictorum meorum vim, quamuis fint clara atque perfpicua, non affequamini, nec quicquam memoria teneatis? v. ad Matth. 13, 15. Verba καὶ οὐ μνημονεύετε (quae eo refpiciunt, quod a

Iefu tam infignis hominum multitudo faturata fuerit, coll. v. 19. 20.) nonnulli interpretes coniungenda effe praecipiunt cum verbis fequentibus, ficuti ea etiam in codd. quibusdam et verff. fequentibus iuncta reperiuntur; vertunt igitur: *nonne memoria tenetis, cum quinque panes fregiffem — quot corbes — fustuleritis?* Sed fic languere videtur oratio, neque hanc verbi μνημονεύειν cum fequentibus coniunctionem commendat locus Matth. 16, 9. ad quem interpretes illi prouocant, diuerfa enim eft illius loci ratio.

19 fqq. ἄρτους ἔκλασα] *panes fractos distribui*, inhaeret enim verbo κλᾷν notio distribuendi, vt 1 Cor. 11, 24. ita quoque Hebraei vfi funt formula לֶחֶם פָּרַס. vid. Ief. 58, 7. coll. Ezech. 18, 7. *Vorftius* de Hebraifm. N. T. pag. 692 fq. — 21. πῶς οὐ συνίετε; *qui fit vt mentem meam non intelligatis?* non perfpiciatis me neutiquam de panibus effe locutum? v. ad Matth. 16, 11.

22. Βηθσαϊδὰ] vid. ad 6, 45. vbi notauimus duo huius nominis oppida fuiffe; hinc etiam interpretes disfentiunt, de quonam oppido h. l. cogitandum fit. Alii intelligunt oppidum propter occidentale litus lacus Genefaret fitum; alii contra notari putant Bethfaidam, oppidum ad orientale litus lacus Genefaret pofitum, poftea Iulias dictum; his interpretibus acceffit nuper *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 4. p. 8. cuius praeclaram obferuationem apponere liceat. „Solus Cantabrigienfis cum nonnullis Italae codd. et Gotho Βηθανίαν exhibent pro Βηθσαϊδὰ, quae lectio minime quidem, vt nonnullis vifa fuerat, abfurda eft, id quod *Paulus* in fuo Commentar. ad h. l. acute demonftrauit; verum parum tamen probabilis nobis videtur. Nam primo, cum nomina duarum vrbium, praefertim maiusculis literis fcripta, facillime a librariis permutari queant, ea lectio mul-

to eſt altera potior, in quam plures codicum familiae et, quae maximi in hoc diſcrepantiarum genere momenti ſunt, verſiones paene omnes conſentiunt. Deinde Bethſaida, ſeu Iulias, in orientali litore lacus Geneſaret verſus ſeptentrionem ſita, media fere interiacet inter Dalmanutham ſeu Magdalam Marc. 8, 10. coll. Matth. 15, 39. et Caeſaream Philippi Marc. 8, 27. Matth. 16, 13. ex quo conſequitur, ipſam narrationis ſeriem fauere lectioni Βηϑσαϊδά. Tandem, cum Dalmanuthae non minus quam alibi (Marc. 7, 1.) Phariſaeos inſidias ſibi ſtruere animaduerteret Ieſus, nulla aut exigua interpoſita mora, naue eadem qua aduenerat, Marc. 8, 10. 13. 22. reuerſus eſſe videtur eo, vnde venerat, hoc eſt in deſertum, Marc. 8, 14. quod, niſi nos omnia fallunt, erat deſertum Bethſaidae, Luc. 9, 10. vbi bis panes distribuerat populo, Marc. 6, 35. et c. 8, 1. coll. c. 7, 31. Ergo, niſi a vero abhorret coniectura noſtra, τὸ πέραν commate noſtro 13. erit litus ſeptentrionale lacus, vicinum deſerto Bethſaidae, et oppoſitum meridionali litori, cui adiacet Dalmanutha. Itaque naue profecturus Dalmanutha Bethſaidan, totum quam late patet lacum traiicere debet.“ Pro ἔρχεται cum plurimis et optimis codd. legendum eſt ἔρχονται. Lectio ἔρχεται inde orta videtur, quoniam praeceſſit ἔλεγε. ἵνα αὐτοῦ ἅψηται] *vt ei manus imponeret*, coll. v. 23. 25. ita quoque Alexandrini interpretes vſi ſunt verbo ἅπτομαι ad exprimendam Hebraicam formulam שלח יד Iob. 1, 12. Caeterum Marcus hiſtoriam, quae h. l. legitur, ſolus attulit, et digna viſa eſt ei haec coeci ſanatio, quam reciperet, ob ſingulares περιστάσεις cum illa coniunctas, ſimiles illis quae in hiſtoria 7, 31 ſqq. expoſita, notatae reperiuntur.

23. ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης] *extra oppidum eum duxit*, nempe vt impediret, quo minus turba conflueret, cum nulla interpoſita mora, forte quoniam Phariſaeos ſibi inſidias ſtruere animaduerterat, inde diſcede-

re vellet. vid. v. 27. cf. et not. ad. 7, 33. κώμη, *vicus;* Luc. 9, 10. vocatur πόλις. vid. ad 1, 38. καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ] vid. ad 7, 33. Similia de Vefpafiano narrat Sueton. V. Vefp. c. 7. *E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, fedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudini, demonftratam a Serapide per quietem: reftituturum oculos, fi infpuiffet; confirmaturum crus, fi dignaretur calce contingere. Quum vix fides effet, rem vllo modo fucceffuram, ideoque ne experiri quidem auderet: extremo hortantibus amicis, palam pro concione vtrumque tentauit, nec euentus defuit.* add. Tacit. Hift. 4, 81. Monuerunt autem viri docti, rem omnem illam fictam, fucumque infpectantibus factum effe, cum fraude Vefpafiani ipfius, tum facerdotum, amicorumque intercedente; Vefpafianum antequam talia fufciperet, non potuiffe auctoritatem apud fuos nancifci, nec deinceps cum tale quicquam tentaffe amplius. vid. quos laudauit *Wolfius* in Curis ad h. l. εἰ, *num*, Hebr. אִם. v. *Noldius* in Concordd. Partice. fub h. v. *Heupelius* ad h. l. et *Schleusneri* Lex. h. v.

24. Verbum ἀναβλέπειν, quod aliis in locis notat *vifum recipere*, vid. ad Matth. 11, 5. h. l. propriam fignificationem obtinet, atque adeo ἀναβλέψας reddi debet: *oculos attollens*, experturus nimirum, an oculorum aciem recepiffet. βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας] *video homines, eosque ambulantes, at veluti arbores* i. e. non fatis diftincte, video motum hominum, ipfam autem formam accurate diftinguere nequeo. Patet ex his verbis, hominem iftum non a natiuitate coecum fuiffe. In multis codd. familiae Alexandrinae et Byzantinae legitur: βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. Recte tamen, mea fententia, praeferendam cenfet *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 5. p. 1. lectionem vulgarem eandemque breuiorem, quam recenfionis occidentalis teftes antiquiores et potiores, atque verfiones

fere omnes tuentur. Durior et obſcurior grammaticis videbatur lectio vulgata, v. *Wolfius* in Curis ad h. l. hinc vt clariorem ſententiam redderent, addebant ὅτι et ὁρῶ, vt exiſteret ſententia haec: video homines; nam video formas proceras arboribus quidem ſimiles, at loco ſeſe mouentes, vnde humanas eas eſſe figuras colligo. Caeterum obſeruant interpretes, Ieſum non ſtatim pleniſſime coeco viſum reſtituiſſe, ſed initio oſtendiſſe tantum, ſe ei viſum reſtituere poſſe, vt coeci fidem, quae non admodum magna fuerit, confirmaret, tum vero haud dubie hominem illum, cuius fides iam mirum in modum confirmata eſſet, inſtantius Ieſum rogaſſe, vt pleniſſime viſum reſtitueret, atque Ieſum votis ac precibus ipſius ſatisfeciſſe.

25. καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι] *eumque iterum oculos attollere iuſſit*, vt nimirum exploraret, an clare et perſpicue iam videret; ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debet particula πάλιν, et ἐποίησε ἀναβλέψαι eſt nota circumlocutio coniugationis Hiphil, verbum autem ποιεῖν exprimendum *iubere, auctorem eſſe*. Lectiones variae, quae h. l. in codd. reperiuntur, grammaticis atque librariis originem ſuam debere videntur. Scilicet grammatici nonnulli cum verbum ἀναβλέψαι caperent ſignificatione ipſis notiſſima, *viſum reſtituere*, verba καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι in marginibus codicum explicabant verbo διέβλεψεν l. ἐνέβλεψεν, vnde in nonnullos codd. pro καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι, venit καὶ ἐνέβλεψεν; in alios καὶ διέβλεψεν, in aliis autem a librariis duae lectiones ſimul exhibitae ſunt καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλεψαι καὶ διέβλεψεν. Grammaticorum alii, qui quoque ἀναβλέψαι ſibi explicarent *viſum reſtituere*, cum ſequi viderent καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας ſ. ἅπαντα, *viſus ei reſtitutus eſt, ita vt clare omnia* ſ. *omnes cerneret*, quibus adeo verba illa καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι tautologiam continere viderentur, in marg. coniiciebant καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, quam

coniecturam librarii nonnulli in ordinem receperunt. Tautologiae euitandae cauſſa etiam in Syr. et Perſica ver- ſione polygl. verba καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ ἀπο- κατεστάθη omiſſa ſunt. Lectio denique βλέψαι, quae in quibusdam codd. extat, auctores habet librarios, quos perquam frequenter verba compoſita in ſimplicia mutaſſe, inter omnes conſtat. Sic mihi de hac lectionis varietate videtur. *Griesbachius* l. c. verba illa καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι delenda eſſe iudicat, ac genuina ſcriptura ei eſſe videtur: ἐπέθηκε ἐπὶ τ. ὀφθ. αὐτοῦ· καὶ ἀποκατε- στάθη κ. τ. λ. καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας] τηλαυ- γῶς, *clare*, *perſpicue*, *diſtincte.* Heſychius explicat λαμ- πρῶς· vid. *Münthius* ad h. l. ἐνέβλεψε poſitum eſt pro ſimplici ἔβλεψε, vt Act. 22, 11. Pro ἅπαντας in codd. praeſtantioribus et verſſ. fere omnibus ſcriptum extat ἅπαντα, *omnia clare videbat*, ſed vulgatum recte prae- fert *Griesbachius*, tanquam obſcurius et ad remotius ἀν- θρώπους referendum, homines quos antea non τηλαυγῶς viderat.

26. εἰς οἶκον αὐτοῦ, domus hominis, vt orationis ſeries docet, extra oppidum ſita erat. μηδὲ εἰς τὴν κώμην — ἐν τῇ κώμῃ] *ne oppidum intres, neque cuiquam oppi- danorum, in via forte tibi obuiam factorum, rem nunties.* εἴπῃς ſcl. τί σοι ἐποίησα· et τινὶ ἐν τῇ κώμῃ elliptice poſi- tum eſt pro τινὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ οἰκούντων. Per ſe autem intelligitur, Ieſum non omnino homini interdixiſſe redi- tum in oppidum, ſed iuſſiſſe tantum, vt domum abiret ſuam, nec intraret oppidum et rem nuntiaret prius, quam ipſe Ieſus in itinere ſuo proceſſiſſet longius.

27 — 30. Vid. Matth. 16, 13 ſqq. εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου, *in vicos circa Caeſaream Philippi.* Matth. l. c. εἰς τὰ μέρη. — 29. λέγει αὐτοῖς· in aliis libris extat ἐπηρώτα αὐτούς, quod interpretamentum verbi λέγει e v. 27. deſumtum eſt. — 30. περὶ αὐτοῦ, nempe

ipſum eſſe Meſſiam, ὅτι αὐτός ἐςιν ὁ Χριςὸς, vt in nonnullis codd. e gloſſemate legitur.

31. Vid. Matth. 16, 21. ἀποδοκιμάζειν reſpondet Hebr. מאס, *contemnere, repudiare,* Pſ. 118, 22. Ier. 6, 30. Hoſ. 4, 6. Marc. 12, 10. v. et Matth. 21, 42. ſed primores populi iam tunc temporis repudiabant Ieſum; rectius igitur ἀποδοκιμάζειν h. l. explicatur: *omnis generis contumeliis, iniuria afficere.* Heſychius: ἀπεδοκίμαζεν· ἀτίμως ὕβριζεν· etiam verbum ἐξουθενεῖν, quod aeque ac ἀποδοκιμάζειν in verſ. Alexandrina reſpondet Hebr. מאס 1 Sam. 8, 7., adhiberi ſolet de omnis generis contemtu, omnis generis contumeliis. v. *Rhoer* in Feriis Dauentrienſ. p. 63. ἀπὸ poſitum eſt pro ὑπὸ, vt Matth. 11, 19. vbi v. not. μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναςεῖναι] *tertio die in vitam redire:* Luc. 9, 22. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι· add. Luc. 24, 46. Ita μετὰ poſitum etiam legitur 1 Macc. 1, 29. vbi rex Syriae Apollonium Hieroſolymam miſiſſe dicitur μετὰ δύο ἔτη h. e. *anno ſequente*; ita enim hiſtoria iubente haec verba reddenda ſunt. Hebraei hoc in genere vti ſolent particulis ב et מ Deut. 14, 28. *decimae prouentuum ſoluendae ſunt* מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים, *in fine trium annorum*, vbi οἱ ό habent: μετὰ τρία ἔτη· ſed Deut. 26, 12. vbi de eadem re ſermo eſt, in Hebraico textu extat בַּשָּׁנָה הַשְּׁלִישִׁת et Alexandrini vertunt: ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ· cf. etiam *Heupelius, Krebſius, Loesnerus* ad h. l. et quae notauimus ad Matth. 16, 21. p. 473.

32. 33. παῤῥησίᾳ, *aperte, perſpicue,* non figurate, nullis verborum inuolucris adhibitis. v. Matth. 16, 21 ſs. — 33. ἰδὼν τοὺς μαθητὰς, *conuerſus et diſcipulos,* quos ab eadem cum Petro opinione auocare volebat, *intuitus, his eum verbis reprehendebat, obiurgabat;* ita h. l. ἐπιτιμᾷν capiendum; v. 32. eſt *admonere.* vid. ad Matth. l. c.

34. *καὶ προςκαλεσάμενος τὸν ὄχλον κ. τ. λ.*] *et allocutus est* (v. ad Matth. 15, 10) *multitudinem*, quae interea accesserat, *atque discipulos hunc in modum* etc. vid. Matth. 16, 24 sqq. Pro ὅςις in aliis libris extat εἴ τις, quae lectio, vt vulgare ὀπίσω μου ἐλθεῖν, pro quo plurimi codd. legunt ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν e Matth. l. c. et Luc. 9, 23. in hunc locum venisse videtur, cum formula ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινος offenderet nonnullos.

35 sq. Post ἀπολέσῃ plerique codd. habent τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· et hanc lectionem *Griesbachius* atque *Matthaeius* in ordinem receperunt, recte; vulgaris lectio e Matth. aut Luca in hunc locum migrauit. In cod. D. ex emendatione legitur αὐτήν, nempe, vt videtur, e cod. in quo librarius, postquam scripserat ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ, oculos coniecerat in verba, quae praecesserunt, ἀπολέσει αὐτήν, adeoque pro τὴν ψυχὴν αὐτοῦ scripserat αὐτήν. *Griesbachius* in Comment. Crit. p. 4. suspicatur, genuinam lectionem superesse apud solum Origenem, qui simpliciter posuit: ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ· ellipsin igitur alios aliter expleuisse. οὗτος, quod sequitur, quodque plures codd. et verss. omittunt, e Luca petitum videtur, vnde et *Griesbachius* ex ordine eiecit. — 36. Pro ἄνθρωπον in aliis libris extat ἄνθρωπος· male ἄνθρωπος e Matth. 16, 26. et Luc. 9, 25. in hunc locum translatum est.

38. Aliis verbis h. l. et Luc. 9, 26. eadem sententia expressa legitur, quae Matth. 16, 27. his verbis notata extat: τότε ἀποδώσει ἑκάςῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· vbi v. not. Nempe Iesus in colloquiis cum discipulis de reditu suo saepius institutis, variis formulis ac verbis vsus erat; qui ergo hos sermones literis consignabant, vsurpabant verba, et formulas, quae iis in memoriam incurrerent. v. *Eichhorn* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5, p. 882. ὃς γὰρ — λόγους] *qui me, meamque doctrinam*

repudiauerit. Verbum ἐπαισχύνομαι, *erubeſco*, h. l. maius quid inuoluit, notat, *pudore ſuffuſus aliquid auerſor et reſpuo*, vno verbo, repudio. ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ κ. τ. λ.] *in hac gente perfida atque ſceleſta.* vid. ad Matth. 12, 39. καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, *hunc ego viciſſim repudiabo;* ἀρνήσομαι αὐτὸν Matth. 10, 33. poena afficietur. ἕως ἂν ἴδωσι κ. τ. λ. donec ſpectauerint glorioſam regni Meſſiani manifeſtationem. Conf. omnino not. ad Matth. 16, 27. 28. 24, 13.

C A P V T IX.

2. 3. Vid. Matth. 17, 1 ſqq. ὡς χιὼν, *niuis inſtar*, comparatio profanis quoque ſcriptoribus vſitata. v. *Schotti* Adagia N. T. p. 66. γναφεὺς ſiue, vt ſcripſerunt Attici veteres, κναφεὺς, v. Thom. Mag. v. ἄκναπτον et πλυνεὺς· atque *Pierſon* ad Moer. p. 329. eſt *fullo*, Hebr. כֹּבֵס 2 Regg. 18, 17. Ieſ. 7, 3. vid. *Fiſcherus* ad Ariſtoph. Plut. 166.

8. ἐξάπινα, *confeſtim*, פִּתְאֹם, Num. 6, 9. Ioſ. 11, 7. id. qd. ἐξαπίνης et ἐξαίφνης. v. de hac voce *Kypkius* ad h. l. et *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 674. ἀλλὰ cum praeceſſerit negatio, eſt id. qd. εἰ μὴ, *neminem viderunt praeter Ieſum ſolum.* v. ad Matth. 20, 23.

10. καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν, πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες] verba πρὸς ἑαυτοὺς coniungenda ſunt cum participio συζητοῦντες, *mutuo inter ſe quaerebant.* Sic συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς occurrebat ſupra 1, 27. et legitur quoque

Luc. 22, 23. formulam autem τὸν λόγον ἐκράτησαν vario modo explicuerunt interpretes. Cum fcilicet verbum κρατεῖν inter alia quoque notet *abscondere, occultare,* (Dan. 5, 13. ἀναγγέλλων κρατούμενα, *annuntians abscondita.* Aefchyl. Choëph. 78. πικρὸν Φρενῶν ςύγος κρατεῖ, vbi fchol. explicat καλύπτει·) nonnulli verba noftra interpretantur: *itaque hanc rem reticuerunt, rem non diuulgarunt.* Alii, vt *Schottus*, vertunt: *quod monitum illi mente recondebant.* Alii, *his monitis obfequium praeftabant.* 2 Theff. 2, 15. κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, *obfequium praeftate praeceptis.* Rectius vim horum verborum ceperunt *Boltenius* et *Stolzius*, quorum prior verba haec expreffit: *diefer Ausdruck erregte ihre Aufmerkfamkeit*; pofterior: *Dies Wort fafsten fie auf.* Sic enim accuratius cohaerent haec verba cum verbis fequentibus πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες. Verbum κρατεῖν refpondet Hebr. דָּבַק. *adhaerere*, et חזק, quod notat *apprehendere, tenere*, etiam *perfiftere in aliqua re.* v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. Itaque τὸν λόγον ἐκράτησαν eft: *hanc vocem excipiebant, arripiebant.* Difputabant Apoftoli, quid fibi vellet illud: e mortuis in vitam redire? erat iis haec praedictio obfcura, aeque ac illa, de morte Chrifti, quoniam non credebant Meffiam moriturum et in vitam rediturum effe, Ioh. 12, 34. nec has praedictiones conciliare poterant cum fomniis de regno Chrifti terreno, quibus animum fuum oblectabant. vid. not. ad Matth. 16, 21. 17, 22.

11. *Tum eum interrogabant: cur legis doctores affirmant, Eliam prius venturum effe?* vid. ad Matth. 17, 10. 11, 14. ὅτι id. qd. τί, διατί, *cur, quare*; ita quoque Alexandrini interpretes vtuntur particula ὅτι ad exprimendam Hebraeorum particulam כי 2 Regg. 18, 34. 1 Sam. 29, 8. fed iidem interpretes etiam למה reddiderunt ὅτι Gen. 12, 18. Graecos quoque fcriptores ὅτι eodem fenfu vfurpare folere, pluribus exemplis docue-

runt *Kypkius* ad. v. 28. *Raphelius*, *Palairetus* et *Krebſius* ad h. l.

12. 13. Vid. Matth. 17, 10 ſqq. Laudauit Ieſus per ironiam, vt notauimus ad Matth. l. c. verba ipſa doctorum Iudaicorum: Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα, *ſane Elias prius*, ante Meſſiam, *apparere debet, vt reſtituat omnia.* Hoc ἀποκαθιστᾷ πάντα Iudaici doctores et diſcipuli Chriſti intelligebant de Elia Meſſiae, in regno terreno inſtituendo, in republica ipſorum in priſtinum, imo ſplendidiorem ſtatum reſtituenda, opem laturo. Quam opinionem peruerſam Ieſus, (qui probe animaduerterat, offendiſſe diſcipulos ea quae de reditu ſuo ab inferis dixerat,) cum per hanc occaſionem corrigere vellet, atque ſimul oſtendere, praedictionem illam de Elia Meſſiae praecurſore, neutiquam repugnare iis, quae diſcipulis iam aliquoties dixiſſet de calamitatibus et morte, quam ipſe ſubire deberet; ita pergebat: *at*, ſi Elias venturus eſt, vt reſtituat omnia, vt, ſicuti vos putatis, mihi in regno terreno fundando opem ferat, *quomodo tandem de me, Meſſia, ſcriptum extat*, canere potuerunt prophetae, *me multa eſſe perpeſſurum, peſſimeque tractatum iri? Verum enimuero mihi credite, Elias venit*, non eſt talis apparitio Eliae exſpectanda, qualem exſpectant Iudaei, iam venit Elias, Iohannes baptiſta, Eliae ſimilis, qui popularium ſuorum animos emendare, veramque pietatem et religionem reſtituere volebat, *ſed eum tractarunt pro arbitrio*, omnis generis iniuria eum affecerunt, *vt pariter de eo ſcriptum extat*; neque ergo mihi meliora ſunt ſperanda, et vera ſunt, quae cecinere prophetae. Alias aliorum huius loci interpretationes v. ap. *Wolfium* in Curis et *Koecherum* in Analectis ad h. l. πῶς γέγραπται intelliguntur loci V. T. quos Iudaeorum plures de calamitatibus a Meſſia ſubeundis interpretabantur, ad quos Ieſus ipſe, alio tempore hoc idem argumentum pertractans, prouocarat. vid. not. ad Matth.

20, 28. 26, 54. ἐπὶ, Hebr. על, de, vt 1 Tim. 1, 18. Hebr. 7, 13. ἐξουθενεῖν v. notata ad 8, 31. — 13. καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν] *ſicut de eo ſcriptum extat;* referenda ſunt haec verba, vt omnis orationis ſeries docet, ad Iohannem baptiſtam, et intelliguntur loci V. T. in quibus prophetis annuntiatur, ipſos a popularibus ſuis contemtum iri, v. c. Ier. 1, 19. Ez. 3, 7. al. in quibus piis ac probis hominibus perſecutiones et calamitates annuntiantur, qui loci et ipſi adeo Iohanni, viro ſanctitatis laude conſpicuo et prophetae, praedixerant, quid ipſi exſpectandum eſſet. Alii verba noſtra explicant: ſicuti ſcriptum extat de Iohanne in hiſtoria Eliae, quem etiam perſequebantur ipſius populares, et cui Iohannes ſimilis erat. Dura et contorta interpretatio. Durior quoque eſt *Heinſii* et *Clerici* ratio, qui verba καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, parentheſeos nota a reliquis ſeparanda praecipiunt, et καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν referunt ad Ἠλίας ἐλήλυθε hoc ſenſu: Elias omnino venit, ſicut de eo ſcriptum extat, et eum tractarunt pro arbitrio.

14 — 17. συζητοῦντες αὐτοῖς, *cum iis disputantes,* iisque inſultantes, quod hominem morbo comitiali laborantem ſanare non poſſent. vid. ad Matth. 17, 16. — 15. πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη, *eo viſo omnis multitudo obſtupuit;* ſubitaneus et inopinatus, ſed peropportunus Chriſti aduentus, erat cauſſa ſtuporis, cum reuerentia et admiratione coniuncti. Caeterum in aliis libris legitur πᾶς ὁ ὄχλος ἰδόντες αὐτὸν ἐξεθαμβήθησαν· ſed vulgata lectio bene ſe habet; mutationi locum dedit pluralis προςτρέχοντες. — 16. Auctoritate plurium optimorum codd. et verſſ. antiquarum legendum eſt ἐπερώτησεν αὐτοὺς nempe τοὺς μαθητὰς et γραμματεῖς· et facile intelligitur, quomodo anceps ac vagum αὐτοὺς mutari potuerit in γραμματεῖς. vid. *Griesbachius* l. c. pag. 5. — 17. ἤνεγκα, *adducere volebam.* πνεῦμα ἄλα-

λον, infra v. 25. ἄλαλον καὶ κωφόν· vid. ad Matth. 17, 15.

18. ῥήσσει αὐτὸν] Vulg. *allidit eum;* recte, significat enim ῥήσσειν, *solo allidere, in terram deiicere;* Alexandrini Iudaei hoc verbo expresserunt Hebr. נָטַשׁ Ier. 23, 33. 39. Ies. 33, 23. sed Ez. 29, 5. 31, 22. hoc idem verbum iidem interpretes reddiderunt καταβάλλειν, et Amos. 5, 6. σφάλλειν ἐπὶ γῆς· Hesychius: ῥῆξαι, καταβαλεῖν. Idem: ῥῆξε, κατέβαλε· vbi v. *Albertius.* Artemidor. 1, 62. ῥῆξαι τὸν ἀντίπαλον de luctatore adversarium humi prosternente. Id. 5, 78. de lagena: ῥῆξαι τε καὶ κατεάξαι τὸ κεράμιον, *in terram deiicere et confringere lagenam.* Exempla alia ad hanc verbi significationem comprobandam, protulerunt *Albertius* Peric. Crit. c. 16. p. 64. *Hammondus* et *Loesnerus* ad h. l. *Segaarius* Obss. ad Luc. 9, 42. καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει *ita vt spumet et dentibus stridat.* ἄφρος praecipue de spuma maris ponebatur, hinc Venus mari orta Graece ἀφροδίτη dicebatur. A spuma maris ad alia quaeuis hoc vocabulum translatum est. De equis spumas eiicientibus legitur ἄφρεον ap. Homer. Il. λ', 282. Hesych. reddit ἤφριζον —. καὶ ξηραίνεται, *et tabescit, sensim contabescit corpus eius,* quae est solennis ac propria verborum יָבֵשׁ et ξηραίνεσθαι significatio; *Boltenius* sine idonea ratione vertit: *er erstarret, obrigescit,* prouocat ad 1 Regg. 12, 4. vbi οἱ ὁ habent ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ· ad Marc. 3, 1. coll. Matth. 12, 9. quibus tamen ipsis in locis, nostro non plane similibus, interpretes ambigunt de significatione verbi.

19. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει· pro αὐτῷ plures codd. ac verss. antiquiores habent αὐτοῖς, quam lectionem, vtpote difficiliorem et obscuriorem vulgatae praeferendam censet *Griesbachius* in Comment. Crit. P. 5. p. 5. et αὐτοῖς refert ad αὐτοὺς v. 16. Iis quos interrogaue-

rat τί συζητεῖτε; nunc, postquam pater daemoniaci totam rem exposuisset, respondet, eosdemque grauiter reprehendit. Mihi vero praeplacet lectio breuior, quam praestantissimus cod. C. et alii libri habent: ἀποκριθεὶς λέγει. Scilicet grammaticorum alii, cum legerent γενεὰ ἄπιστος — πρὸς ὑμᾶς, adscripserunt αὐτοῖς· alii contra, qui parentem daemoniaci hactenus locutum esse viderent, adscripserunt αὐτῷ. Caeterum vid. not. ad Matth. 17, 17, 18.

20. „Cum miser ille homo vultum intueretur Iesu (indignabundi ac velut minitantis), perterritus tanti viri adspectu, statim grauem morbi accessionem sensit, spasmisque tam vehementibus conquassatus fuit, vt praeceps humi procumberet.“ Quae est praeclara *Griesbachii* ad h. l. obseruatio. ἰδὼν positum est pro ἰδόντα, sequitur ἐσπάραξεν αὐτὸν, quod pronomen αὐτὸν, ex Hebraismo subiunctum, est constructionis index. Sic Ier. 6, 19. *Lex mea et spreuerunt eam* pro: legem meam spreuerunt. Apoc. 3, 12. ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον pro τὸν νικῶντα ποιήσω στῦλον. vid. *Glassius* Phil. S. p. 68 sq. *Storrius* Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 296 sq. Itaque verba καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτὸν reddi debent: *aegrum, vt conspicatus est Iesum, statim daemon iactauit.* ἐσπάραξεν vid. Marc. 1, 26. καὶ πεσὼν — ἀφρίζων, *ita vt* (καὶ Hebr. ו, v. *Storrius* l. c. p. 302.) *humi lapsus ore spumans sese volutaret.*

21. 22. παιδιόθεν, *a puero*, מִנְּעֻרָיו Gen. 8, 21. id. qd. ἐκ παιδὸς ap. Aristaenet. 1, 19. quae formula etiam h. l. in nonnullis libris e glossemate legitur. — 22. ἀλλ᾽ εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν] *si quid potes, quaeso, fer opem:* ἀλλὰ precationibus solet praefigi, ita, vt fere notet, *quaeso, obsecro.* v. *Raphelius* in Polybb. *Elsnerus* et *Krebsius* ad h. l. εἴ τι δύνασαι est dubitantis, an Iesus adeo inueterato malo mederi possit, cum nec potuerint

discipuli. Inepte nonnulli interpretes, vt *Hombergius*, *Palairetus*, vid. *Wolfium* et *Koecherum* ad h. l. contenderunt, verba εἴ τι δύνασαι, non esse verba animi fluctuantis, sed de potentia Christi persuasissimi, cum haec formula a Graecis frequenter adhibita sit in precibus directis ad eos, quos potentissimos esse, et sibi optime cupere scirent; cumque particula εἰ non vbique rem incertam vel conditionem inferat. Huic explicationi prorsus repugnant verba Christi, quae v. seq. leguntur, quibus patrem aegroti ad plenam fiduciam excitat; et verba patris, v. 24. qui ipse animum suum fluctuantem ac titubantem accusat.

23. In explicandis huius versus verbis, in diuersas partes interpretes abeunt. Nonnulli libri omittunt τὸ, probante *Clerico*, alii πιστεῦσαι. In aliis libris olim loco τὸ extitisse videtur τι, vnde versiones quaedam habent: *quid est, si quid potes?* aut: *quid est quod dicis: si quid potes?* et hanc lectionem praeferendam esse iudicavit *Heinsius*. Sed haec omnis lectionis varietas originem suam debere videtur grammaticorum studiis locum paulo obscuriorem illustrandi et explicandi. *Camerarius*, *Knachtbullus*, alii, legendum coniecerunt πίστευσαι (i. e. πίστευσον), atque articulum τὸ inseruire monuerunt repetitioni et castigationi ineptae loquelae patris, atque adeo verba Christi vertunt: *quod vocem tuam attinet*, si potes, *tu modo crede*; vel, *quid dicis:* si potes? *crede*; vel, *imo tu*, *si potes*, *mihi confide*. At enimuero πιστεύεσθαι, vt *Griesbachius* ad h. l. monuit, in forma media nusquam in N. T. occurrit; nec temere, nullis libris addicentibus, mutanda est lectio, praeterea si τὸ inseruiret repetitioni, nec omittendum fuisset pronomen τι in verbis εἴ τι δύνασαι. Alii τὸ positum putant pro τοῦτο, et εἰ explicant: *vtinam*, hoc sensu: *vtinam possis credere hoc*, *omnia possibilia esse in gratiam credentis*. Rectius *Krebsius* atque *Loesnerus* obseruarunt: τὸ articuli praepositiui, in genere

neutro adhibiti, apud fcriptores facros aeque ac profanos, vnicuique fententiae praeponi folere, atque adeo fequentem fententiam indicare, vt Polyaen. 3, 9. 11. θαυμασάντων τῶν παρόντων καὶ ἐρωμένων, τί καταλαμβάνεις; Ἰφικράτης ὑπολαβὼν ἔφη· τὸ, τίς ἂν ἤλπισε τοῦτο ἔσεσθαι, *mirantibus, qui aderant et interrogantibus: ecquid occupas? refpondens Iphicrates inquit, quis hoc futurum fperaffet?* Philo de Migr. Abr. p. 395. D. προειπὼν δὲ τὸ, ὁμοίωμα οὐκ εἴδε τε, ἐπιφέρει, *cum enim dixiffet, fimilitudinem non vidiftis, addit.* vid. et Ariftoph. Pac. 695. Arrian. Epictet. 1, 15. Luc. 1, 62. ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖν αὐτόν· vbi τὸ indicat, quid nutu fignificare voluerint patri, nempe id, quo nomine vocandus effet puer. add. Luc. 9, 46. 22, 2. 4. 23. Iam vero fententia verborum Chrifti haec eft: *fi credere potes, omnia effici poffe in gratiam credentis* (τῷ πιςεύοντι datiuus commodi), *tibi opitulabor*, βοηθήσω σοι l. εὖ ἔχει· hoc enim fubintelligendum eft in hac enuntiatione hypothetica, de qua loquendi ratione Graecis et Hebraicis fcriptoribus vfitata vid. quae notauimus ad Luc. 19, 42. Hac interpretatione admiffa, bene cohaerent quae hoc in verfu leguntur cum refponfione patris, quae v. 24. fequitur. Verba vltima πάντα δυνατὰ τῷ πιςεύοντι nonnulli ad Chriftum referre voluerunt; *omnia mihi credenti poffibilia funt.* Durius et fine omni idonea ratione. Nam vt etiam aliunde conftat, patrationem miraculi a petentis fide fuspendere folebat Iefus, v. Marc. 5, 34. Matth. 15, 28. al. et aliis in locis tanquam cauffa, interdum non patratorum a Iefu miraculorum, affertur, quod homines fiducia grauis et plena defecerit. vid. Matth. 13, 58. Sunt ergo omnino quae Iefus generatim dixit, πάντα δυνατὰ τῷ πιςεύοντι, fpeciatim referenda ad patrem eius auxilium implorantem, coll. v. 24.

24. *Alta voce inter lacrimas dicebat pater: confido, opitulare mihi cui fiducia deerat.* Verba βοήθει μου τῇ ἀπι-

ςία alii explicant: *libera me ab incredulitate mea*, alii, *quod fiduciae meae deest, bonitate tua supple.* Quis vero credat, hominem illum augmentum fiduciae, et quidem tam subito, a Iesu sperasse et petiisse, praesertim cum ipse dixerit πιςεύω; Imo substantiuum per Hebraismum h. l. obtinet vim adiectiui, vt Luc. 1. 48. ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ positum est pro δούλη ταπεινή· et homo ille se nominabat ἄπιςον, quatenus hactenus fiducia eum defecerat, de quo vsu loquendi vitae communis vid. ad Matth. 26, 6.

25. Cum Iesus magis magisque plebem confluere, et euentum exspectare videret, sine mora infregit potestatem (ἐπετίμησε Matth. 8, 26.) genii mali his verbis etc. v. Matth. 17, 18. ἐπισυντρέχειν id. qd. συντρέχειν· constat enim verba decomposita saepius habere vim verborum compositorum. v. *Fischerus* Animaduu. ad Weller Vol. 3. P. 2. p. 66. 95 sqq. τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν bene *Schottus* vertit: *daemon male, loquelae defectus et surditatis auctor.* Nominatiuus positus est pro vocatiuo vt 5, 41. ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ — αὐτὸν h. e. imagine omissa, sis sanus, nec vnquam in hunc morbum recidas. vid. not. ad Matth. 12, 43. extr.

27. 28. Verba κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτὸν· καὶ ἀνέςη plerumque vertunt: *manu prehensum erigebat, vt surgeret.* Nobis tamen praeplacet *Boltenii* sententia, qui contulit locum Ies. 38, 9. vbi verba: וַיְחִי מֵחָלְיוֹ Alexandrini reddiderunt ἀνέςη ἐκ τῆς μαλακίας· atque adeo verba nostra vertit: *da er sich denn wieder erholte; ad se redibat, conualescebat.* — 28. εἰςελθόντα αὐτὸν — ἐπηρώτων αὐτὸν, pleonasmus pronominis in scriptis Hebraeorum et auctorum N. T. satis frequens. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 545. ὅτι, *cur*, vid. supra ad v. 11. Matth. 17, 19. pro ὅτι legitur διατί quod ex illo loco in nonnullos codd. nostro commate irrepsit.

30 — 33. *παρεπορεύοντο* vid. ad 2, 23. — 31. *παραδίδοται* praefens pro futuro, vt Ioh. 13, 27. — 32. *οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα*, vid. ad Matth. 16, 21. p. 475. et ad Matth. 17. 23. — 33. *τί πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; quanam de re inter vos disceptaftis?* vid. Matth. 16, 7. Quod reliqua attinet, cf. Matth. 18, 1 fqq.

35. *εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι κ. τ. λ.*] vox a Iefu faepius vfurpata. v. Matth. 20, 26. 23, 11. Marc. 10, 43. *πρῶτος*, Hebr. ראש, ראשון, רב, *princeps, maximus*. *ἔσται* pro *ἔστω* futurum pro imperatiuo, vt 10, 43.

36. *καὶ ἐγκαλισάμενος αὐτὸ*] *et puerum amplexatus*, non, vt alii vertunt: *in vlnas recipiens*. Etenim vt Matth. l. c. et Luc. 9, 47. referunt, Chriftus puero in medio ftante locutus eft, etiam h. l. legitur Iefum in medio difcipulorum conftituiffe puerum, et puer ille omnino adultior fuiffe videtur, cum et Matth. 18, 2. tradat Iefum aduocaffe puerum. vid. *Kypkius* ad h. l. Supra 5, 39. 40. filia duodecim annorum dicebatur *παιδίον*, et Ioh. 21, 5. 1 Ioh. 2, 8. adulti tropice appellantur *παιδία*. Praeterea verbum *ἐναγκαλίζεσθαι* refpondet Hebr. חבק Prou. 6, 10. vbi fignificat *amplecti*, add. Ecclef. 3, 5. vbi LXX. illud expreflerunt *περιλαμβάνειν*, vt 2 Regg. 6, 14. vbi חבק notat *cingere, circumdare.*

37. Vid. Matth. 18, 5. 10, 40. *οὐκ ἐμὲ* fcl. *μόνον*· quod etiam h. l. in codd. nonnullis ex interpretamento adiectum legitur. Conf. de hac ellipfi notata ad Matth. 5, 46. *Glaffius* Phil. S. p. 421. *Dath. Heupelius* ad h. l. et *Gatackerus* ad Antonin. 2, 1.

38. Vid. ad Matth. 18, 6. Pro *ἐν τῷ ὀνόματί σου* in aliis libris legitur *ἐπὶ τῷ ὀνόματι σου*, quae lectio e v. 37. 39. vel e Luca in hunc locum translata eft; in aliis fimpliciter fcriptum extat *τῷ ὀνόματί σου*· quam fcripturam

rectiſſime praeferendam iudicarunt *Griesbachius* et *Matthaeius* Nulla enim aderat cauſſa, cur ἐν aut ἐπί, ſi Marcus alterutrum ſcripſiſſet, a grammaticis aut librariis deleretur. Porro verba ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν omittunt Alexandrini, conſentiente Syro; in occidentalibus autem omiſſa ſunt verba ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· *Griesbachio* in Comment. Crit. in Marc. Part. 5. p. 7. probabile videtur, neutram harum ῥήσεων a Marco eſſe profectam, ſed Lucae locum parallelum 9, 49. pro earum fonte eſſe habendum. Alios nimirum librarios verba Lucae, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν, mutato ὅτι in ὅς, collocaſſe ante verba καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, alios poſt haec verba; pleroſque autem poſtea pro μεθ' ἡμῶν ſcripſiſſe vſitatius ἡμῖν. Cum tamen Marcus, vt ipſe vir doctiſſimus animadvertit, in narrationibus ſuis ſoleat copioſo ſermone vti, et quae narrare decreuit, pleniſſime deſcribere; non plane improbat eorum ſententiam, qui omiſſis verbis ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν in textu ſeruare malint verba ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, cum textus ſic conſtitutus optime ad Lucam conſonet, cuius veſtigiis Marcum in hac narrationis parte inhaeſiſſe V. D. cenſet. (Vid. quae a nobis notata ſunt in Prolegg. in Matth. p. 3.) Mihi vero cum *Erasmo*, *Paulo*, aliis, recepta lectio non ſollicitanda videtur, ſed conſulto a librariis, vt tautologia vitaretur, alterutram ῥῆσιν omiſſam fuiſſe, puto. Habet enim Marcus, vt ipſe *Griesbachius* rectiſſime monuit, nonnunquam additamenta ſuperflua, et copioſe interdum ſcribendi genere vtitur. Huius generis locus, vt alios omittam ſimiles, eſt c. 2, 15. vbi legitur: καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ — ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ· et vel hic locus, vt opinor, vulgarem lectionem, vtpote Marci ſcribendi indoli cum maxime conſentaneam, retinendam eſſe ſuadet. Nam in conſtituenda loci cuiusque lectione, non tantum auctoritas et fides plurium codicum ſequenda eſt, ſed etiam audienda eſt vox orationis, qua ſcriptor quisque in libro quoque vſus ſit.

39. 40. μὴ κωλύετε αὐτὸν κ. τ. λ.] ne hoc in posterum faciatis, nolite eum cohibere, hoc negotio prohibere. Qui enim nomine meo, nomen meum nuncupans, meoque auxilio fretus miracula (δυνάμεις Matth. 7, 22.) edit, non facile potest (ταχὺ idem quod ῥαδίως) male de me loqui, me impostorem ac fraudatorem more Pharisaeorum nominare, stat potius ipso facto a partibus meis et vestris, me legatum diuinum agnoscit, rem meam, doctrinam meam promouet, pertinet ad coetum nostrum, est εἷς τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, Matth. 18, 6. neque adeo homo ille a vobis contemnendus et cohibendus, imo excitandus erat, vt se mihi totum dederet et consecraret. — 40. ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι, *qui vobis non aduersatur, is vobiscum facit;* qui vobis sese non opponit, vos non oppugnat, is caussam vestram promouet. Simile prouerbium extat Matth. 12, 30. Pro vulgari καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν cum pluribus diuersarum familiarum codd. praestantissimis, et antiquis versionibus fere omnibus legendum est καθ' ὑμῶν et ὑπὲρ ὑμῶν, quam lectionem etiam *Griesbachius* et *Matthaeius* in ordinem receperunt. Eiusmodi prouerbia prima persona saepius quam secunda enuntiari solent. cf. Matth. 12, 30. Iesus de se antea locutus erat, atque bis primae personae pronomen adhibuerat, offensioni ergo erat grammaticis atque librariis subitaneus ad secundam personam transitus. Inde deriuanda lectionis varietas, vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.

41. Quae h. l. leguntur, alio tempore, aliaue occasione a Christo dicta sunt, v. Matth. 10, 42. vbi accuratior est verborum nexus. Scilicet verbis v. 42. ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, respexit Iesus, vt ad Matth. 18, 6. ostendimus, hominem illum, qui nomine Iesu daemonia expulerat. v. supra v. 38. Sed haec ipsa verba Christi, nescio quis, qui ea notata repererat in Marci archetypo, intellexerat omnino

de Chrifti difcipulis, et recordatus eorum quae alio tempore Chriftus difcipulis fuis et eorum refpectu dixerat: ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, Matth. 10, 12. (קְטַנִּים, v. ad Matth. l. c. et Matth. 18, 6.) κ. τ. λ. hanc ipfam fententiam, contrariam alii quae h. l. v. 42. extat, in margine archetypi appofuerat, Marcus autem hanc fententiam, in margine archetypi fui repertam, in ordinem recepit. Senfus hoc loco eft: qui vos veftramque cauffam vllo modo adiuuerit, qui vos vel viliffimo beneficio ornauerit, is pietatis ac liberalitatis fuae praemia et fructus feret. v. Matth. 10, 41. Pro ἐν τῷ ὀνόματί μου ὅτι Χριςοῦ ἐςε recte *Griesbachius* refcripfit: ἐν τῷ ὀνόματι ὅτι Χ. ἐ. eft enim lectio difficilior, quam librarii mutarunt in notiffimum illud et in libris Euangeliftarum frequenter obuium ἐν τῷ ὀνόματί μου· refpondet autem haec locutio ἐν ὀνόματι ὅτι, Syrorum ܒܫܡܐ fequente ܕ *eo nomine quod*, *propterea quod* eftis Meffiae fectatores. ὅτι Χριςοῦ ἐςε fcilicet μαθηταί. Matth. l. c. habet: εἰς ὄνομα μαθητοῦ.

42. Vid. ad Matth. 18, 6. λίθος ὀνικὸς libri nonnulli h. l. legunt pro μυλικός, fed illa lectio traducta eft e Matth. l. c. et retinenda vulgaris, quam plurimi codd. tuentur.

43. Quae inde ab hoc verfu vsque ad v. 48. memorantur, a Chrifto alio tempore dicta effe, docet locus Matth. 5, 29. 30. vbi cf. not. add. ad Matth. 18, 8 fq. fcilicet translata erant in Marci archetypo in hunc locum, ea quae de vitandis fcandalis alio tempore Iefus dixerat, quoniam h. l. (v. 42.) legebantur verba: καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ.

44—46. Verba verfus 43. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεςον in memoriam reuocabant locum Ief. 66, 24. vt adeo

verba illa, quae v. 43. a paucis tantum codd. abfunt, interpolationis nomine vix fufpecta effe poffe videantur. Sed haec eadem verba *εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβ.* v. 45. non leguntur in BCL. 1. aliis, in Syr. Perf. p. Copt. veron. etiam commata 44 et 46 omittunt BCL. 1. al. fed facilius haec omnia deleri et omitti potuerunt, quam addi; deleri a grammaticis, ne eorundem verborum repetitione moleftia crearetur lectoribus, omitti a librariis, qui in membris orationis, quae conftarent incifis multis fimiliter definentibus, faepe vnum pluraue incifa neglexerunt.* Iefaiae autem loco laudato felicia tempora annuntiantur Iudaeis, et inter alia leguntur haec: *exituri* (Iudaei) *videbunt cadauera illorum, qui a me defecerunt* (v. 17. 18.), *proftrata. Vermis eorum non morietur, et ignis non exftinguetur*, h. e. tanta cadauerum multitudo erit, vt quam diutiffime largiffima fuppetat vermibus materia, quam arrodant, qui ideo non facile ceffaturi funt. Similiter rogi, quibus caeforum cadauera cremanda imponuntur, non facile ob multitudinem hominum comburendorum exftinguentur. Iam fiue per improbos illos intelligas Iudaeos improbitatis ftudiofos, idololatriae deditos, quos Iudaei probi ac pii extra vrbem exeuntes, vifuri effent percuffos et proftratos, fiue cum *Henslero*, aliis, intelligas, et rectius quidem, vt opinor, gentes exteras, idolorum cultores, Iouam regem Iudaeorum fupremum, et populum ipfius infeftantes, vt adeo יצא fit, *in proelium proficifci, expeditionem fuscipere:* omnis imago a vate adhibita, miferiam maximam, poenas grauiffimas depingit. Noftro loco, vt orationis feries fat luculenter docet, fermo eft de poenis improborum poft hanc vitam futuris. Igne autem et vermibus Iudaei defcribere folebant etiam poenarum poft mortem grauitatem, cruciatuumque atrocitatem. Sir. 7, 17. *ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ.* Iudith. 16, 17. *οὐαὶ ἔθνεσιν ἐπισαμένοις τῷ γένει μου· κύριος παντοκράτωρ ἐκδικήσει αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς σάρκας αὐτῶν,*

καὶ κλαύσωνται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος. add. Ioſeph. Ant. 18, 2. B. I. 2, 12. αὐτῶν Ieſ. l. c. ſubaudiendum ἐκεῖσε βληθέντων, h. l. τῶν τὰ σκάνδαλα οὐκ ἀποκοπτόντων, qui vitiis ſuis indulgent.

47. τοῦ πυρὸς BDL. 1. al. Arr. Copt. Arm. al. omittunt, fortaſſis e Matth. 5, 29. in hunc locum venit.

49. Locus perobſcurus, qui multorum eruditorum ingenia exercuit. Copulata nimirum ſunt in vltima huius capitis ſectione, quod pleroſque interpretes fugit, a Ieſu variis temporibus dicta. vid. ad v. 41. 43. *ſal* v. 49. memoratus alio ibi ſenſu occurrit quam v. 50. nec facile patet, quomodo v. 49. cum proxime praecedentibus cohaereat, ſed v. 50. bene cohaeret cum iis, quae v. 34. memorata leguntur, id quod et ipſa vltima verba docent. Itaque non mirandum, tot diuerſas huius loci interpretationes a viris doctis eſſe prolatas, quas tamen omnes duriores video, aut male nexas. *Grotius*, *Hammondus*, alii, ſenſum verborum hunc eſſe putant: quiuis illorum hominum, qui prauis affectibus indulgent, holocauſtorum inſtar, igne totus conſumetur (i. poenam diuinam experietur grauiſſimam Ieſ. 34, 6. Ier. 12, 3. Ez. 21, 9. 10. etc. vbi homines impii poenis diuinis deſtinati, victimis comparantur) quiuis autem pius (quicunque de eo cogitat, vt animum ſuum ſeu ſacrificium ſpirituale Deo offerat v. Rom. 12, 1.) ſtudio diligentiſſimo, quicquid eſt in ipſius animo malorum affectuum, ſenſim ſenſimque remouebit, carni ſimilis numini diuino oblatae, quae ſale conſpergitur, putredinem exedente, ita, vt conſumtis prauis affectibus homo totus ad vitam aeternam beatam conſeruetur. Tribuunt verbo ἁλίζεσθαι ſignificationem: *deleri*, *conſumi* Hebr. נִמְלַח. Verum ille verbi ἁλίζειν vſus, quo notionem *conſumendi* exprimere dicitur, vt demonſtrauit *Schottus* in Commentat. inſcripta: examinantur diuerſiſſima interpretum iudicia de ſenſu effati Ieſu

Chriſti quod in Euang. Marci 9, 49. legitur, apte con-ſtituendo Viteb. 1812. 4. p. 10. rationibus, quae ſuffi-ciant, philologicis, omnino deſtitutus eſt. „Neque enim vel profani Graeciae ſcriptores (vtor verbis V. D.) vel auctores verſionis Alexandrinae atque librorum N. T. ita locuti ſunt, neque effata Ieſ. 51, 6. et Ier. 38. 11. 12. demonſtrant, quod *Grotius* his laudandis probari voluit, *eidem* verbo Hebraico מלח, cui Graecum *ἁλίζειν* reſpon-deat, illam poteſtatem competere, cui ipſe veluti funda-mento ſententiam ſuam recte ſuperſtrui putauerit. Illa quippe forma Niphal נִמְלָחוּ quae Ieſ. 51, 6. deprehendi-tur (*coeli fumi inſtar euaneſcent*) pariter atque vox מְלָחִים quae Ier. 38, 11. 12. de fragmentis veſtium *tritis* atque *ſciſſis* dicitur, ad alias omnino ſtirpes Arabicas referenda eſt, ab ea diuerſas, cui noſtrum מָלַח *ſale adſperſit*, ſuam debet originem (cf. *Geſenius Hebräiſch - deutſch. Hand-wörterbuch* p. 598. 99. Neque in auxilium vocandus locus Eſr. 4, 14 cum plures interpp. recte viderint, voci Chald. מְלַח l. l. notionem *ſalem comedendi* potius quam aliquid *diruendi* ſ. *conſumendi* eſſe vindicandam, ita, vt *ſalem palatii comedere* ſignificet: *miniſtris principis ad-ſcriptum eſſe, qui eius beneficio alantur.*" *Roſenmüllerus* et *Storrius* (Opuſcc. Vol. 2. p. 210. not. 77.) locum noſtrum interpretati ſunt hunc in modum: quiuis enim (illorum damnatorum) igni aeterno, ſeu ſale conſpergetur (cru-ciabitur), ſed quaeuis victima ſale condietur, i. e. quiuis homo Deo conſecratus ſale verae ſapientiae felicitati ae-ternae praeparari debet. His vero interpretibus recte oppoſuit *Schottus* l. l. p. 9. haec: a) non ſatis apparet, quare Ieſus notionem hominis igni aeterno cruciandi i. poenam aeternam poſt mortem ſubituri, formula tropica, eademque obſcura vſus πυρὶ ἁλισθήσεται, neque verbis propriis atque perſpicuis enuntiauerit. b) interpretationi prolatae oppoſitionis leges aduerſantur. Poenis enim olim futuris non tam *ſtudium* hominis Deo conſecrati, ope doctrinae diuinae ſe immunem ſeruandi a peccatis, atque

salute futura dignum reddendi, quam *felicitatem ipsam* Christianis veris olim exspectandam opponi oportuit. — *Paulus* hunc verbis substituit sensum: qui cupiditatibus prauis indulget, sese veluti sale adspergit, vt comburatur (πυρὶ, לָאֵשׁ), dignum se reddit poenis post mortem futuris; qui vero se Deo consecrat, dolores quidem sibi procreat, (horum imaginem ait esse illud ipsum, quod carnes victimarum sale perfricabantur) attamen fit victima Deo grata, non igne comburitur perenni, non subit poenas grauissimas. Contra vero acute monuit *Schottus* l. l. p. 12.: cum verba v. 48. conditionem eorum depingant, qui *iam traditi fuerint* supplicio futuro, atque verba v. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται (si modo concessum fuerit, de nexu vtriusque commatis cogitandum esse) haud dubie praecedentibus ita sint iungenda, vt ad voculam πᾶς e v. 48. subintelligatur αὐτῶν, praestat quae v. 49. legimus, pariter ad illam futuram referre hominum supplicio traditorum conditionem, quam de iis interpretari, quae in hac vita terrestri faciant. Desiderantur item loca, quae vim probandi habeant, salis imaginem satis perspicue et apte ad molestias transferri potuisse, quas pietatis verae studium homini paret, vitiorum illecebris fortiter repugnanti. — *Schottus* statuit: Iesum v. 49. (iam de imagine salis cogitantem, qua discipulis v. 50. veram sapientiam diuinam, studium concordiae mutuae complectentem, commendaturus esset) de hominibus Gehennae traditis hoc enuntiasse: *fore vt illi, qui salis* (verae sapientiae christianae) *vsum nullum in hac terrestri vita fecissent* (nec resistere voluissent illecebris vitiorum), *in vita altera, poenis edocti, necessitatem sentirent ac praestantiam sapientiae verae, atque resipiscendum esse intelligerent.* Sententiam igitur totius loci arbitratur esse hanc: *quiuis illorum hominum (qui supplicio Gehennae sunt obnoxii) nunc demum hoc igne* (s. *per hunc ignem*) *sale (quod ipsis in vita terrestri versantibus defuit) imbuetur* i. e. nunc demum poenis vitae futurae discet resipiscere. *Alio sensu illi salientur, quam victimae Deo sacrae,*

de quibus loco illo ſcriptum legitur: victima quaeuis ſale eſt conſpergenda. His enim ſimiles ſunt homines in hac vita terreſtri animis ſuis ſapientiae diuinae ſale imbuendis proſpicientes, qui Deo ſtudent probari. Caeterum ne quis obiiciat, huic interpretationi obſtare verba v. 48. quippe quae *aeternitatem* poenae infernalis declarent: animaduertit *Schottus* p. 21. verba v. 48. e formulis Iudaicis iisdemque tropicis eſſe depromta, neque vnquam Chriſtum eiusque diſcipulos diſerte docuiſſe, fore, vt homines damnati in perpetuum *iisdem poenis* manerent obnoxii (nunquam mitigandis), etſi animum immutauiſſent. Alias aliorum explicationes vid. ap. *Wolfium*, *Koecherum* ad h. l. et *Schottum* l. l. — Equidem arbitror Ieſum apoſtolis, qui inter ſe disputarant, quis maior futurus eſſet (coll. v. 34.), modeſtiam commendantem, omnino vſum eſſe prouerbio illo trito et vſitato (v. Matth. 5, 13. Luc. 14, 34.), καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας κ. τ. λ. v. 50. ſed v. 49. cum iis quae praeceſſerunt, non cohaerere, imo continere puto effatum, a Ieſu alio tempore prolatum, quod in archetypo Marci in hunc locum translatum erat, quoniam h. l. mentio facta erat *ignis* v. 48. et *ſalis* v. 50. Senſus autem huius ſententioſe dicti πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται κ. τ. λ. in ſe ſpectati, commode videtur mihi poſſe conſtitui hunc in modum: *quilibet veſtrum* (alloquitur Ieſus diſcipulos) *calamitatibus, vexationibus veluti ſaliri, emendari, praeparari debet* (quo conſequatur ſalutem), *ſicuti omnes oblationes ſale condiri, praeparari debent, quo ſint oblationes Deo acceptae.* Scilicet πῦρ in literis ſacris non tantum eſt imago *poenarum et ſuppliciorum*, ſed etiam generatim *calamitatum, afflictionum, miſeriarumque quarumuis*, quae inſtar ignis, aurum argentumue purgantis, hominum probitatem ac pietatem probant, eosque emendant et corrigunt. vid. Ieſ. 48, 10. Zach. 13, 9. Pſ. 66, 12. Sir. 51, 6. 1 Cor. 3, 14. Salis vſus Graecis, Romanis et Hebraeis in ſacrificiis erat ſolennis v. Euſtath. ad Hom. Il. α', 449. Dionyſ. Halic. 7. p. 1495. Vol. 3.

Reisk. Plin. H. N. 31, 7. Leuit. 2, 13. Ezech. 43, 24. Et cum sal efficiat, vt cibi eo resperfi ad comedendum reddantur aptiores, suauiores, firmiores, etiam quae diis offerebantur, eadem ratione, qua cibi humani adornari solebant, instruenda et sale condienda putabant, quo gratiora diis redderentur. ἁλίζεσθαι, *sale condiri*, h. l. per metaphoram notat, *praeparari*, quae significatio etiam huic verbo conueniens est in formula ἁλὶ ἁλισθήσεται· nam sale sacrificium praeparabatur et perficiebatur. Vsus est Iesus formula πυρὶ ἁλίζεσθαι, non verbo δοκιμάζεσθαι, aut simili, quoniam laudare volebat verba Leuit. 2, 13. πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται· denique particula καὶ h. l. reddi debet, *sicuti*, *quemadmodum*, Hebr. ו. vid. *Noldii* Concordd. Particc. pag. 304. Iam si vinculo quodam haec sententia, iis quae praecesserunt, annectenda est; cum tentationes et corruptelarum illecebrae, quae ad religionem deserendam adducunt, annumerari soleant in libris sacris, afflictionibus a Christi sectatoribus perferendis, v. Iac. 1, 12 sqq. ibique interpp.: sententiarum nexus h. l. exhiberi potest hic: reprimite cupiditates prauas, quamuis hoc maxime arduum vobis videatur, et cum molestia atque doloribus coniunctum sit, etenim calamitates dum constanter perferuntur, virtutem vestram Deo probant, vos dignos et idoneos reddunt, qui potiamini felicitate perenni. Sed repeto, quae supra monui, videtur Christus hanc sententiam protulisse alio tempore, cum verba faceret de calamitatibus et afflictionibus, a suis cultoribus constanter sustinendis. Assensorem nactus sum *Gablerum* V. D. in *Journal für auserlesene theol. Literatur* B. 5. p. 351. qui suspicatur, quae v. 49. leguntur desumta esse ex oratione Iesu, quam nobis Lucas c. 14. referuauit, atque Iesum haec verba protulisse, cum dixisset, quae ibi v. 33. leguntur.

50. Vid. Matth. 5, 13. Luc. 14, 34. Sal erat imago sapientiae atque virtutis, v. ad Matth. l. c. *Bux-*

iorfii Lex. Talm. p. 1208. etiam fymbolum conftantiae et amicitiae certae, atque in foederibus pangendis adhibebatur, hinc בְּרִית מֶלַח, *foedus perpetuum*, 2 Chron. 13, 5. add. Num. 18, 19. hinc et Philo dixit fal *σύμβολον γνησίου φιλίας*. Euftath. ad Il. *ι*. p. 648. 5. *ἄλλως μέντοι κοινότερον θεῖον τὸν ἅλα φησὶν — διότι συναγωγός ἐστιν εἰς φιλίαν, καὶ εὐνοίας σύμβολον τοῖς ξένοις ἐν τῇ τραπέζῃ παρετίθετο — καὶ Πλούταρχος δὲ εἰς τοῦτο γράφει.* Idem ad Il. *α*. p. 100. 22. *ὡς γὰρ ἅλς ἐξ ὑδάτων πολλῶν ῥυτῶν παγεὶς ἕν τι στερεὸν γέγονε σῶμα, οὕτω καὶ οἱ συνελθόντες εἰς φιλίαν ἐκ διεστώτων, εἰς ἓν τῷ τε τόπῳ καὶ τῇ φιλικῇ διαθέσει συνήχθησαν.* v. *Wetftenius*, *Michaelis* et *Boltenius* ad h. l. *Worbfius über die Bundes- und Freundfchaftsfymbole der Morgenländer zur Erläuterung mehrerer bibl. Stellen* 1792. Itaque perquam appofite Chriftus difcipulis fuis de variis honoribus contendentibus v. 34. commendans *εἰρήνην*, pacis concordiaeque ftudium, commemorauit falem, et vfus eft prouerbio tunc temporis vfitato: *καλὸν τὸ ἅλας*, *res praeftantiffima eft fal*, *ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται*, *fi vero fal falfedinem amiferit*; *ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε*; *quomodo ei falfedinem reftituetis?* *ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας*, *retinete in animis veftris* fapientiae quafi *falem* (*ἔχετε* id. qd. *κατέχετε*·) *καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις*, *ita vt pacem inuicem colatis.* Senfus, imagine omiffa, h. l. eft: Si vos Apoftoli, futuri fapientiae, doctrinae meae, doctores, vanos honores affectatis, nec modeftiae, fed ambitionis ftudiofi eftis, atque altercationes facitis, neque adeo aliis fapientiae, imo infipientiae, exempla egregia eftis, quis vos corriget? fitis igitur fapientiae ftudiofi, doctrinam meam vita factisque exprimite, atque adeo etiam pacem colite.

CAPVT X.

1. Vid. Matth. 19, 1. ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου] *in fines Iudaeae, per regionem trans Iordanem sitam, venit.* Iesus e Galilaea contulerat sese Hierosolymam, ad celebranda ἐγκαίνια· cum ibi insidias ei struerent Iudaei, v. Ioh. 10, 22. 40. concessit in eam Iudaeae partem, quae dicebatur Peraea. v. Matth. l. c. *Paulus Kommentar, Theil* 2. *Abschnitt* 88. p. 778 sq. edit. 2. Libri nonnulli omittunt verba διὰ τοῦ, alii in horum verborum locum substituunt particulam καί. *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 6. p. 4. et *Paulus* vulgarem lectionem retinendam censet. Recte. Omissioni locum haud dubie dedit locus Matth. 19, 1. vbi legitur: ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου· sed mutatio διὰ τοῦ in καί consulto facta est ab iis, qui ex Iohannis narratione 10, 22. 40. scirent, Iesum non *per* Peraeam venisse in Iudaeam, sed potius primo versatum esse in Iudaea, atque inde deinceps sese contulisse in Peraeam. Marcus vero, qui itinerum istorum seriem non accuratius nosset, verba archetypi minus recte ita expressit, vt hoc loco expressa leguntur. ἐκεῖθεν, *inde*, e Galilaea, vid. Matth. 19, 1. ἀναστὰς, *discedens*, nam verbum ἀνίστημι, vt Hebr. קוּם, etiam eo sensu occurrit, vt sit *abeo*, *discedo*, vt Marc. 8, 24. neque scriptoribus Graecis hunc verbi vsum insolentem esse, exemplis pluribus ad h. l. docuit *Kypkius*.

4 — 6. ἐπέτρεψε, *permisit* diuortium, dato libello repudii, aut quod eodem recidit, repudiare vo-

lenti *praecepit* (Matth. 19, 7. ἐνετείλατο) libellum repudii dare. — 5. ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην, iussit vt vxoribus repudiandis daretur libellus repudii. — 6. κτίσις per metonymiam positum est pro κόσμος, vt infra 13, 19.

11. γυναῖκα αὐτοῦ, Matth. 19, 9. additur: εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ· et ib. 5, 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας, vbi v. not. μοιχᾶται ἐπ' αὐτὴν, *cum ea*, quam vxore dimissa duxit, *adulterium committit.* Quae autem Matthaeus, (qui magistri sermones plenius et accuratius reddidit 19, 9. coll. 5, 32.) Iesum Pharisaeis publice inculcasse refert, ea Marcus a Iesu priuatim discipulis dicta esse h. l. tradit. Nempe repetiit Iesus, cum discipulis priuatim de diuortiis agens, v. Matth. 19, 10. sententiam antea publice propositam, vt declararet illius grauitatem et veritatem. Similis locus infra v. 24.

12. Mira in codicibus deprehenditur h. l. lectionis diuersitas. Scilicet in nonnullis libris legitur: ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ· quae lectio originem suam debet grammaticis, quibus maritus ἀπολύειν γυναῖκα, *repudiare vxorem*, vxor vero vix putaretur recte dici posse ἀπολύειν τὸν ἄνδρα, *repudiare maritum.* Alii libri habent: ἐὰν αὐτὴ (sic scripserunt librarii, quibus pronomen αὐτὴν, quod praecessit, in recenti adhuc memoria esset) vel γυνὴ, ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα αὐτῆς, γαμήσῃ ἄλλον· *Paulus* genuinam loci scripturam esse putat: καὶ ἐὰν γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται· quodsi vero lectiones reliquae omnes pro interpretamentis grammaticorum essent habendae, non facile perspicitur, qui factum sit, vt cogitauerint grammatici de vxore maritum deserente et repudiante, cum in proxime praecedentibus, non de muliere maritum deserente, sed de vxore a marito deserta, sermo fuerit; qui factum sit, vt nemini in mentem venerit, ellipsin e commate proximo ita explere: ἐὰν ἡ

ἀπολελυμένη γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται· vid. *Griesbachius* l. c. qui vulgarem lectionem tuetur, cuius sententiam assensu meo comprobare non dubito, sed pro ἀπολύσῃ — καὶ γαμηθῇ probabilior lectio videtur ἀπολύσασα τὸν ἀ. αὐτῆς γαμηθῇ: etenim haud improbabile est grammaticos et librarios, cum praecesserit v. 11. ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ — καὶ γαμήσῃ ἄλλην, vt rotunda fieret oratio, et eiusdem membra sibi accuratius responderent, pro καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσασα — γαμηθῇ scripsisse: καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ — καὶ γαμηθῇ· ex eodem saltem fonte deriuanda est haud dubie lectio καὶ γαμήσῃ ἄλλον· quae codices nonnullos occupauit. Iam vero quod verba ipsa attinet: *et si mulier, repudiato marito, alii nupserit, adulterium committit*, verbum μοιχᾶται potest referri ad vxorem, *vxor illa committit adulterium* vel etiam ad illum ipsum, cui, repudiato marito priore, nupsit, cum verbum μοιχᾶσθαι adhiberi soleat de viro, qui adulterium committit. v. ad Matth. 5, 32. Thomas Mag. μοιχᾶται ὁ ἀνὴρ, μοιχεύεται δὲ ἡ γυνή· neque haec ratio a scribendi indole Marci aliena est. Hac vero ratione admissa, verba nostra quodammodo respondent iis, quae leguntur Matth. 19, 9. καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται· et Luc. 16, 18. καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχεύει· et Christus, etiam auctore Marco, non de vxore adulterium committente dixit, sed ostendere voluit, quomodo quispiam in crimen adulterii incurrere possit. v. ad Matth. 5, 32. Docuit nimirum in adulterii crimen incurrere eum, qui repudiata vxore sua, aliam in matrimonium ducat, et eum qui a marito repudiatam, vel quae ipsa maritum repudiauerit, sibi connubio iungat. Quaecunque autem harum explicationum admittatur, hoc certissimum est, esse h. l. sermonem *de vxore maritum repudiante*, neque necesse est, vt verba ἐὰν ἀπολύσῃ cum pluribus interpretibus vertamus: *si deseruerit*, propterea quod e Iudaeorum institutis vxor maritum *repudiare* (ἀπολύειν, vid. ad Matth. 1, 19.) non potuerit. Nam lubenter quidem concedimus,

neutiquam illa aetate moris fuiſſe *Iudaeorum*, vt *vxores* etiam *repudiare* poſſent maritos; neque in cenſum venire poſſe exempla Herodis magni ſororis, et Herodiadis, et Michalis 1 Sam. 25, 44. „Quod enim Herodis magni ſoror et Herodias auſae fuerant, id non continuo, vt ſcite obſeruauit *Storrius*, (cuius verbis vtor) Diſſ. Exeget. in libror. N. T. hiſtoricor. aliquot locos P. 3. p. 14. Opuſcc. Acadd. Vol. 3. p. 206 ſq. alii cuique vxori permiſſum fuit, neque magis priſtinum morem immutaſſe exiſtimandum eſt, quam ſuperiori tempore ex Sauli licentia 1 Sam. l. c. maritorum repudiandorum conſuetudo introducta fuerat. Ioſephus certe non *Herodiadem* modo, quae dupliciter a iure abierat, tum *diuortio faciendo* (Matth. 14, 4.) tum *mariti fratri nubendo*, ius patrium violaſſe ſcribit Ant. 18, 5. 4. ſed hoc quoque nominatim prodit, Salomen, quae marito repudium ſcriptum miſerit, coniugium ſoluiſſe contra leges Iudaicas. *Marito* enim, *id integrum eſſe apud Iudaeos*, *vxori* vero *nec* tum, ſi ſponte ſua diſceſſerit, *licere nubere*, *niſi prior maritus eam* repudio *dimiſiſſet*. At Salomen, *non patriae* legis, ſed *arbitrii ſui normam ſequendo*, marito, cuius erat repudium ſcribere, *conſuetudinem ante*, quam ab ipſo dimitteretur, *renuntiaſſe*.“ Ioſeph. Ant. l. c. *ἐπεὶ συνέβη τὴν Σαλώμην στασιάσαι πρὸς Κοστόβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῷ γραμμάτιον ἀπολυομένη τὸν γάμον, οὐ κατὰ τοὺς Ἰουδαίων νόμους. Ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ' ἑαυτὴν γαμηθῆναι, μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος. Οὐ μὲν ἡ Σαλώμη τὸν ἐν γένει νόμον, ἀλλὰ τὸν ἐπ' ἐξουσίᾳ ἑλομένη τὴν συμβίωσιν ἀπηγόρευσε.* At enimuero inter gentiles haud rarenter vxores a maritis ſecedere, iisque mittere ſolebant *τῆς ἀπολείψεως γράμματα*, vt nouarum ipſis nuptiarum poteſtas eſſet. vid. 1 Cor. 7, 11. 13. vbi Paulus hunc ipſum locum noſtrum reſpexiſſe videtur: add. *Wetſtenius* et *Wolfius* in Curis ad h. l. *Danzii* Diſſ. Vxor maritum repudians ad Marc. 10, 12. in *Meuſchenii* N. T. ex Talm. et Antiqq. Hebr. illu-

ftrato p. 678 fqq. et *Seldenus* de I. N. et G. 5, 7. p. 790. de Vxor. Hebr. 3. c. 18 p. 309 fqq. Quamquam ergo nulla cauffa aderat, *publice* reprehendendi vitium, a moribus *popularium* abhorrens, tamen tunc temporis cum feorfum Iefus cum Apoftolis ageret, omnino iis, futuris *gentilium* doctoribus, dicere poterat imo et debebat, de vxore, pro gentilium confuetudine, maritum repudiante; vt fcirent, quaenam iis de ea, fententia effet dicenda; neque negauerim Iefum quoque tunc temporis refpicere potuiffe, imo et refpexiffe exemplum Herodiadis, cum et alio tempore Herodis eiusque familiae mores caftigauerit atque perftrinxerit. vid. Marc. 8, 15. Luc. 13, 32. Marcus igitur illud Chrifti effatum v. 12. quod a Petro forte acceperat, cum fcriberet *chriftianis e gentilibus*, h. l. inferuit. Matthaeus vero, qui Euangelium fuum *Palaeftinae incolis* deftinarat, illud afferre omifit, et commode omittere potuit. — E *Gableri* fententia in *Journal für auserlef. theol. Literatur* B. 5. p. 352. vfus eft Iefus verbo שלח cui in verfione Alexandrina refpondet verbum ἀφίημι, quod non modo notat, *dimittere*, *repudiare* id. qd. ἀπολύειν, ἀποπέμπειν 1 Cor. 7, 12. fed etiam *deferere, miffum facere* (coll. Iob. 39, 5.) 1 Cor. 7, 13. Marcum ergo, contendit V. D. duplici fenfu verbum ἀπολύειν vfurpaffe, pro quo rectius adhibuiffet verbum ἀφίημι, quod exacte τῷ שלח refpondeat, forte vero etiam eum rationem habuiffe gentilium confuetudinis, et cogitaffe de vxore maritum *repudiante*, Iefum autem nonnifi Iudaeorum mores refpexiffe.

13. Vid. Matth. 19, 13 fqq. ἵνα ἅψηται αὐτῶν, *vt iis manus imponeret*, coll. v. 16. add. 8, 22. ibique notata.

15. ὡς παιδίον, *vt infans* i. e. iis virtutibus praeditus, quibus infantes praediti funt. v. Matth. 18, 3. 19, 14. δέχεσθαι τὴν βασιλείαν eft, doctrinam Chrifti am-

plecti, animo modesto ac docili Christi disciplinae sese tradere. Sed εἰςέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν est, ciuem fieri regni Messiani, et participem bonorum commodorumque, quibus Christi cultores hoc nomine digni ornantur. v. Matth. 18, 4. Ioh. 3, 3. 5. *Noesselti* Opuscc. T. 1. p. 24 sqq. — 17. εἷς pro τὶς Ouid. Heroidd. 15, 162. *Constitit ante oculos Naias vna meos*, vbi v. *Burmannus* add. not. ad Matth. 8, 18.

19. Vid. Matth. 19, 16 sqq. Praeceptum decalogi sextum, μὴ μοιχεύσῃς, h. l. praepositum legitur praecepto decalogi quinto μὴ φονεύσῃς, vt Luc. 18, 20. Rom. 13, 9. et apud Philonem saepius. Alium ordinem Matthaeus secutus est l. c. Ingeniose *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 890. suspicatur, tunc temporis Iudaeorum magistris, qui de discrimine praeceptorum legis multa disputare atque praecipere solebant, vid. ad Matth. 5, 19. vsitatum fuisse eo ordine praecepta decalogi laudare, quo h. l. Luc. et Rom. l. c. laudata leguntur, quod praeceptum sextum grauius putarent quinto, atque hanc eorum consuetudinem secutos esse Marcum, Lucam, Paulum et Philonem. μὴ ἀποστερήσῃς Vulg. expressit: *ne fraudem feceris.* Sed hoc verbum latius patet. Etenim ἀποστερεῖν, quod de iis adhibetur, *qui res alienas suas reddunt fraude et rapiunt*, qui τὰ μὴ προσήκοντα λαμβάνουσι, Xen. Agesf. 4, 1. vt Sir. 29, 8. al. nominatim de iis, *qui deposita* (Laërt. 4, 38.) *et mutuo accepta, commoda, etiam debita non reddunt, seque ea accepisse appellati negant*, v. *Fischeri* Ind. Theophrast. sub h. v. generatim notat: *nocere alicui, iniuria afficere aliquem*, quocunque tandem modo id fiat, siue vi, siue fraude, siue calumnia, siue aliis viis et rationibus, vt Xen. Mem. 7, 6. 8. Sir. 4, 1. vbi vid. *Bretschneiderus*, add. ib. 34, 23. 24. In versione Alexandrina ἀποστερεῖν respondet Hebr. גָּרַע, *detraxit, deminuit*, Exod. 21. 10. et verbo עָשַׁק, *iniuria affecit, oppressit*, Deut. 24, 14. Mal. 3, 5.

fed hoc ipfum verbum עשק iidem interpretes Leuit. 19, 13. qui locus h. l. refpicitur, expreflerunt verbo *ἀδικεῖν*· vt adeo planiffimum fit, verba *ἀποστερεῖν* et *ἀδικεῖν* iis fuiffe verba idem valentia, ficut et 1 Cor. 6, 8. *ἀδικεῖτε* et *ἀποστερεῖτε* tanquam fynonyma coniunguntur. Dedit ergo h. l. Marcus etiam, exemplo interpretum Alexandrinorum inuitatus, verbo *ἀποστερεῖν* partes verbi *ἀδικεῖν*, atque adeo *μὴ ἀποστερήσῃς* reddi debet: *noli quempiam iniuria vlla afficere*, et hac vna voce expreffa funt h. l. praeceptum decalogi nonum et decimum. Deut. 5, 21. et quae Leuit. 19, 13 fs. leguntur: *οὐ συκοφαντήσει ἕκαστος τὸν πλησίον· οὐκ ἀδικήσεις τὸν πλησίον, καὶ οὐχ ἁρπάσεις, οὐ πορεύσει δόλῳ ἐν τῷ ἔθνει σου.* Solebant autem Iudaei praecepta decalogi recitantes, non magnopere folliciti effe de verbis, quibus concepta in libris Mofis legerentur, fed aliis verbis haud raro ea recitabant. Ita vero etiam planiffimum eft, non nouum praeceptum a Iefu traditum h. l. commemoratum effe, quod etiam exinde patet, quod adolefcens ille praecepta a Iefu allata, tanquam olim iniuncta, et a fe exacte obferuata agnouit, coll. v. 20.

21. *ἠγάπησεν αὐτὸν*] *blandis eum compellauit verbis, eum laudauit*; fic *ἀγαπᾷν* legitur in verfione feptuagintavirali 2 Chron. 18, 2. Pf. 78, 36. Cant. 1, 4. et *φιλεῖν* ap. Alciphr. ep. 3, 26. *ἐφίλει τὴν φιλεργίαν*, *probabat fedulitatem*. v. *Feffelii* Aduerff. Sacra 10, 1. *Koecherus* in Analectis, et *Loesnerus* ad h. l. *ἕν σοι ὑστερεῖ*] Matth. 19, 20. feruauit interrogationem adolefcentis, *τί ἔτι ὑστερῶ*; Marcus refponfionem Chrifti; atque fic etiam hi loci, vt innumeri alii docent, Matthaeum et Marcum in confcribendis commentariis fuis, diuerfis archetypi recenfionibus vfos effe. vid. *Eichhornius* in *Allg. Bibl.* B. 5. p. 513. *ἄρας τὸν σταυρὸν*] in aliis libris deeft, in nonnullis locum mutat. Puto haec verba adfcripta effe a grammaticis ex aliis fimilis argumenti locis. vid. 8, 34. Matth. 16, 24.

22. *ὁ δὲ ϛυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ*] *hac voce ille commotus.* *ϛυγνάζειν* proprie de triſtitia adhibetur, inprimis ea, quae vultu ſe prodit, et frontem nubilam reddit, de qua verbi poteſtate vid. not. ad Matth. 16, 3. et *Kypkius* ad h. l. qui verba noſtra reddit: *ille vero vultum ad haec verba contrahens, triſtis abibat.* Sed in verſione Alexandrina *ϛυγνάζειν* reſpondet Hebr. שמם h. e. *ſtupere*, Ezech. 27, 35. 28, 19. 32, 10. quod conſtruitur cum particula על, hinc rectius, arbitror, *ϛυγνάσας* h. l. exprimitur *ſtupens*, *commotus*; hoc ſenſu שמם legitur quoque Ier. 19, 8. vbi *οἱ ό* habent *σκυθρωπάζειν*.

24. Verbis *τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν*, *qui opibus confidunt*, accuratius explanantur illa v. 23. generalius dicta *οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες*. Suppleri poteſt ex h. l. Matthaeus 19, 23. qui hanc verborum Chriſti repetitionem et explicationem praeteriit.

25. Vid. Matth. 19, 24 ſqq. *διελθεῖν* tuentur vnanimi fere conſenſu Alexandrini et Occidentales, ſed Conſtantinopolitani plerique, et nonnulli alii habent *εἰςελθεῖν*, quod *Matthaeius* in textum recepit. Recte vero mea ſententia praeferendum iudicauit *Griesbachius* l. c. p. 5. *διελθεῖν*, partim ob teſtium auctoritatem, partim etiam cum recepta lectione *διελθεῖν* facile appareat, quomodo Matth. et Lucae locis parallelis in codd. irrepere potuerit vox *διελθεῖν*, partim etiam, quoniam perquam probabile eſt, Marcum orationem voluiſſe variare, cum v. 23. 24. vſurparit *εἰςελθεῖν*, et id ipſum verſum repetiturus eſſet in fine verſus. Caeterum vid. not. ad Matth. l. c.

26. *καὶ τίς δύναται σωθῆναι*, *ecquis tandem felicitate ornabitur?* *καὶ*, vt Lat. *et*, v. Virgil. Ecl. 1, 27. 10, 28. vbi cf. *Burmanus*, interrogationibus, quae cum admiratione quadam mouentur, praeponi ſolere, exemplis

pluribus docuerunt ad h. l. *Wetstenius*, *Elsnerus*, *Bosius*, *Raphelius*, *Loesnerus* ad h. l. et *Segaarius* Obss. Philol. ad Luc. 1, 43.

30. Pro *μητέρας* in aliis libris extat *μητέρα*· sed vulgaris lectio proba est, *μητέρα* scripserunt librarii, quoniam v. 29. singularis numerus praecesserat. *μετὰ διωγμῶν*, *post persecutiones* s. *calamitates*, *superatis calamitatibus*. *Heinsius* legi malebat *μετὰ διωγμὸν*· male; v. *Raphelius* Polybb. et *Wolfius* ad h. l. *Boltenius*, alii, *μετὰ* explicant *per*. Sed *μετὰ* etiam secundo casu iunctum, interdum notat *post*, vt Pind. Olymp. 1, 97. *μετὰ τριῶν*, *post tres*. vid. et *Loesnerus* ad h. l. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 200. et ad Anacr. 39, 27.

32. Vid. Matth. 20, 17 sqq. ibique notata. *ἐθαμβοῦντο καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο*] cum iis animus mali nonnihil praesagiret, cum timerent, ne Christus Hierosolymis male exciperetur, *attoniti et timidi eum sequebantur*. Valde tamen arridet *Heumani* ratio, qui alteram versus nostri partem Latine hunc in modum reddendam praecipit: *attoniti et timidi eum sequebantur, nam* (*καὶ*) *seduxerat* (v. Matth. l. c.) *Iesus duodecim Apostolos, eosque edocuerat de fatis ipsi imminentibus*. Inuiti ergo, attoniti et timidi magistrum praeeuntem sequebantur. Sic omnis oratio apte cohaeret.

35. 36. Matth. 20, 20. *προςπορεύονται αὐτῷ*, *adibant Iesum*, id. qd. *προςῆλθον* Matth. l. c. respondet Hebr. קרב, *accessit*. Exod. 36, 2. et הלך sequente אל Ios. 8, 34. *θέλομεν*, *cupimus*, *optamus*, Hebr חפץ, Mal. 3, 1. al. Cic. Fam. 15. 8. *eum honorem tibi deos fortunare* volo. — 36. Pro *τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν*· in aliis libris extat: *τί θέλετε, ἵνα ποιήσω ὑμῖν*· in aliis, *τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν* et hanc posteriorem lectionem ob omissum *ἵνα* duriorem, genuinam esse censent *Griesbachius* et *Paulus*.

Sed infra v. 51. legitur τί θέλεις ποιήσω (al. ἵνα ποιήσω) σοι· atque inde h. l. in codd. lectionem τί θέλετε (ἵνα) ποιήσω ὑμῖν irrepfiffe putauerim.

37. δὸς ὑμῖν] *concede nobis*, vid. de hoc verbi vfu not. ad Matth. 13, 11. *Raphelius* Obff. Xen. et *Loesnerus* ad h. l. Sic etiam Latinorum *dare* legitur Senec. Med. v. 32. Val. Fl. Argon. 5, 516. ἐν τῇ δόξῃ σου] *in regno tuo*. Matth. 20, 21. ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· et δόξα h. l. id. eft qd. βασιλεία, vt Luc. 24, 26. nam Hebraei כָּבוֹד ponere folent pro מַלְכוּת. v. *Fifcherus* Proluff. de vitiis Lexx. p. 379. et *Bretfchneiderus* ad Sir, 3, 2. et 14, 27.

39. Pro καὶ τὸ βάπτισμα haud dubie cum optimae notae diuerfarum recenfionum codd. legendum eft ἢ τὸ β. De fignificatione verbi βαπτίζεσθαι, *calamitatibus premi*, vid. ad Matth. 20, 22. add. *Weffelingius* ad Diod. Sic. T. 1. p. 85. *Dorvillius* ad Charit. p. 176. *Rhoerius* Fer. Dauentr. 2, 15.

42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν pofitum eft pro οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, vt legitur Matth. 20, 25. cf. in hanc rem notata ad Matth. 3, 9.

46. 47. Occidentales et Origenes, affentiente h. l. etiam Gotho, ἐκεῖθεν pofuerunt pro ἀπὸ Ἱεριχώ· quae lectio non contemnenda eft. Nam Euangeliftaria a verbo ἐκπορευομένου nouum incipiunt anagnofma; fi ergo ἐκεῖθεν genuina lectio erat, in Euangeliftariis neceffario mutari debebat in ἀπὸ Ἱεριχώ· et potuit faltem e lectionariis prognatum effe vulgare illud ἀπὸ Ἱεριχώ. Sed cum reliqui codd. abdicant, lectio vulgaris retinenda eft; et ἐκεῖθεν ortum videtur e praepoftero ftudio vitandae cacophoniae in verbis ἔρχονται εἰς Ἱεριχὼ et ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχώ. vid. *Griesbachius* l. c. p. 6. ὁ υἱὸς — ὁ τυφλὸς] plerique codd. articulum ante υἱὸς addunt, et

omittunt ante τυφλὸς, alii ante τυφλὸς ponunt, et ante υἱὸς omittunt; recte *Griesbachius* eum vtroque loco auctoritate codd. recepit, cum si statuatur, Marcum bis posuisse articulum, facile fit ad intelligendum, quare alii priore, alii posteriore loco eum omiserint. υἱὸς Τιμαίου] est explicatio nominis Aramaei בַּר טִמְאַי, Βαρτίμαιος· sic Matth. 10, 3. Βαρθολομαῖος est Aram. בַּר תַּלְמַי, *filius Ptolomaei.* Lucas 18, 35. coeci nomen silentio praeteriit, vt e Matth. 20, 29. qui duo coecos Iesu auxilium implorasse memorat, vbi v. notata. Scilicet is qui archetypum, quo Marcus vtebatur, variis additamentis locupletarat, apposuerat etiam coeci nomen, quoniam hic ei notus erat, eum etiam praesentem adfuisse, cum coeco Iesus visum restitueret, exinde colligi posse obseruauit *Eichhornius Allgem. Biblioth.* B. 5. p. 894 f., quod scierit, coecum *abiecto pallio* surrexisse v. 50. προσαιτῶν] *mendicans.* προσαιτεῖν saepius, vt simplex αἰτεῖν, omnino notat, *aliquid petere*, inprimis autem ponitur *de iis qui stipem rogant*, *mendicant*, vt h. l. v. Pollux 3, 111. et 6, 196. subintelligi debet βίον, quod additum extat Eurip. Hel. 519. vt βιοτεύειν Xen. Oecon. 20, 15. κλέπτων, ἢ ἁρπάζων, ἢ προσαιτῶν βιοτεύειν. — 47. ἐστιν scl. ὁ παράγων, *Iesum Nazarenum praeterire.*

50. ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον, laetitiae plenus, quo celerius ad Iesum perueniret, abiecit vestem superiorem, pallium, quo sedens se velarat. ἱμάτιον, vid. ad Matth. 9, 20. Pro ἀναστὰς in codd. recensionis Alexandrinae et Occidentalis, ac versionibus nonnullis legitur ἀναπηδήσας, *exsiliens*, quae lectio, alacritatem hominis viuide depingens, et apprime conueniens verbis praecedentibus ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον, verior videtur. Cum loci paralleli nihil de alacritate hominis commemorent, facile a sciolo ἀναπηδήσας mutari potuit in ἀναστάς.

51. Ῥαββονὶ siue, vt Galilaei pronuntiabant, Ῥαββουνὶ, quam posteriorem scripturam optimi et plurimi codd. tuentur, est vocabulum Syro-Chaldaicum, compositum ex רבון *magister*, *doctor*, *διδάσκαλος*, Ioh. 20, 16. et affixo primae personae י. E Rabbinorum sententia רבון erat nomen honorificentius quam רַבִּי (ῥαββὶ) et hoc honorificentius quam רַב. v. *Drusius* ad h. l. *Lightfootus* Horr. Hebr. et Talm. ad Matth. 23, 6. *Buxtorfius* de Abbreuiat. Hebrr. p. 148 sq. ὕπαγε scl. εἰς εἰρήνην, vid. 5, 34. 7, 29.

C A P V T XI.

1—4 Vid. Matth. 21, 1 sqq. Cod. Cantabrig. Itala et Orig. exhibent h. l. εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ εἰς Βηθανίαν, merito improbante *Griesbachio* Commentar. Crit. in Marc. Part. 6, p. 8. cui haec lectio orta videtur e saltu a ΒΗΘΦαγὴ ad ΒΗΘανίαν facto, et hoc errore commisso, ab aliis postea, vt sensus facilior redderetur, καὶ inculcatum esse ante εἰς Βηθανίαν. — 2. Vera et genuina scriptura est λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε, quam BCL. Copt. Vulg. It. Orig. seruarunt. Vulgaris lectio e locis parallelis in hunc locum venit. Ex eodem fonte deriuanda est lectio ἀποςελεῖ v. 3. legendum est cum *Griesbachio* et *Matthaeio* praeeuntibus plurimis et praestantissimis codd. ἀποςέλλει. — 4. ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, *extra domum in platea*. Hesychius: ἄμφοδα, ῥύμαι. Ier. 17, 27. καὶ καταφάγεται ἄμφοδα (plateas) Ἱερουσαλήμ· vid. ad Matth. 6, 2.

7. 8. καὶ ἤγαγον BL. Orig. habent καὶ φέρουσι· quam lectionem praeferrem, si plures testes haberet, sed videtur e v. 2. vbi BCL. legunt φέρετε, in hunc locum

translata esse. Retinendum puto ἤγαγον, quod grammatici et librarii mutarunt in ἄγουσι, vt C. 1. 13. 28. 69. 91. 124. legunt, quo conueniret magis sequenti ἐπιβάλλουσι, ita enim cum BCDL. 1. 28. al. legendum est, non ἐπέβαλον. — 8. στοιβάδες] *frondes:* στοιβὰς s. στιβὰς (quae vocabuli scriptura frequentius occurrit) prop. notat, *stratum e frondibus teneris, straminibus, graminibus, foliis, calamis*, vt ap. Aristoph. Plut. 541. Xen. Cyr. 5, 2. 15. aliisque in locis pluribus. v. *Wetstenius* ad h. l. Hesychius: στιβὰς, ἀπὸ ῥάβδων καὶ χλωρῶν χόρτων στρῶσις καὶ φύλλων· ἢ χαμαικοίτη· add. schol. Theocrit. Id. 7, 67. 13, 34. schol. ad Aristoph. Pac. 347. Pollux 6, 9. deinde vero vt στοιβῇ *ipsas teneras frondes, ramos, herbas* notat, et omnia quibus veteres in componendis stramentis vtebantur. Sic h. l. est id. qd. κλάδους Matth. 21, 8. ἐκ τῶν ἀγρῶν, vt in nonnullis codd. legitur pro τῶν δένδρων, est scioli additamentum, qui de graminibus cogitabat, ex quibus quoque stramenta solent componi.

10. Messiam, regem Dauidi similem, regnum Dauidis in pristinum, imo splendidiorem statum restituturum, et summa felicitate terrena populum suum beaturum esse, vulgus Iudaeorum sperabat et exspectabat vid. ad Matth. 3, 2. inde explicandae acclamationes populi, quae v. 10. 11. leguntur, qui Iesum tunc temporis Messiam habebat. Verba v. 10. vulgo ita construunt; εὐλογημένη (scl. ἔστω) ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ, ἡ ἐρχομένη ἐν ὀνόματι κυρίου, et explicant: *faustum sit*, s. *celebretur, regnum patris nostri Dauidis, quod venit iussu domini*. Satis contorte. At verba ἐν ὀνόματι κυρίου, quae in plurimis et optimis codd. ac versionibus antiquis non inueniuntur, et librariorum incuria e v. 9. repetiit, inducenda sunt atque tollenda.

13. ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, *accessit* visurus, (subintelligendum enim est σκοπῶν, quod verbum

frequenter ante particulas *εἰ ἄρα* omitti solet. v. *Bosii* Ellipses Graecae p. 652. ed *Schaeferi*, et *Glassii* Phil. S. p. 617 ed. *Dathii*) *an ficum in ea esset inuenturus.* οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων] qui varias et inter se dissidentes interpretum opiniones de horum verborum sensu cognoscere cupit, adeat *Wolfii* Curas, *Koecheri* Analecta ad h. l. et *Deylingii* Obss. S. P. 3. p. 215. neque enim crambem bis terue recoctam, recoquere libet. Commemoro tantum *Abreschii* et *Toupii* coniecturas, in illis libris non memoratas. Scilicet *Toupius* in Emendatt. in Suidam, contra auctoritatem librorum omnium, nec vlla vrgente necessitate, verba οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων delenda statuit. Disputauit contra eum *Krebsius* in vindiciis quorundam locorum N. T. a *Toupio* temere sollicitatorum, Lips. 1778. 4. — *Abreschius* Lectt. Aristaenet. p. 16. add. *Trillerus* ad Thom. Mag. p. 490. verba nostra interpretantur: *neque enim tractus, locusue ficuum ferax erat.* Apposite vero contra monuit *Krebsius* l. c. hunc τοῦ καιροῦ significatum, vsu loquendi Graecorum confirmari non posse; vocabulum καιρὸς interdum quidem significare *opportunitatem*, *commoditatem*, sed luculentis exemplis ab his viris doctis demonstrandum fuisse, τὸν καιρὸν σύκων etiam notare *locum*, *tractumue ficuum feracem*, id vero omnibus exemplis ab iis allatis praestitum non esse. Nos quidem ad Matth. 21, 19. ostendimus pluribus, verba οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων explicanda esse, *nondum* (οὐ id. qd. οὔπω vt Ioh. 7, 8. coll. 10. Hebr. לא Gen. 2, 5. Deut. 20, 5 ss. v. *Noldius* Concordd. Particc. p. 423.) *erat tempus ficus praecoces decerpendi et colligendi.* Sic Matth. 21, 34. καιρὸς τῶν καρπῶν est: tempus fructuum maturorum carpendorum. Luc. 20, 10. καιρὸς τοῦ καρποῦ τῆς ἀμπελῶνος, tempus vuarum colligendarum; cf. etiam *Albertius* ad h. l. Referri autem debent haec verba non ad proxime praecedentia, *quod nonnisi folia Iesus esuriens inuenerit*, sed per synchysin, ad remotiora, quod ideo Iesus accesserit ad ficum eminus conspectam, foliisque superbientem, vt

recte obferuarunt *Kraftius* Obff. S. Fafc. 4. p. 250. *Mofchius* in *Bibelfreund* Th. 3. p. 251. alii. Nempe quoniam nondum erat illa anni tempeftas, qua meffis *ficuum praecocium* inftitui folebat, fperare poterat Iefus, fe forte *ficum* vnam alteramue *ferotinam* in arbore effe inuenturum, fed ne reperiebat quidem *ficus praecoces.* vid. ad Matth. l. c. Neque aliena eft talis verborum traiectio a fcribendi indole Marci, cum plerumque negligentius orationem contexere foleat. Similes traiectiones reperiuntur 16, 3. 4. vbi verba v. 4. vltima: *erat enim lapis ingens*, referenda funt ad verba v. 3., et 12, 12. vbi ἔγνωσαν γὰρ ὅτι κ. τ. λ. referri debet ad verba ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι.

14 — 16. ἀποκριθεὶς εἶπε, v. Matth. 11, 25. καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, *haec audientibus ipfius difcipulis.* — 15. vid. Matth. 21, 12. ἤρξατο ἐκβάλλειν pro ἐξέβαλε, vt legitur Matth. l. c. — 16. οὐκ ἤφιεν, *neque permifit* i. prohibuit; λιτότης· vid. et ad. 1, 34. not. σκεῦος intelligendum de vafis ad quaeftum faciundum pertinentibus.

17 — 20. Interrogatiue Marcus affert (et fic gravior exiftit reprehenfio) quae Matthaeus l. c. et Lucas 19, 46. fine interrogatione enuntiarunt; plenius etiam adduxit Marcus Iefaiae oraculum 56, 7. adiecto πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. — 18. *Quod cum audiffent fynedrii magni affeffores,* (οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, vid. ad Matth. 2, 4.) *cogitabant de eo interficiendo.* ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν κ. τ. λ.] nam timebant, ne per Iefum veritatem ac pietatem voce et factis intrepide promouentem, ipforum auctoritas prorfus minueretur, cum omnis multitudo doctrinam ipfius vnice admiraretur. ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, v. ad Matth. 7, 28. — 19. v. not. ad Matth. 21, 18. — 20. παραπορευόμενοι, *praetereuntes ficum*, cf. 2, 23. ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν, Iob. 18, 16. מִתַּחַת שָׁרָשָׁיו יִבָשׁוּ.

vbi οἱ ὁ habent: ὑποκάτωθεν αἱ ῥίζαι αὐτοῦ ξηρανθήσονται.

22. ἔχετε πίςιν Θεοῦ, *Deo confidite.* Θεοῦ est genitiuus obiecti, atque adeo πίςις Θεοῦ est id. qd. πίςις πρὸς s. ἐπὶ τὸν Θεόν, vt Rom. 3, 22. πίςις Ἰησοῦ Χριςοῦ. add. Gal. 2, 20. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 143. non ergo opus est, vt cum *Möllero* in *Augusti theol. Monatsschrift J.* 1801. Heft. 1. cui praeiuit *Martianaeus*, v. *Wolfii* Curas ad h. l. πίςις Θεοῦ explicemus, *firma, summa fides,* vt sit id. qd. πᾶσα πίςις 1 Cor. 13, 2. de quo vsu vocabuli Θεὸς v. *Schleusneri* Lex. sub h. v. n. 5.

23. Verba vltima ὃ ἐὰν εἴπῃ, *continget quod fieri iusserit,* desunt in BCDL. 1, 28. Copt. Vulg. adiecta videntur a grammaticis, quo rotundior atque concinnior exifteret oratio, et quoniam praecessit paulo ante ἃ λέγει et initio versus ὃς ἂν εἴπῃ. διακριθῇ, *dubitauerit,* vt Act. 10, 20. Rom. 14, 23. Act. 10, 20. de variis huius verbi significationibus v. *Heupelius* ad h. l.

24. Pro ὅσα ἂν προςευχόμενοι αἰτεῖσθε plures e praestantissimis diuersarum recensionum codicibus habent: προςεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε, quae germana atque sincera scriptura videtur: προςευχόμενοι e v. 25. a grammaticis adscriptum fuisse opinor, quorum aures offenderet lectio προςεύχεσθε — αἰτεῖσθε — πιςεύετε — λαμβάνετε s. vt alii legunt ἐλάβετε, quique significare vellent, verba προςεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε idem notare quod loco parallelo Matth. 21, 22. ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προςευχῇ, *quaecunque precibus a Deo expetieritis.* Lectio ἐλάβετε, quam tuentur BCL. et Copt. vtpote difficilior praeferenda est, ex eaque ortae sunt lectiones aliorum librorum λήψεσθε (v. Matth. 21, 22.) et λαμβάνετε. Sed πιςεύετε ὅτι ἐλάβετε, *credite vos iam accepisse,* idem valet quod, certissima fiducia exspectate. καὶ ἔςαι ὑμῖν, *nam*

vobis contingent; *impetrabitis*, formula, etiam Graecis scriptoribus solennis et vsitata. v. *Elsnerus*, *Raphelius* Polybb. ad h. l. Aeschyl. Prom. 731. ἔϛαι δὲ θνητοῖς εἰςαεὶ λόγος μέγας; vbi schol. ἔϛαι· γενήσεται.

25. ὅταν ϛήκητε προςευχόμενοι] *quando precaturi statis*; solebant enim Iudaei stantes orare, v. Luc. 18, 11. 2 Par. 6, 12. vnde Hebr. עמד *stare*, haud raro ponitur pro, *preces facere*. v. Matth. 6, 5. εἴ τι ἔχετε κ. τ. λ.] *si quid habetis de quo alterum accusetis*, v. ad Matth. 5, 23. *vt etiam vobis delicta vestra pater vester coelestis remittat*. v. Matth. 6, 12 sqq. 18, 35. Caeterum *Storrius* Diss. in locos libror. historicor. N. T. P. 2. p. 28. monuit: cum actio illa symbolica v. 14. Iudaicae reipublicae *exitium* praesignificasset, subiecto hoc monito cauisse Iesum, ne discipuli existimarent, tum quoque ad preces euentum esse responsurum, cum *infenso animo* precarentur; neque etiam Iesum v. 14. miraculum expetiisse ad perdendos Iudaeos, sed ad firmandam praedictionem mali, quod quia hostibus impendere prospiceret, maximum ipsi dolorem commotum esse, Luc. 19, 41. Matth. 23, 37.

26. Hic versus a multis codd. abest, etiam in singulis verbis codices, qui eum exhibent, variant, in aliis libris post hunc versum addita leguntur, quae Matth. 7, 7 sq. extant: quae quidem omnia aperte produnt manus interpolatrices, et a grammaticis translata esse huius versus verba e Matth. 6, 15. in hunc locum. Quod reliquos versus attinet, cf. Matth. 21, 23 ss.

31. καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς bene *Reichardus*: *probe secum reputantes*, et *Schottus*: *tum illi ita inter se ratiocinati sunt*. διελογίζοντο vt in nonnullis libris legitur e Matth. 21, 25. add. Marc. 9, 33. in hunc locum migrauit.

32. Sunt qui post verba ἐξ ἀνθρώπων integrum membrum deesse putent, ita supplendum: τί γενήσεται ὑμῖν, vel κακῶς ἕξει, vel simile, cum Luc. 20, 6. additum legatur: πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς. v. *Bosius* de Ellipſ. p. 806. ed. *Schaefer*, *Glassius* Phil. S. p. 622. Sed ἐφοβοῦντο τὸν λαὸν positum est pro, φοβούμεθα τὸν λαὸν, *populus est metuendus*, vt legitur Matth. 21, 26. Nempe Marcus, rem potius quam verba curans, transiit ab oratione recta ad obliquam, et ita mentem Iudaeorum expressit. Cuius loquendi rationis exempla apud optimos quosuis scriptores occurrunt. vid. *Kypkius* ad h. l. et ad Luc. 5, 14. *Elsnerus* ad Luc. l. c. *Raphelius* Obss. Xenophh. ad Act. 1, 14. Haec cum non reputarent grammatici atque librarii, nonnulli eorum pro φοβοῦντο, rescripserunt φοβούμεθα, alii vero particulam ἐὰν initio versus positam, inducendam putarunt.

CAPVT XII.

1. ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν] *proposuit iis parabolas*. At enimuero vna tantum parabola h. l. recensetur. Haud male *Beza* verbis ἐν παραβολαῖς significari statuit, ipsum orationis genus, quo Iesus vsus est, vt Matth. 13, 13. vt adeo ἐν παραβολαῖς sit idem quod παραβλήδην, *sub inuolucris*. Nempe Iesus omnino plures tunc temporis parabolas proposuerat. vid. Matth. 21, 28 ss. 22, 1 sqq. Marcus autem in archetypo suo, non nisi hanc notatam reperiebat, quae e pluribus delecta, et speciminis loco apposita erat. Itaque verba explicanda sunt hunc in modum: Tum proposuit iis Iesus varii generis parabolas, et inter alias hanc etc. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 900. suspica-

tur: in archetypo extitiſſe vocabulum ܡܬܠܐ, Matthaeum 21, 33. et Lucam 20, 9. hoc legiſſe in ſingulari ܡܬܠܐ, *παραβολὴν*, quod in ſequentibus vnam tantum parabolam allatam reperiſſent, Marcum vero, qui ſequentia non reſpexiſſet, legiſſe illud vocabulum in plurali ܡܬ̈ܠܐ, adeoque minus recte ſcripſiſſe *ἐν παραβολαῖς*.

2. *καιρῷ*, *tempore ſuo*, *tempore legitimo*, Hebr. בעתו, Eccleſ. 10, 17. *ὅτε ἤγγισεν ὁ καιρὸς καρπῶν*, *tempore vindemiae*, vt ſcripſit Matth. 21, 34. vid. et ad Matth. 8, 29.

4. *κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον*] *et hunc capite ſaxis vulnerato, contumelia affectum dimiſerunt.* Verbum *κεφαλαιοῦν* (a *κεφάλαιον*, *caput*, *capitulum*) diuerſe explicuerunt interpretes, vid. *Wolfium*, *Koecherum* et *Albertium* ad h. l. *Heinſius* quoniam v. 5. legitur, *κἀκεῖνον ἀπέκτειναν*, quae verba vertit *etiam hunc trucidarunt*, (ſed *καὶ* in *κἀκεῖνος* eſt copula *et*) verbum *κεφαλαιοῦν* ſignificare contendit: *capite multare et ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον* ſatis inepte vertit: *ſublatum remiſerunt.* *Albertius* verba noſtra reddit: *et eum lapidarunt, et fuſtibus* vel *clauis* aut *grandibus baculis percuſſerunt*, quam tamen verbi *κεφαλαιοῦν* ſignificationem neutiquam idoneis argumentis comprobauit, vid. et *Heumanus* ad h. l. *Wakefieldius* in Silua Crit. cum *κεφαλαιοῦν* in ſcriptis Graecorum notet, *in capita* ſ. *in ſummam redigere*: verba *κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν* exprimenda eſſe ſtatuit hunc in modum: *cum illo etiam coniectis longe lapidibus, ſummatim rem transegerunt, ſie machten mit ihm kurzen Proceſs*, et plures locos Thucydidis, Platonis, aliorumque ſcriptorum Graecorum ad hunc verbi ſignificationem comprobandam attulit. Sed Luuae loco

parallelo 20, 12. verbo κεφαλαιοῦν respondet verbum τραύματίζειν, *vulnerare*, et versiones antiquae, vt Syr. Arab. Vulg. ἐκεφαλαίωσαν interpretantur: *in capite vulneravunt.* Itaque sicuti γναθόω, a γνάθος, est, auctore Hesychio, εἰς γνάθους τύπτω, *caedo in malas*, et γαςρίζω est, γαςέρα τύπτω, cf. schol. ad Aristoph. Equitt. v. 173. add. Aristoph. Vespp. 1519. Diog. Laërt. 7, 172. et *Casaubonus* ad h. l.; ita quoque κεφαλαιοῦν, cum verba desinentia in οζω et ιω eandem fere vim et rationem obtineant (vt καταποντοῦν et καταποντίζειν) omnino per analogiam significare potest *caedere, vulnerare caput*, et hanc verbi significationem in lingua Hellenistarum, Marci aetate, vsitatam fuisse hic locus docet, et Luc. l. c. confirmat. ἀπέςειλαν ἠτιμωμένον est simpliciter, *ignominiose dimiserunt*, vt ap. Sophocl. Oed. Col. 1268. ἀτιμάσας πέμψεις, *ignominiose dimittes*. v. *Albertius* p. 178. Caeterum pro ἀπέςειλαν ἠτιμωμένον in nonnullis libris legitur ἠτίμασαν, ex interpretamento; alii libri vt et verss. Copt. Arm. Vulg. omittunt participium λιθοβολήσαντες, id vero expunctum fuisse videtur ab iis, qui hoc verbum sibi explicarent, *lapidibus obruere, vt mors sequatur*, quo sensu extat Act. 7, 59. quibus adeo λιθοβολήσαντες huic loco non conuenire videtur. Sed λιθοβολεῖν, vt ostendimus ad Matth. 21, 34. notat etiam, *lapidibus petere, ita, vt mors non sequatur.* vid. et *Albertius* ad h. l. p. 179.

5. καὶ πολλοὺς ἄλλους κ. τ. λ.] *et alios plures, quos miserat, partim verberarunt, partim interfecerunt.* Oratio concisa atque elliptica; *Camerarius* eam ita supplendam iudicauit: πολλοὺς ἄλλους οὕτω διέθηκαν, τοὺς μὲν κ. τ. λ. *Erasmus Schmidius:* πολλοὺς ἄλλους ἀπέςειλεν, οὓς ἐξεδέξαντο, τοὺς μὲν δέροντες κ. τ. λ. rectius haud dubie *Heupelius*: καὶ πολλοὺς ἄλλους ἀπέςειλεν, ὧν τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες ἦσαν i. e. ἔδειραν, ἀπέκτειναν· perquam enim vsitata est ellipsis verbi ex praece-

dentibus repetendi, v. *Glaſſii* Phil. S. p. 632. *Heupelius* ad h. l. et *Dorvillius* ad Charit. p. 355 ſq. de pronomine relatiuo haud rarenter omiſſo v. *Glaſſius* p. 172. et de verbo ſubſtantiuo ad participia frequenter intelligendo vid. not. ad 7, 19.

6. 8. Vid. ad Matth. 21, 38 ſqq. *αὐτοῦ* ex Hebraiſmo additum, redundat. — 8. *ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον Heumanus* per hyſterologiam dicta eſſe putat pro, eiectum e vinea trucidarunt. Citra neceſſitatem. Senſus eſt: trucidatum proiecerunt extra vineam.

13. Vid. Matth. 22, 15 ſs. *ἀγρεύειν*, Hebr. צוד Prou. 6, 26. proprie notat, *captare feras, piſces*, Xen. Mem. 5, 3. 9. *ἀγρευόμενα θυρία·* Callim. h. Dian. 85. *θηρίον ἀγρεύειν·* Herodo. 2, 95. *τῆς ἡμέρης ἰχθῦς ἀγρεύει·* Lucian. Ver. Hiſt. T. 2. p. 76. *ἡμεῖς γοῦν ἀγρεύσαντες αὐτῶν (ἰχθύων) τινάς·* p. 98. *καὶ ζῶντας ἰχθῦς ἀγρεύομεν·* deinde per metaphoram ponitur ita, vt ſit, *inſidias ſtruere alicui*, ſiue verbis, ſiue alio modo, et ſic h. l. eſt, *captioſam quaeſtionem proponere*, vt *παγιδεύειν*, apud Matth. l. c. De inſidiis amantium *ἀγρεύειν* legitur in epigr. Rhiani 7. Anal. Bruckii T. 1. p. 481.

14. *ἐπ᾽ ἀληθείας*, *vere et ingenue*, vt Matth. 15, 16. *ἐν ἀληθείᾳ*. Theocrit. Idyll. 7, 44. *ἐπ᾽ ἀληθείᾳ* pro *ἀληθῶς*. v. *Kypkius* ad h. l. *δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν*; bene *Welſius*: inſidiatores illi quaeſtionem hanc duplici modo formaſſe videntur, vt eam acuerent, et affectum ſuum demonſtrarent.

19. Matth. 22, 23 ſqq. *ἔγραψεν ἡμῖν*, *nobis praecepit, legem tulit: γράφειν* frequens Graecis, de legislatoribus. v. *Elsnerus*, *Wetſtenius* et *Kypkius* ad h. l.

22. Pro *ἐσχάτη* multi libri habent *ἔσχατον*, fortaſſis vere. Sed *ἐσχάτη* potuit etiam mutari in *ἔσχατον*,

quoniam locis parallelis extat ὕϛερον πάντων· et Hesychius quoque ἔσχατον explicat ὕϛερον, et ὕϛερον per ἔσχατον.

23. 24. Verba ὅταν ἀναϛῶσι omittunt codd. BCDL. alii, et versiones nonnullae, sed deleta videntur ab iis, qui haec verba, cum praecesserit ἐν τῇ ἀναϛάσει, superflua putarent. Quodsi vero etiam superflua essent, tamen ea retinenda iudicarem, cum eiusmodi additamenta haud raro in Marci commentariis occurrant. v. Prolegg. Sed non superflua, imo apposite addita sunt, cum faciant ad mentem Sadducaeorum accuratius exprimendam; loquentes inducuntur Sadducaei ex hypothesi, hoc sensu: si quidem futurum est, vt mortui resurgant. vid. et not. ad Matth. 22, 28. — 24. οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε; *nonne propterea erratis?* οὐ pro οὐχί, vid. Matth. 6, 27. 7, 22. interrogatio more Hebraeorum fortius affirmat. Matth. l. c. simpliciter legitur πλανᾶσθε.

26. ἐπὶ τῆς βάτου ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς] *Beza*, *Heumanus*, alii, haec verba ita construenda monent: ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς βάτου, *Deum ex rubo cum ipso colloquentem* (v. Exod. 3, 6. ibique interpp.) *dixisse*. Durius et citra necessitatem. Praeclare enim obseruauit *Iablonskius* in Praefat. ad edit. bibl. Hebr. §. 37. vsurpatam esse h. l. allegationis formulam priscis Iudaeorum doctoribus solennem; hos nimirum solitos fuisse a potiori atque maxime notabili argumento allegare Scripturae oracula, vt adeo sensus h. l. sit: nonne legistis in libro Mosis, eo in loco, qui historiam rubi ardentis continet, Deum dixisse etc. Similis locus Rom. 11, 2.

28. 29. Vid. Matth. 22, 35 sqq. Plenius et accuratius Marcus colloquium Christi cum legisperito retulit, quam Matthaeus. Pro πρώτη πασῶν ἐντολὴ plurimi

et praeſtantiſſimi codd. legunt πάντων· quam lectionem recte *Griesbachius* et *Matthaeius* in ordinem receperunt, quorum poſterior ad h. l. haec notauit: „πάντων, vt arbitror, aut ἀπολύτως dicitur, vt ad res omnes, quae praecipi poſſint, referatur, niſi malis intelligere τῶν ἐνταλμάτων· aut ad ἀνθρώπων refertur. Si dixiſſet πᾶσι, nemo dubitaret, quin ἀνθρώποις ſit intelligendum. Saepius vero et ab aliis genitiui incommode ponuntur. Πρώτη πάντων ἐντολὴ eſſet ergo, ἣν πάντες πρώτως ἀκούειν καὶ τηρεῖν ὀφείλουσι. Tot ſcribae Graeci in πάντων errare non potuerunt, praeſertim cum non dubium ſit, cuius generis ſit ἐντολή." vid. et *Millius* Prolegg. 1344. — 29. ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν] codd. EFGHS. alii habent πάντων· in aliis legitur: πάντων πρώτη· in aliis πρώτη πάντων ἐντολή· in aliis denique ſcriptum extat, πρώτη πάντων ἐντολὴ ἐστιν αὕτη· ſed BL. Copt. exhibent ὅτι πρώτη ἐστιν· lectio vera et genuina eſt breuior ὅτι πρώτη· lectiones reliquae a grammaticis profectae ſunt, et praua ſedulitate librariorum in textum irrepſerunt. ἄκουε Ἰσραὴλ κ. τ. λ.] Deut. 6, 4. *audi Iſraël, Ioua Deus noſter, eſt vnus Ioua;* nullum habemus Deum praeter vnum Iouam, coll. infra v. 32. Hunc autem ipſum locum Deut. 6, 4 ſqq. e quo verba, quae h. l. occurrunt, deſumta ſunt, Iudaei quotidie bis, mane et veſpera, recitare ſolebant. Dicebatur haec pericope κατ' ἐξοχὴν קריאה et a prima voce שמע קריאת *lectio Schema.* cf. *Vitringa* de ſynag. vet. P. 2. L. 3. c. 15. et *Buxtorfius* de ſynag. c. 9.

30. Matth. 22, 37. Verbis ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου verborum, quae praeceſſerunt, ſenſus accuratius conſtituitur, nempe hic: Deum eſſe vere, ſtudioſiſſime, ardentiſſime amandum et colendum.

31. 32. Altera illi par, illi aequiparanda, haec eſt: ἀγαπήσεις κ. τ. λ. deſumta ſunt haec verba ex Leuit. 19,

28. Vocem Θεὸς v. 32. plurimi optimae notae codd. diuerfarum recenfionum omittunt, hinc recte *Griesbachius* et *Matthaeius* hoc grammaticorum additamentum ex ordine eiecerunt.

34. *Tum Iefus, cum vidiffet, eum accurate refpondiffe, non procul, inquit, abes a regno Dei*, tu qui cultum Dei internum externo praefers, recte fentis, ita, vt meus fectator facile fieri poffis. νουνεχῶς, quae vox frequenter apud Polybium, aliosque fcriptores Graecos recurrit, v. *Raphelius* Obff. Polybb. et *Kypkius* ad h. l. notat, *prudenter, fapienter*. Phauorinus: νουνεχῶς· πεφροντισμένως.

37. Matth. 22, 41 fqq. πόθεν, *quomodo? qua ratione?* id. qd. πῶς Matth. l. c. Luc. 20, 42. v. *Palairetus* Obff. ad h. l. et *Schleusneri* Lex. fub h. v.

38. Vid. ad Matth. 23. ἐν τῇ διδαχῇ id. qd. ἐν τῷ διδάσκειν, *inter docendum*, cum doceret publice in templo, inter alia dicebat haec etc. v. *Glaffius* Phil. S. p. 293. θελόντων περιπατεῖν, *qui amant incedere, qui libenter incedunt*. Matth. l. c. v. 6. legitur φιλοῦσι· norunt autem omnes, verbum θέλειν in verf. Alex. et libris N. T. vt Hebr. חפץ, faepius notare, *delectari aliqua re, amare, cupere*. v. Matth. 9, 13. ἐν στολαῖς, *ftola induti: στολὴ, veftis virilis fuperior, ad talos demiffa*, qua in Oriente vtebantur reges 1 Paral. 15, 27. (מעיל) Ion. 3, 6. (אדרת) facerdotes 3 Efr. 1, 1. 5, 81. principes et honoratiores. v. Xen. Cyr. 1, 4. 26. 2, 4. 1. Luc. 15, 22. vid. *Münthius, Raphelius, Wetftenius* ad h. l. et *Ferrarius* de re veftiaria 3, 24. Eiusmodi ftolis vtebantur quoque legisperiti e fecta Pharifaeorum, grauitatis affectandae cauffa, et vt plebis venerationem fibi conciliarent.

40. Vid. Matth. 23, 14. *οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, qui deuorant viduarum bona*, cum praecesserit *τῶν θελόντων*, proprie sequi debebat *τῶν κατεσθιόντων*· neque tamen scriptoribus optimae notae exteris hanc structuram insolentem esse, pluribus exemplis docuerunt *Raphelius* Obss. Xen. et *Heupelius* ad h. l. Per *τὰς οἰκίας* synecdochice significantur, *bona, opes*, vt Hom. Odyss. δ', 318. al. v. *Heupelius* ad h. l.

41. *καθίσας κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου*] *confidens e regione aerarii sacri. γαζοφυλάκιον* est *aerarium, thesauri* (*γάζα· πλοῦτος* Hesych. *θησαυρὸς* Suidas; vocabulum Persicum. v. *Brissonius* de regno Pers. 1. §. 181.) *conditorium*, Hesych. *θησαυροφυλάκιον*· speciatim, *aerarium sacrum, thesauri sacri conditorium*, vt Neh. 10, 37. 13, 4. 7. Sic h. l. isto vocabulo notantur ciltae, numero tredecim, quae erant in atrio mulierum, quas Rabbini vocant שׁוֹפָרוֹת, *tubas*, ob figuram tubis non dissimilem, in quas condebantur nummi, et sponte oblati, et quotannis a Iudaeis ad templi conseruationem pendendi. v. ad Matth. 17, 25. *Lightfootus* in Chorogr. Marco praemissa c. 3. §. 4. *Relandus* Antiqq. Hebr. P. 1. c. 8. §. 14. *χαλκὸν, nummos*, vid. not. ad 8, 6.

42. 43. *λεπτὰ δύο, duo nummulos. λεπτὸν* minutum nummi aerei genus, dimidia pars quadrantis, sed *κοδράντης, quadrans*, nummus Iudaicus, chalcum atticum dimidium aequiparabat. vid. ad Matth. 10, 26. — 43. *πλεῖον πάντων βέβληκε*] *plus caeteris omnibus intulit.* Ioseph. Ant. 6, 7. 4. *πενίας ἥδιον τὴν τιμὴν, ἢ παρὰ τῶν πλουσιωτάτων* (*ὁ Θεὸς*) *δεξιοῦται*· sententias similes, Iudaeorum et gentilium, de pauperum oblationibus Deo acceptissimis, collegerunt *Raphelius* Obss. Xenn. *Heupelius, Elsnerus* et *Schoettgenius* ad h. l.

44. *τὸ περισσεῦον* id. qd. *τὸ περίσσευμα, abundantia, copia*, vnde etiam in codd. nonnullis e glossemate

legitur *ἐκ τοῦ περισσεύματος*, oppofitum vocabulum eft *ὑστέρησις*, *penuria*. 2 Cor. 8, 14. Phil. 4, 12. *ὅλον τὸν βίον*] *omnes fuas opes*, *quaecunque poffidebat*, *ὅσα εἶχεν*. *βίος* de *opibus*, *facultatibus*, frequens, v. Ariftoph. Plut. 741. Ran. 1248. Nub. 835. Palaeph. 3. Luc. 8, 43. Prou. 31, 3. vbi *οἱ ὁ* habent *βίος*, Aqu. Symm. et Theodot. *χρήματα*· v. fchol. ad Eurip. Hec. 14. *Fifcheri* Ind. Palaeph. fub h. v.

CAPVT XIII.

1—3. Vid. Matth. 24, 1 fqq. *ποταποὶ λίθοι*, *quanti lapides*, templum exftructum erat e lapidibus albis et molis maximae. v. Iofeph. B. I. 5, 5. 6. Ant. 15, 11. 3. *Lightfootus* et *Wetftenius* ad Matth. 24, 1. — 2. Poft *ἀφεθῇ* in BDGL. aliis additum legitur *ὧδε*, quae tamen vocula e Matth. 24, 2. in hunc locum migrauit. — 3. *εἰς τὸ ὄρος* pro *ἐν τῷ ὄρει*, *in monte*, vt 1, 9. vbi v. not. et *Heupelius* ad h. l. *κατ' ἰδίαν*, *feorfum*, *foli*, non praefente populi multitudine. vt Matth. 24, 3.

4. Accuratius referuauit Matthaeus l. c. interrogationes difcipulorum, omninoque plenius et diligentius fermones Chrifti de vtraque *παρουσίᾳ* retulit, quam Marcus et Lucas c. 21. vid. Commentar. noftr. in Matth. p. 599 fq. Marcus et Lucas 647. eam tantum interrogationis difcipulorum partem, quae ad templi deftructionem et reipublicae Iudaeorum interitum pertinebat, commemorarunt, fed vel fic difcipulorum mentem expreflerunt, coniunctam enim fore putabant vaftationem templi cum regni Meffiani terreni initio et renouatione mundi. v.

ad Matth. p. 645. *καὶ τί τὸ σημεῖον κ. τ. λ.*] *et e quo signo, de horum omnium* aedificiorum *deuastatione futura constabit?* calamitates publicas praecedere solere signa quaedam, communis erat Iudaeorum opinio. Sapient. 19, 13. *αἱ τιμωρίαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐπῆλθον, οὐκ ἄνευ τῶν γεγονότων τεκμηρίων*, additur ibi *τῇ βίᾳ τῶν κεραυνῶν*. vid. et ad Matth. 24, 29. *συντελεῖσθαι* respondet Hebr. כלה *vastauit, destruxit*, Ier. 16, 3. Ezech. 7, 15. Hesychius: *συνετέλεσα· ἀπώλεσα*.

8. *ταραχαὶ* sunt *tumultus, rerum omnium perturbationes*, quam vocis significationem e Diod. Sic. ad h. l. comprobauit *Münthius*; et ipsum verbum *ταράσσειν* in versione Alexandrina respondet Hebr. המה, *tumultuatus est*. Ps. 38, 9. 45, 6. In BDL. vocabulum *ταραχὴ* non extat; nempe omissum est vel librariorum incuria, quoniam *ταραχαὶ* sequebatur nomen quoad literas simile *ἀρχαί*, vel etiam propterea, quoniam hoc vocabulum neque in Matthaei, neque in Lucae commentariis h. l. legitur.

9. 10. Vid. notata ad Matth. 10, 17 sqq. Sententia, quam h. l. v. 10. continet, Matth. 24, 14. rectius collocata legitur; videtur ea in margine archetypi, quo Marcus vtebatur, posita, et a Marco ipso orationis contexto inserta fuisse. *βλέπετε ὑμεῖς ἑαυτοὺς* id. qd. alias *προσέχετε ἑαυτοῖς*. Pro *ἀρχαὶ* multi codd. habent *ἀρχή*, quae tamen lectio e Matth. 24, 8. in hunc locum venit. *εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε, in synagogis flagellis caedemini*, e vulgari interpunctione, post *συναγωγὰς* plene distinguitur, sed rectius, admonitu codd. plurium et versionum antiquarum, haec verba iunguntur. *εἰς* positum est pro *ἐν*, vt saepius, v. Index; vnde et h. l. in nonnull. libris ex interpretamento legitur: *ἐν ταῖς συναγωγαῖς δαρήσεσθε*.

11. *μηδὲ μελετᾶτε*] *nec meditamini.* *μελετᾶν* eſt Lat. *meditari*, nec tantum notat, *ſecum reputare*, *cogitare*, vt Sir. 6, 37. Pſ. 1, 2. vbi in textu Hebraico extat הגה, ſed etiam *curare*, *exercere ſe*, *operam dare*; ſic de iis legitur, qui equitando ſe exercent, Theophr. Char. 27, 2. de hiſtrionibus vocem exercentibus, Ariſtotel. Problem. 11, 22. de athletis, v. Mercurial. Art. Gymn. 3, 7. p. 206. Heſychius: *μελετᾷ· ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, γυμνάζεται· μελέτη γὰρ ἄσκησις.* Inprimis tamen a Graecis ſcriptoribus adhibetur *de oratoribus*, *qui commentantur*, Iſocrat. T. 1. p. 362. ed. Batt. *καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾷν*, *ipſi effeciſtis*, *vt rhetores commententur* ſ. *meditentur.* add. Xen. Cyr. 5, 5. 14. hinc *μελέται* dicuntur orationes cum ſtudio et arte elaboratae. vid. *Spanhemius* ad Iulian. orat. p. 14. Gloſſ. vett. *declamatio μελέτη ῥήτορος· declamat μελετᾷ ῥήτωρ.* Sic h. l. *μελετᾷν* legitur de iis, qui praeparati ad dicendum prodeunt, *nolite commentari*, *meditari.* v. omnino *Raphelius* Obſſ. Xenophh. ad 1 Tim. 4, 15. et *Wetſtenius* ad h. l. Caeterum *μηδὲ μελετᾶτε* a nonnullis libris abeſt; quoniam nimirum ap. Matth. 10, 18. hoc verbum non legitur, et h. l. praeceſſit *μὴ προμεριμνᾶτε*; grammaticis *μὴ μελετᾶτε* ſuperfluum neque genuinum videbatur; ſed nihil mutandum.

14. 16. Verba *τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου* codices Alexandrinae et Occidentalis recenſionis omittunt; irrepſerunt ea e Matth. 24, 15. in hunc locum, adeoque recte ex ordine eiecta ſunt a *Griesbachio.* *ἑςὼς ὅπου οὐ δεῖ*, *vbi non debet ſtare* np. *ἐν τόπῳ ἁγίῳ.* v. Matth. l. c. — 16. *εἰς τὸν ἀγρὸν* pro *ἐν τῷ ἀγρῷ.* vid. ad 1, 9. *μὴ ἐπιςρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω* ſcl. *μέρη τοῦ τόπου* i. *εἰς τὴν οἰκίαν*, *ne reuertatur domum.*

19. *ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλίψις*] toto illo tempore calamitas calamitatem excipiet, vna et con-

tinua erit calamitas, erit tempus calamitosissimum. Tempori adscribitur res, quae in tempore fit, vt 2 Tim. 3, 1. et abstractum *θλίψις* positum est pro concreto *τεθλιμμέναι*· sic Rom. 13, 3. *οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος* pro *φοβεροί*. *οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη*] traiectio, pro *τοιαύτη οἵα οὐ γέγονε*, *tanta, quanta nunquam fuit* *κτίσεως* id. qd. *κόσμου*. v. Matth. 24, 21. *ἧς* pro *ἣν*, vid. ad 7, 13. *γένηται* pro *γενήσεται*.

27. 28. Vid. Matth. 24, 31 sq. *ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ*, *a finibus terrae ad fines coeli vsque* i. ab altero coeli extremo ad alterum, toto terrarum orbe. *ἄκρον οὐρανῶν*, קצה השמים, vocabant Hebraei extremas orbis terrarum regiones. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 455 sqq. Itaque verba Marci *ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ* plane respondent verbis Matthaei 24, 31. *ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν*.

32. Pro *καὶ τῆς ὥρας* plurimi et optimi codd. legunt *ἢ τῆς ὥρας*, quod praeferendum est, particulam *καὶ* adscripserunt grammatici e Matth. 24, 36. *οὐδεὶς οἶδεν — οὐδὲ ὁ υἱός*] *neque Messias hoc scit.* Cum Iesus discipulorum curiositati satisfacere omnino nollet, vt reprimeret quaestiones ex curiositate ortas, vid. ad Matth. 24, 36, fatebatur, neminem plane scire horam et diem, qua ea, quae hactenus praedixisset, euentura essent, et quo fortius hoc affirmaret, fatebatur, hoc scire, neque angelos, neque Messiam, solum patrem suum. Valde autem sollicitos habuit omni tempore interpretes haec ipsa Christi professio. v. quos laudarunt *Wolfius*, *Koecherus*, *Paulus* et *Thiefsius* ad h. l. Ambrosius de fide 5, 8. ab Arianis hunc locum adulteratum censebat, et affirmabat, veteres Graecos codd. non habere verba: *nec filius scit.* Sed praeterquam quod verba ista exhibuerint, etiam Ambrosio fatente, libri Latini, leguntur ea in omnibus codd. haetenus collatis, etiam versionibus antiquis, et commemorantur a patribus ecclesiasticis, qui hunc locum laudarunt. Quodsi, vt *Millius*

monuit, in Prolegg. §. 826. inferta fuiffent ab iftis haereticis, ne quidem fieri potuit, quin hoc notaffent Patres poft-Nicaeni, quibus continuae effent cum Arianis concertationes. Sunt ergo omnino haec verba genuina, et valde fufpecta eft Ambrofii fides. In duas autem potiffimum partes in explicandis hisce verbis interpretes abeunt. Alii nimirum obferuant, Iefum vt legatum a patre miffum, profeffum effe, fe ignorare ipfum excidii tempus, quod non habuerit in mandatis illud aliis reuelare, eum tantum difcipulorum cauffa affirmaffe, fe illud ignorare. Auguftin. de Genefi contra Manich. 22. „Quid poteft effe, quod ipfe nefciat? Sed quia hoc vtiliter occultabat difcipulis, nefcientem fe effe, dixit, quia illos nefcientes occultando faciebat." *Wetftenius* hanc in rem, tanquam fimulatae ignorantiae exempla confert Plaut. Mil. Glor. 2, 6. 88. *linguam comprimas pofthac: Etiam illud, quod fcies, nefciueris.* Terent. Heaut. 4, 4. 26. *Tu nefcis id, quod fcis, Dromo, fi fapis.* add. 1 Cor. 2, 2. Alii contra monent, Iefum haec ratione naturae fuae humanae dixiffe, locutum effe de fe tanquam υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, (vid. ad Matth. 8, 20.) qui omnino multa ignorauerit. Naturam diuinam cum homine Iefu coniunctam, menti humanae Chrifti affectus fuos, et notitias etiam neceffarias, impreffiffe pro temporum ratione, v. *Rofenmüllerus* in Scholiis ad h. l.

33. 34. Vid. Matth. 24, 42 fqq. Similitudines et picturae, quas Matthaeus l. c. et 25, 14 fs. plenius, atque exornatius propofuit, in Marci archetypo primis veluti lineis defignatae erant, et Marcus vt eas reperit cum lectoribus fuis communicauit. v. Comment. noftr. ad Matth. p. 648. 678 fq. — 34. ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος κ. τ. λ. deeft apodofis, ita fupplenda: ego abiturus, idem facio, quod fecit herus, peregre abiturus, commendo vobis vigilantiam, conftantem, in virtute ac probitate exercenda, diligentiam. Vigilate omnino omnes, nec

turpi ſecuritati et ſegnitiei vos tradite, imo virtutis ſtudioſi eſtote, et veſtra religionis ſcientia, veſtra facultate, recte vtimini. (v. Matth. 25, 14.) vt quandocunque reventurus ſim, vos non imparatos reperiam. ἀπόδημος ἀφεὶς — τὸ ἔργον αὐτοῦ] *qui relicta domo ſua peregre abiit, et ſeruis rerum domeſticarum curam commiſit, ac cuique penſum ſuum aſſignauit.* ἐξουσία, quod vocabulum in verſione Alexandrina reſpondet Hebr. מֶמְשָׁלָה, *imperium* 2 Regg. 20, 13. Pſ. 113, 2. Dan. 11, 5. h. l. *rerum domeſticarum curam, adminiſtrationem*, indicat. τῷ θυρωρῷ, *cuſtodi* (Ouid. Met. 11, 608.), *ianitori.* Satis notum eſt fuiſſe veteribus ianitores ſeruos, (etiam ancillas, vid. Eurip. Troadd. 190 ſq. 490. Plaut. Curcul. 1, 1. Ioh. 18, 16. 17. Act. 12, 13.) qui animum diligenter advertere debebant ad introeuntes et exeuntes, omninoque ſeruare et cuſtodire domum. v. *Pignorius* de Seruis p. 443. *Bynaeus* de morte I. C. 2. p. 243. *Sagittarius* Hiſt. Paſſ. P. 2. p. 439 ſq.

35. ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ] *veſpere, an media nocte, an gallicinio, an primo diluculo.* Diuidebant nimirum Iudaei, illa aetate, noctem in quatuor vigilias. vid. not. ad Matth. 14, 25. „ὀψὲ eſt *prima vigilia*, ita dicta ab ὀψία, quoniam partem diei extremam ſequitur, atque adeo initia capit a crepuſculo: μεσονύκτιον vocatur *vigilia ſecunda*, quia hora noctis ſexta, hoc eſt, nocte media terminatur; *tertia vigilia* dicitur ἀλεκτοροφωνία, quoniam galli cantus eam finit: et quia *quartam vigiliam*, diluculum excipit, idcirco Euangeliſta eam vocabulo πρωῒ ſignificauit.“ Quae ſunt verba *Fiſcheri* Proluſſ. de vit. Lexx. N. T. p. 451. μεσονύκτιον non eſſe vocem mere poëticam, vt docuerunt Phrynichus Eclogg. pag. 16. Pau. et Tho. Mag. h. v. p. 609. ſed vſurpari quoque a ſcriptoribus orationis ſolutae, exemplis pluribus probarunt *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. atque *Albertius* ad Luc. 11, 5.

CAPVT XIV.

1. Vid. Matth. 26, 2. 4 fqq. τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα, vnum idemque fignificant, nempe feftum Pafchatos. vid. Comment. in Matth. p. 709. 724. Luc. 22, 1. habet: ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη Πάσχα.

3. νάρδου πιστικῆς] *nardi verae, purae, fincerae*, vt Ioh. 12, 3. πιστικὸς id. qd. πιστὸς a πίστις, *fides*, (vid. *Beza*, *Dan. Heinfius*, *Erasm. Schmidius* atque *Kypkius* ad h. l. Artemidor. 2, 33. p. 121. γυναῖκα πιστικὴν, οἰκουρὸν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρὶ· vbi πιστικὴ eft *fida*) ἡ ἄδολος καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθεῖσα, vt Theophylactus ad h. l. interpretatur. Videtur autem hoc vocabulum infolentius, πιστικὸς *verus*, *fincerus*, *genuinus* ponendum effe in numero eorum vocabulorum, quae Macedonum, Alexandrinorumque ingenia finxerunt, de cuius generis vocabulis v. *Fifcherus* de vit. Lexx. N. T. Proluf. 31. etiam verf. Syr. Philox. et Aethiop. hoc ipfo fenfu πιστικὸς h. l. ceperunt. Alii aliter hoc nomen explicuèrunt. v. *Bynaei* Chrift. crucif. 3, 14. *Wolfius* et *Koecherus* ad h. l. *Rufius* Harm. Euang. T. 3. p. 22 fqq. et *Schleusnerus* in Lex. fub h. v. καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον] *et confracto vasculo*. *Wakefieldius* in Silua Crit. vertit: *concutiebat alabaftrum*, laudat hanc in rem verba Platonis in Phaedo. διατρίψας τὸ φάρμακον. *Kypkius* ad συντρίψασα fubintelligit αὐτὸν, *fricans eum*, et ita interpungit καὶ συντρίψασα, τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν κ. τ. λ. vt adeo fenfus fit: mulierem caput Iefu et crines vnguento fricaffe, ficque vnguentum fenfim fenfimque in caput effudiffe. Affenfores nactus eft

Michaelem ad h. l. et *Schulzium* in Anmerkk. p. 186. Non poſſum eo adduci vt aſſentiar, cum commode retineri poſſit vulgaris ſignificatio verbi συντρίβειν, *frangere*, (vid. de hoc verbo notata ad Luc. 9, 39.) vt adeo his ambagibus non opus ſit. Eſt autem lagenulae illius confractio, vt intelligenter obſeruauit *Erneſtius* in Inſtit. interp. N. T. 3, 10. 89. de refracta ſuperiore parte colli intelligenda, orificio obſignato, quod ſignum erat genuini vnguenti foris aduecti, auctore Plinio. Pro τὸ ἀλάβαστρον plures et praeſtantiſſimi codd. legunt τὸν ἀλάβ. recte, vt videtur, cum τὸ legatur ap. Matth. l. c. Ad κατέχεεν ſubaudiendum αὐτὸ (f. αὐτὸν) ita, vt hoc pronomen referatur ad ἀλάβαστρον, atque per metonymiam vnguentum ipſum, quod alabaſtro inerat, ſignificetur. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς] *in caput eius effudit:* de conſtructione verbi καταχέω cum genitiuo, vel interveniente praepoſitione κατὰ, vel ea omiſſa, vid. *Raphelius* Polybb. et *Heupelius* ad h. l.

5. πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων] *trecentis amplius denariis vendi.* De olei nardini pretio v. Plin. H. N. 12, 1. δηνάριον, vid. ad Matth. 18, 28. trecenti denarii erant, ſi noſtrae monetae rationem habemus, triginta ſeptem thaleri et dimidius. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ] vulgo explicant: *eique indignabantur.* Nempe ἐμβριμᾶσθαι notat *iraſci, indignari*, Heſych. ἐνεβριμήσατο· ὠργίσθη· quam verbi ſignificationem confirmat etiam vſus loquendi interpretum Graecorum V. T. Etenim Ez. 21, 31. זַעְמִי *iram, indignationem meam* Symmach. expreſſit ἐμβρίμησίν μου· Theod. ἐμβρίμημά μου· Alex. ὀργήν μου· et Incert. Pſ. 7, 12. verbum זעם, *iraſci*, reddidit ἐμβριμάομαι. Cum vero h. l. praeceſſerit ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτούς, *ſecum indignati*, malem ἐνεβριμῶντο αὐτῇ interpretari: *vehementius eam increpabant, vituperabant.* Nam ἐμβριμᾶσθαι non tantum eſt, *indignari animo*, ſed et *indignationem verbis vel geſtibus prodere*, v. *Kypkius* ad h. l.

adeoque etiam *minari*, *increpare*, *vituperare*. Suidas: ἐμβριμᾶσθαι, μετ' αὐστηρότητος ἐπιτιμᾷν· schol. ad Aristoph. Equitt. 851. βριμᾶσθαι· ὀργίζεσθαι καὶ ἀπειλεῖν· vid. ad Matth. 9, 30.

6. 8. Legendum ἐν ἐμοὶ cum optimis diuersarum recensionum codicibus; εἰς ἐμὲ e Matth. l. c. transscriptum est. — 8. ὃ εἶχεν αὕτη, ἐποίησε, *quod potuit haec facere*, *fecit*, fecit honoris, reuerentiae et grati animi caussa, quod facere potuit. Ad verba ὃ εἶχεν siue potius ὃ ἔσχεν (quam lectionem plurimi optimae notae codd. tuentur) supplendum est, ποιεῖν, verbum autem ἔχειν, vt Lat. *habere*, perquam frequenter ponitur pro δύνασθαι, *posse*, vid. not. ad Matth. 18, 25. add. *Raphelius* Xenophh. ad Hebr. 6, 13. *Schachtius* Obss. in Marc. in Bibl. Brem. Noua Cl. 2. p. 509 sqq. et *Heupelius* ad h. l. Cic. ad Diu. 1, 5. *de Alexandrina re*, *caussaque regia*, *tantum* habeo *polliceri* — *satisfacturum*. Gellius 17, 20. habesne *nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte*, *tamque modulate compositam orationem?* προέλαβε μυρίσαι κ. τ. λ.] *occupando vnxit corpus meum*, *vt sepulturae praepararet*. vid. Matth. 26, 12. προλαμβάνειν est *praeripere*, *anticipare*, *occupare*, de qua verbi vi ac potestate v. *Wetstenius*, *Krebsius* et *Kypkius* ad h. l. Xen. Cyr. 2, 1. 3. οἱ νόμοι προλαμβάνοντες ἐπιμελοῦσι, *leges occupant curare*, prius, quam ciuium animos ceperit amor et studium vitiorum, curant. Durior et ab h. l. alienior est *Loesneri* verborum nostrorum expositio: *intellexit*, *praesensit me sepulturae caussa vngendum esse*, nec loca e Philone adducta faciunt ad hanc verbi significationem comprobandam.

11. 12. ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι, *promiserunt ei pecuniae summam*. vid. not. ad Matth. 26, 15. ἀργύριον vid. ad 6, 8. — 12. ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, *quo agnus paschalis mactabatur* nempe a Sadducaeis s. Karaeis.

Iefum enim non eodem die quo Iudaei reliqui, fed vno die prius, cum Sadducaeis, agnum pafchalem comediffe, pluribus demonftrauimus ad Matth. 26, 18. p. 723 fqq. Lucas 22, 7. hanc Sadducaeorum rationem probans, fcribit: ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, *quo agnus pafchalis mactandus erat.*

13. ἄνθρωπος eft h. l. *feruus*, nam v. 14. opponitur ei ὁ οἰκοδεσπότης, v. et Luc. 22, 11. 12, 36. ibique notata. κεράμιον ὕδατος βαστάζων, *geftans vrceum aquae plenum.* Minifterium aquam portandi erat e vilifſimis, v. Deut. 29, 10. Iof. 9, 21. etiam apud Romanos *aquarii* inferiores ferui erant. v. *Pignorius* de feruis, et *Wetftenius* ad h. l. κεράμιον fcl. σκεῦος f. ἀγγεῖον, *vas fictile*, LXX. κεράμιον οἴνου Ier. 48, 52. vbi in textu Hebr. eft גְּבִיעַ, *fcyphus.* Ief. 5, 10. 30, 13. vbi refpondet Hebr. נֵבֶל, *lagena*, h. l. fignificatur *vrceus aquarius*, cum additum legatur ὕδατος· v. *Bynaeus* de morte I. C. p. 478 fq. *Weftenhouii* Diatribe in hift. Paffionis I. C. p. 20. et *Schleusneri* Lex. h. v.

14. ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα; *vbinam eft coenaculum?* κατάλυμα proprie eft *diuerforium*, vt Luc. 2, 7. Hebr. מָלוֹן Exod. 4, 24. vt καταλύειν, *deuertere*, Luc. 9, 12. 19, 7. Apollod. 3, 7. 6. al. Auctor Etymol. M. κατάλυμα· καταγώγιον, ξενοδοχεῖον. Moeris: καταγώγιον καὶ κατάγεσθαι, ἀττικῶς· κατάλυμα καὶ καταλύειν, ἑλληνικῶς. add. Thom. Mag.: Euftathius in Hom. Odyf. δ'. 146. 33. Rom. καταλύειν ἀντὶ τοῦ ξενοδοχεῖσθαι, καὶ ὁ τῆς ξενίας δὲ τόπος ἐντεῦθεν λέγεται κατάλυμα, ἐν ᾧ δηλαδὴ τὰ ὑποζύγια καὶ τὰ φορτία λύονται· h. l., cum ipfe herus a difcipulis interrogandus effet, vbinam κατάλυμα effet; cum κατάλυμα v. feq. commutetur cum ἀνώγεον, non domum, fed partem illius, nempe *cubiculum*, *coenaculum* indicat, atque hoc fenfu in verfione Alexandrina refpondet Hebr. לִשְׁכָּה 1 Sam. 9, 22. add. Neh. 3, 5. Ez. 40. 44.

Caeterum in BCDL legitur κατάλυμά μου i. *mihi paratum*, nec alienum eſt hoc additamentum a ſcribendi indole Marci, fieri tamen etiam potuit, vt librariorum oculi in μου, quod ſequitur, inciderint, vt adeo eorum incuriae haec lectio ſuam originem debeat.

15. ἀνώγεον varie ſcribunt: ἀνώγαιον, ἀνώγεων, ἀνώγαιον, quam poſteriorem ſcripturam *Griesbachius* h. l. et Luc. 22, 12. in ordinem recepit. Suidas recte interpretatus eſt hoc vocabulum τὸ ὑπερῷον οἴκημα. Significatur h. l. *coenaculum*, in ſuperiore parte aedium, in quod Iudaei, coenandi, orandi, confabulandi, et otii cauſſa ſecedere ſolebant, Matth. 6, 6. dicitur ταμιεῖον, et Act. 1, 13. 20, 8. ὑπερῷον, Hebraice עֲלִיָּה. vid. ad Marc. 2, 2. Iam ἀνώγεον ἐστρωμένον, ἕτοιμον, eſt *triclinium*, *conclaue in quo discumbitur*, *lectis inſtructum*, *paratum*. Etenim στρῶσαι, vt Latinorum *ſternere* (Cic. p. Mur. 36. *Tubero Stoicus ſtrauit pelliculis hoedinis lectulos.* Macrob. Sat. 2, 9. *triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt*) eſt verbum proprium de iis, qui triclinia lectis inſtruunt, ita vt ipſi lecti culcitis, puluinis ſtrati ſint. Xen. Cyr. 8, 2. 6. ᾧ μὲν γὰρ ὁ αὐτὸς κλίνην στρώννυσι, τράπεζαν κοσμεῖ. vid. et *Wetſtenius* ad h. l. Itaque ἐστρωμένον eſt plane idem quod ἕτοιμον, quod ipſum tamen vocabulum ἕτοιμον, cum ei non adiuncta reperiatur in codd. particula καὶ, (quae vim explicandi haberet), quam Syrus interpres ex ingenio adiecit, cumque multi codd. illud omittant, merito ſuſpectum viſum eſt *Bezae*, *Erasmo*, *Grotio*, *Millio*, aliis; v. *Griesbachii* N. T. ad h. l. et *Fiſcherus* Proluſſ. de vitiis Lexx. N. T. pag. 15 ſq. videntur grammatici, cum ſequatur ἑτοιμάσατε, hoc ipſo vocabulo ἕτοιμον, explicare voluiſſe participium ἐστρωμένον, ſiue vt *Bengelius* ad h. l. monuit: promtus librarius verbum ἑτοιμάσατε ante ἐκεῖ ſcribere coepit, et cum delere nollet, vocabulo praecedenti accommodauit. ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν] *ibi nobis parate coenam paſchalem*, ſubintel-

ligi enim debet τὸ πάσχα, coll. Luc. 22, 8. Sic quoque Hebr. הָכִין absolute poni solet de eo, qui aliquem conuiuium parare iubet. v. Gen. 43, 16. 1 Par. 12, 39.

19. Vid. Matth. 26, 21 sq. εἷς καθ' εἷς, Hebr. אֶחָד כְּאֶחָד positum est pro εἷς καθ' ἕνα, vt Ioh. 8, 9. coll. Apoc. 4, 8. i. e. *singuli*, *singulatim*, *vnus vt alter*, constat enim praepositionem κατὰ saepius esse similitudinis indicem. vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. Nou. Test. p. 414 ss. καὶ ἄλλος in permultis codd. et verss. antiquis desunt, vera scriptura esse videtur εἷς καθ' εἷς· μήτι ἐγώ; μήτι ἐγώ: quibus verbis inepte interseruerunt grammatici καὶ ἄλλος.

22. Φάγετε omittunt plurimi et praestantissimi codd. haud dubie e Matth. 26, 26. nostro loco illatum est. Sic quoque v. 27. verba ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, quae a multis libris absunt, pro additamento e Matth. 26, 31. desumto haberi debent.

30. Plurimi et diuersarum familiarum codd. ante σήμερον inserunt σύ· quod recte in textum recepit *Griesbachius*, facile enim illud ob sequens σήμερον a librariis potuit omitti. ἢ δὶς codd. nonnulli omittunt, male; nempe haec verba grammatici repugnare putabant locis parallelis, Matth. 26, 34. Luc. 22, 34. sed vide quae ibi notauimus. Designauit nimirum etiam Marcus galli cantum sub lucis ortum (δὶς id. qd. ἐκ δευτέρου coll. v. 72.), et quidem modo scriptoribus exteris quoque vsitato Aristoph. Eccles. 390. δευτέρου, οὐδ' εἰ μὰ Δί τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. Ammian. Marcell. 22, 14. *Casium montem adscendit, vnde secundis galliciniis videtur solis exortus.*

31. ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον, *fortius*, *vehementius affirmabat:* variant codd. in nonnullis enim legitur περισσῶς, in aliis ἐκπερισσῶς; in aliis deest μᾶλλον, vt et in

verf. Copt. Vulg. It. in aliis ponitur *μᾶλλον* ante. *ἐκ περισσοῦ*. Vera lectio *ἐκ περισσοῦ· περισσῶς* inter verfus a grammaticis notatum erat ex 10, 26. hinc librarii male feduli fcripferunt *ἐκπερισσῶς*, fed *μᾶλλον* pro gloffemate effe habendum, ipfa codd. in eo collocando inconftantia fatis aperte docet.

33. *ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν*, *terrore et animi dolore fummo afficiebatur*. v. Matth. 26, 36. *ἐκθαμβεῖσθαι* h. l. *animo perturbari*, *horrore corripi*, vt infra 16, 5. 6.

35. *ἡ ὥρα* h. l. intelligi debet de calamitatibus et morte. v. not. ad Matth. 24, 22. 26, 39.

36 fq. *Ἀββᾶ ὁ πατήρ·* pofterius nomen explicationis cauffa additum eft nomini *Ἀββᾶ·* Euthymius Zigabenus Caten. ad Matth. 26, 39. apud *Matthaeium* Lectt. Mofquenff. pag. 33. Vol. 1. *τὸ μὲν οὖν Ἀββᾶ Ἑβραϊκὴ λέξις ἐστὶ, σημαίνον τὸ, ὁ πατήρ· Διὸ καὶ ἡ ἑρμηνεία τούτου προσετέθη*. v. *Fifcherus* Proluff. de vit. p. 248. *παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο*] *aufer a me hoc poculum* i. has calamitates. v. Matth. 26, 39. *ἀλλ' οὐ τι ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ*] *at non quod mihi, fed quod tibi placet*, fcl. eueniat, *γενέσθω·* quod additum legitur Luc. 22, 42. Eft autem *τί* h. l. pofitum pro *ὅ*, exemplo Hebraeorum, qui etiam מָה ponere folent pro אֲשֶׁר. v. Iudd. 9, 48. *Fifcherus* ad Leusdenium de Hebraifm. N. T. p. 73. et Animaduu. ad Weller. P. 2. p. 230. — 37. *λέγει τῷ Πέτρῳ*, Petrum alloquebatur, quoniam hic paulo ante omni affeueratione et fortiffime affirmarat, fe omnes calamitates, quin et ipfam necem cum Iefu promte lubenterque fubire velle.

40. Pro *βεβαρημένοι* plures et praeftantiffimi codd. legunt *καταβαρυνόμενοι*, quae verior lectio videtur, *βεβαρημένοι* e Matth. 26, 43. facile irrepere potuit.

41. ἀπέχει] de huius verbi vi ac poteſtate magno ſtudio, magnaque contentione viri docti inter ſe pugnarunt. E pluribus ſententiis, quas recenſuerunt, *Wolfius* in Curis, *Koecherus* in Analectis, *Heumanus* et *Thieſsius* ad h. l. duas tantum commemoro. Scilicet ἀπέχει, Heſychius, qui tamen hunc locum reſpexit, interpretatur ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ, *ſufficit*; et hoc ſignificatu ἀπέχει ap. Anacr. 28, 33. plures interpp. poſitum accipiunt, alii tamen aliter explicant, nonnulli etiam ibi legi malunt ἀπέχω vel ἄπεχε· praeter hunc Anacreontis locum nullus alius reperitur locus, vbi ἀπέχει hoc ſignificatu accipi poſſit, neque adeo haec verbi notio ſat idoneis exemplis muniri ac confirmari poteſt. Quodſi tamen haec ſignificatio, cum *Henr. Stephano* et *Barneſio* ad Anacr. l. c. *Gatackero* ad Antonin. 4, 49. *Heupelio*, *Raphelio*, aliis, h. l. admittitur: commodiſſime hoc verbum cum *Schwarzio* de ſoloeciſmis N. T. c. 9. §. 2. p. 45. et *Moldenhauero Erläuterung der ſchweren Stellen des N. T.* p. 161. explicatur: *ſatis ſomnorum eſt, tempus dormiendi praeteriit*, ſ. *non eſt iam ad dormiendum tempus opportunum*, ita, vt ſtatuatur, Ieſum qui dixiſſet καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, poſt temporis interuallum, cum conſpiceret horto appropinquantem Iudam cum turba, excitaſſe diſcipulos verbis his: ἀπέχει, ἦλθεν κ. τ. λ. Sed verbum ἀπέχω, vt recte monuerunt ad h. l. *Heumanus* et *Thieſsius*, quorum ſententia omnes veritatis notas et numeros habet, inter alia quoque notat, *diſtare*, *abeſſe*, *remotum eſſe*; hac ſignificatione apud ſcriptores exteros frequenter recurrit, et legitur quoque ſic Matth. 15, 8. Luc. 15, 20. 24, 13. et haec ipſa ſignificatio loco noſtro conuenientiſſima eſt. Dixit nimirum Ieſus diſcipulis ſomnolentis: καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, ἀπέχει. *dormite porro et quieſcite*, non opus eſt amplius veſtris vigiliis, *abeſt*, *receſſit*, *praeteriit*, anxietas mea, angor ille animi mei, qui me hactenus grauiſſime preſſit et afflictauit. His dictis,

post temporis interuallum excitabat Iesus discipulos verbis ἦλθεν ἡ ὥρα κ. τ. λ. vid. ad Matth. 26, 45.

44. σύσσημον (quod vocabulum in libris Atticorum non occurrit, sed in libris scriptorum aetatis sequioris, v. Phrynich. Eclogg. p. 184. *Pau.*, *Elsnerus*, *Münthius* ad h. l. et *Sturzius* de dialecto Macedon. et Alexandr. p. 196. h. l. est id. qd. σημεῖον, quo vocabulo illud interpretantur Hesychius, Suidas et Phauorinus, qua voce etiam vsus est Matth. loco parallelo 26, 48. sicut et verbum συσσημαίνεσθαι notat, *signare*, *obsignare*. vid. *Salmasius* de Modo Vsurr. p. 449. In versione Alexandrina nomen σύσσημον, de quo omnino cf. *Wolfius* in Curis ad h. l. et *Fischerus* Prolusf. de vit. p. 24 sq. respondet Hebr. נֵס *signum*, *vexillum quod erigitur*, vt Iudd. 20, 38. 40. Ies. 5, 26. al. ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς] *bene custoditum abducite*, *abducite caute et sollicite*, ne forte elabatur: ἀσφαλῶς de cura et diligentia adhiberi pluribus docuit ad h. l. *Kypkius*. Sic Act. 16, 23. custos carceris iubetur ἀσφαλῶς τηρεῖν, *diligenter custodire* captiuos, et ib. v. 24. ἀσφαλίζεσθαι legitur de captiuis probe continendis. Caeterum Iudam haec ludibrii caussa dixisse, atque prospicere sibi voluisse, ne praemio excideret, iam obseruauimus ad Matth. 26, 16. p. 664.

45. αὐτῷ a pluribus codd. abest, atque omnino potuit facilius addi, quam omitti. Permulti quoque codd. et versf. alterum ῥαββί omittunt, neque tamen delendum videtur, expunxerunt illud grammatici, cum nominis repetitio iis superuacanea videretur, neque illud bis positum reperirent loco parall. Matth. 26, 49. In verbo καταφιλεῖν nulla emphasis cum *Raphelio* Obsf. Xenn. ad h. l. quaerenda. vid. ad Matth. l. c. v. 46. ἐπ' αὐΤΟΝ deest in nonnullis libris librariorum incuria, praecessit enim ἐπέβαΛΟΝ.

51. *καὶ εἷς τις νεανίσκος*] *iuuenis quidam: τὶς* id. qd. *εἷς* Matth. 8, 19. redundat h. l. vt v. 47. v. *Schleusneri* Lex. f. v. *εἷς*. Quinam fuerit iuuenis ille, quaefiverunt interpretes. Eum non fuiffe e numero Apoftolorum, exinde apparere videtur, quoniam ab his in fugam verfis discernitur; nec Marcus vfus eft formula, *εἷς δέ τις ἐκ τῶν δώδεκα*, vel fimili. Si coniecturae locus concedendus eft, maxime probabilis eft *Grotii*, qui fufpicatur, iuuenem illum ex villa aliqua, horto vicina, ftrepitu militum excitatum, fubito accurriffe, vt confpiceret quid ageretur, et vt videret, quo tandem res abiret, eum voluiffe Iefum fequi, fed cum et ipfum apparitores comprehenderent, anfugiffe. Marcum hanc hiftoriam in commentarios fuos recepiffe, vt oftenderet, apparitores etiam Apoftolos, quibus annumeraffent hunc hominem, e mandato fynedrii capere voluiffe, obferuarunt ad h. l. *Grotius*, *Michaelis* et *Stolzius* in *Erläuterungen zum N. T.* ad h. l. Pro *ἠκολούθει* in aliis libris extat *ἠκολούθησεν*, alii exhibent *συνηκολούθει*, et hanc pofteriorem lectionem reliquis praeferendam duco. Conftat enim, a librariis centies verba compofita mutata effe in fimplicia. v. 14, 40. 51. Luc. 1, 29. 6, 49. 23, 33. *περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ*] *findone amictus: σινδὼν* eft linteum tenue, maius, quadratum, v. ad Matth. 27, 59. quod adeo facile iuuenis ille in manibus militum relinquere poterat. Huiusmodi veftimentis Orientales, maxime aeftate et noctis tempore, vti folebant, iisque prorfus fimilia funt pallia ampla et fluxa, quae hodie Mauri et Arabes geftare folent, atque ab iis *Hyk*, *Heik* vocantur. Kimchi in libro Radicum, צדון כוא כסות הלילה מסמוך לבשר עשוי מפשתים, *Sidon est veftis nocturna, quam induunt fuper carnem, facta ex lino.* vid. et *Shaw Reifen* p. 197. verf. Germ. *Rofenmüllerus* et *Hezelius* ad Exod. 12, 34. *Pococke Befchreibung des Morgenl.* T. 1. p. 190. *Niebuhr Befchreib. von Arabien* p. 62. *ἐπὶ γυμνοῦ* fcl. *σώματος, corpori nudo impofito, γυμνὸς*, Hebr. עָרוֹם proprie eft *nudus*, *omnibus veftibus*

carens, ἄνευ ἱματίων Etym. M. Sed adhibetur hoc vocabulum, vt Hebr. עָרוֹם et Lat. *nudus*, etiam *de eo, qui veste exteriore caret*, v. 1 Sam. 19, 24. Ief. 20, 3. Ioh. 21, 7. Hefiod. Ἔργ. 391. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν Γυμνὸν δ' ἀμάειν. Virg. Georg. 1, 299. *nudus ara, fere nudus*. Cic. p. Deiot. 9. *Rex faltauit nudus*. Plin. epp. 3, 1. *Spurinna in fole ambulabat nudus*. v. *Cuperus* Obff. 1, 7. *Perizonius* ad Ael. H. V. 6, 11. *Graeuius* Lectt. Hefiodd. p. 42. *Burmanus* ad Virg. l. c. *Schoettgen*. Hor. Hebr. ad h. l. et nos ad Matth. 25, 36. et hoc ipfo fignificatu etiam h. l. plures vocabulum γυμνὸς capiendum putarunt. Sed vel formula ἐπὶ γυμνοῦ fcilicet σώματος primam ac propriam vocabuli fignificationem commendat. κρατοῦσι αὐτὸν *Heumanus, Boltenius* vertunt: *eum prehendere volebant*. Iam fatis quidem conftat, ab Hebraeis, Graecis et Latinis, verba faepius fimpliciter ita poni, vt conatum, voluntatem indicent. v. ad Matth. 26, 56. add. *Glaffius* Phil. S. p. 202 fq. fed h. l. fimpliciter vertendum eft: *eum prehendebant*, nam nifi prehendiffent iuuenem illum, non potuiffet in manibus eorum relinquere pallium, coll. v. 52. οἱ νεανίσκοι] *armati, apparitores* ita dicti, ex vfu loquendi Hebraeorum. Sic Gen. 14, 24. Abrahami ferui armati vocantur נְעָרִים, add. Iof. 2, 1. 2 Sam. 2, 14. f. Ief. 13, 18. etiam apud Polybium vocabulum νεανίσκοι de militibus aliquoties occurrit, vt Hift. 4, 16. 3, 62. al. Satis inepte nonnulli, quos laudauit *Wolfius* ad h. l. quibus adde *Heumanum*, per τοὺς νεανίσκους intellexerunt adolefcentulos lafciuos, qui militum cohortem ex vrbe fecuti fuiffent; cui fententiae, vt fcienter *Cafaubonus* monuit, vel hoc obftat, quod non indefinite fcripferit Marcus νεανίσκοι, fed definite οἱ νεανίσκοι. Sed hoc ipfum vocabulum οἱ νεανίσκοι valde fufpectum eft. Etenim non exhibent illud diuerfarum recenfionum codd. optimi, in aliis codd. legitur ante κρατοῦσι, omittitur quoque a verff. antiquis plurimis. Puto grammaticum inter verfus, fuper αὐ-

τὸν posuisse νεανίσκον: et sic ortam esse lectionem οἱ νεανίσκοι.

54. θερμαινόμενος πρὸς τὸ Φῶς] *ad ignem sese calefaciens.* Per Φῶς h. l. *ignem* intelligendum esse, sat euidenter docet locus Lucae 22, 55. 56. vbi permutatur cum πῦρ. Scilicet secutus est Marcus vsum loquendi Hebraeorum, qui אור vsurpare solebant pro אש, v. Ies. 31, 9. vbi Symmach. habet πῦρ· sed Aqu. et Theodot. Φῶς. Hoc vero etiam modo adhibitum deprehenditur vocabulum Φῶς in scriptorum Graecorum optimae notae libris, vt ap. Xen. Cyr. 7, 5. 26. vbi v. *Leoclau.* Hist. Gr. 3, 1. 9. Hom. Odys. σ', 319. v. *Raphelius* et *Keuchenius* ad h. l.

55. Vid. Matth. 26, 59 sqq.

61. τοῦ εὐλογητοῦ, *Dei summi,* laudibus celebrandi. Deus dicebatur Iudaeis הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא. v. *Schoettgenius* in Hor. Hebr. et interpp. ad Rom. 9, 5.

65. ἤρξαντο — περικαλύπτειν τὸ πρόςωπον αὐτοῦ] *obuelabant faciem ipsius,* contumeliae et ludibrii caussa, vt diuinaret, quis ipsum cecidisset. Quae interpretes nonnulli obseruarunt, de consuetudine veterum, vltimo supplicio afficiendis caput obnubendi, v. Esth. 7, 8. *Koecherus* ad h. l. ea sunt prorsus ab hoc loco aliena. προφήτευσον] Matth. 26, 68. additur: τίς ἐςιν ὁ παίσας σε· formula autem ῥαπίσμασι βάλλειν, pro qua Ioh. 18, 22. 19, 3. legitur ῥαπίσματα διδόναι, idem valet quod verbum simplex ῥαπίζειν Matth. 26, 67. 5, 39. vbi vid. notata.

66. ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, *in aula inferius,* ex aula per gradus ascendebatur in ipsas aedes Caiaphae, in quas iam sese receperant synedri; v. ad Matth. 26, 66. 69. hinc additur h. l. κάτω, quod tamen redundat, vt Act. 2, 19. in verbis ἐπὶ τῆς γῆς κάτω.

68. καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαυλίον, *et cum in vestibulum exire vellet.* v. ad Matth. 26, 71. 56. Quae enim in sequentibus commemorantur, in atrio euenerunt, vt ex omni orationis serie, et locis parallelis planissime perspici potest. v. Luc. 22, 61. et ad Matth. l. c.

70. καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει] *et dialectus tua est Galilaeorum dialecto similis.* Omittunt haec verba BCDL. al. Copt. Vulg. nempe grammatici ea delenda esse iudicarunt, quoniam in locis parallelis non extant, et quoniam superflua videbantur, vnde etiam in aliis codd. verba quae praecesserunt, καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, omissa sunt.

72. Ante ἐκ δευτέρου in BDGL. aliis insertum extat εὐθέως, quam vocem rectissime *Griesbachius* in ordinem recepit, cum ea Marcus inprimis delectatus sit. v. Prolegg. Pro ἀνεμνήσθη τοῦ ῥήματος permulti codd. exhibent τὸ ῥῆμα ὃ (habent autem verba memoriae et obliuionis apud Atticos etiam accusatiuum sibi iunctum), alii τὸ ῥῆμα ὡς. Praeplacet τὸ ῥῆμα ὅ· etenim τοῦ ῥήματος οὗ e Matth. 22, 75. et τὸ ῥῆμα ὡς e Luc. 22, 61. grammatici transscripsisse videntur. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε] Variant interpretes in constituendo horum verborum sensu. Plures praeeunte Theophylacto, qui ἐπιβαλὼν explicuit ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν, vertunt: *et capite operto flebat*, subintelligunt vocabulum ἱμάτιον, quod verbo ἐπιβάλλειν iunctum legitur. Leuit. 19, 29. καὶ ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον κίβδηλον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ· notant praeterea, consueuisse veteres in luctu acerbo (Matth. l. c. legitur: ἔκλαυσε πικρῶς) capita obuelare, quam in rem laudant Ioseph. Ant. 7, 10. 5. vbi de Davide Absalomi mortem deplorante legitur: κατακαλυψαμένου δὲ τοῦ βασιλέως καὶ στένοντος, *cumque rex, velato vultu, filii casum lugeret.* add. 2 Sam. 15, 30. 19, 4. Esth. 7, 8. Ier. 14, 3. 4. Hanc interpretandi rationem sequuntur *Salmasius, Elsnerus, Heumanus, Krebsius, Schulzius,*

Moschius, alii. Hac vero interpretatione admiſſa, ſtatuenda eſt, vt intelligenter animaduertit *Kypkius*, ellipſis plane inaudita ἐπιβαλὼν τὸ ἱμάτιον τῇ κεφαλῇ ſ. τῷ προςώπῳ, nec anteqnam exemplis idoneis confirmetur, vllo pacto probabilis; nihil ad rem facit, ſi, vel vocem κεφαλή, ſ. πρόςωπον, vel ἱμάτιον, interdum omitti oſtendatur, ſed proferendus eſt locus veterum, in quo verbum ἐπιβάλλειν, ſimpliciter poſitum, ſit: *vultum* ſ. *caput*, *iniecta veſte velare*. Aeque improbanda eſt *Palaireti* durior interpretatio, qui ἐπιβαλὼν elliptice poſitum cenſet, pro ἐπιβαλὼν αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς, vel τὰς ὄψεις, vel τὰ ὄμματα, *iniectis in Ieſum oculis fleuit*. *Grotius*, *Clericus*, *Heupelius*, *Münthius*, ἐπιβαλὼν ἔκλαυσε exprimendum putant: *addens fleuit* i. e. *perrexit flere*, ſ. *repetitis vicibus fleuit*, vt Theophr. Char. 8. καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, *et pergit interrogare*, *repetitis vicibus interrogat*. Diod. Sic. p. 345. B. ἐπιβαλὼν φησι, *praeterea dixit*. Ita vero ſatis languida et frigida procedit ſententia. Probabilior eſt *Bezae*, *Raphelii*, aliorumque ſententia, qui ἐπιβάλλειν accipere malunt de impetu, vt ſit idem quod ὁρμᾷν, et intelligatur h. l. de ſubito motu ex atrio foras, atque adeo formulae ἐπιβαλὼν ἔκλαυσε, et Matth. 26, 75. Luc. 22, 62. ἐξελθὼν ἔξω ἔκλαυσε ſibi aequipolleant *proripiens ſe*, *fleuit*. Neque negari poteſt, ab interpretibus Alexandrinis, auctoribus librorum apocryphorum, et ſcriptoribus exteris, verbo ἐπιβάλλειν ſaepius dari partes verbi ὁρμᾷν, ita vt ſit, *ruere*, *cum impetu et citato curſu ferri*, vt Deut. 24, 5. ybi reſpondet verbo עבר. 1 Macc. 4, 2. ὥςτε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων. 2 Macc. 12, 9. καὶ τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλών. ib. 13, 15. ἐπιβαλὼν νύκτωρ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλήν. Philo de Opif. p. 36. E. ὁπότε πολυτελῆ τράπεζαν θεάσαιτο ἐπιβαλὼν αὐτὸν ὅλον, ἐπὶ τὰ εὐτρεπισθέντα ἐκχεῖται πάντων ἀθρόον σπουδάζων ἐμφορεῖσθαι, *qui vbi ſumtuoſam menſam viderit*, *toto corpore in appoſita irruit*, *datque operam*, *vt expleatur omnibus*. Exempla alia v. ap.

Raphelium in Obff. Polybb. ad h. l. Sed vt fcienter et appofite monuit *Loesnerus*, ex omnibus hactenus allatis locis non apparet, fine mentione loci, in quem fe quis proripiat, ifta notione ἐπιβάλλειν dici. *Wetftenius* denique et *Kypkius* vocem ἐπιβαλὼν ἔκλαυσε reddunt: *et animaduertens fleuit*, fubintelligunt ad ἐπιβαλὼν, τὸν νοῦν l. τὴν διάνοιαν, et hunc verbis fubftituunt fenfum: cum haec attente perpenderet Petrus, non folum hanc fuam Chrifti abnegationem ab illo praedictam, fed et ipfo tempore gallicinii a Chrifto praefinito factam effe, lacrimas ipfi eliciebat facti poenitentia. Quam quaefita et haec fit explicatio, non eft quod copiofe doceamus. Simpliciffima haud dubie, et legibus linguae cummaxime confentanea eft interpretatio ea, quam protulerunt *Heinfius*, *Loesnerus*, alii, qui fecuti vfum loquendi Graecorum et auctoritatem verfionis Syriacae, Perf. Arm. Vulg. verba noftra exprimenda ftatuerunt: *coepit flere*. Quam explicationem nec Theophylactus improbauit, nam praeter illam verborum expofitionem, quam fupra memorauimus, adiecit etiam hanc: ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος, et in cod. D. comparet gloffema ἤρξατο κλαίειν. Sic ἐπιβάλλειν, *incipere*, *aggredi*, legitur ap. Diog. Laërt. 6, 2. 4. ἐπέβαλε τερετίζειν, *cantillare coepit*, Diod. Sicul. p. 452. B. Rhod. ἐπέβαλον οἱ ῥαψῳδοὶ προφέρεσθαι τοῦ Διονυσίου τὰ ποιήματα, *coeperunt rhapfodi Dionyfii poemata proferre*. Suidas ἐπέβαλεν, explicuit ἤρξατο, ἐπεχείρισεν, et fchol. Thucyd. 3. p. 196. ed. Duck. vocabulum ἐπιβολὴ *conatus*, *incoeptum*, interpretatus eft nomine ἐγχείρησις. Itaque ficuti Act. 11, 4. ἀρξάμενος ἐξετίθετο pofitum eft pro ἤρξατο ἐκτιθέναι, fic h. l. ἐπιβαλὼν ἔκλαυσε fcriptum eft pro ἐπέβαλε κλαίειν, id eft fimpliciter ἔκλαυσε.

CAPVT XV.

1. Vid. Matth. 27, 1 sqq. *συμβούλιον ποιήσαντες*, *postquam consilium ceperant*, id. qd. *λαβόντες* Matth. l. c. *συμβούλιον ἐποίουν* Marc. 3, 6.

6. 7. *ἀπέλυεν* positum est pro *εἰώθει ἀπολύειν*, quod legitur Matth. 27, 15. Verba enim, quae actionem l. effectum notant, saepius de agendi consuetudine intelligenda, et Latine per soleo, sequente infinitiuo exprimenda sunt, vt ap. Diod. Sic. p. 182. D. *λακτίσματι ἄφνω τύπτων περιεκύλιε κατὰ τῶν κρημνῶν εἰς θάλασσαν*, *calcibus impulsos per rupes in mare deturbare solebat.* v. *Glassius* Phil. S. p. 203 sq. *Heupelius* et *Münthius* ad h. l. et *Graeuius* Lectt. Hesiodd. Ἔργ. v. 185. — 7. *ἦν μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος*] *vna cum seditionis sociis in vincula erat coniectus*; de quanam seditione sermo sit, definiri nequit, nihil de ea memorauit Iosephus. *φόνον πεποιήκεισαν*, *caedem commiserant*, formula *φόνον ποιεῖν* Alexandrini Iudaei expresserunt vocem Hebraicam הָשִׂים דָּמִים Deut. 22, 8. etiam Polybium illa formula Graeca vsum esse, docuit *Raphelius* in Obss. Polybb. ad h. l.

8. *καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος κ. τ. λ.*] *itaque populus magno clamore a Pilato petebat, vt pro more faceret.* Hanc *περίστασιν*, nempe populum ipsum sponte postulasse, vt captiuus, more consueto (Matth. 27, 15.) dimitteretur, praeterierunt Matthaeus 27, 17. et Lucas 23, 13. notarunt tantum Pilatum *συνηγμένων αὐτῶν*, siue vt Lucas ha-

bet *συγκαλεσάμενον τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν λαὸν*, populum, fynedros et primores conuocatos (v. ad Matth. l. c.) interrogaffe: vtrum dimitti vellent Barrabam an Iefum? Hinc *Michaelis* et *Paulus Th.* 3. *Abfchn.* 119. p. 693. fufpicati funt, nouam populi turbam aduenifſe, nefciam quid ageretur, eamque, cum videret quaeftionem exerceri, magno clamore monuiffe procuratorem, vt captiuum, fefto Pafchatos, de more libertati reftitueret. Sed de aduentu nouae populi turbae nihil in textu notatum deprehenditur; imo eadem turba, quae Pilatum de captiuo quodam dimittendo monuerat, eadem etiam, auctoribus Euangeliftis, Chrifti necem et Barrabae dimiffionem flagitabat. Fortaffis res ita fefe habuit. Quum populi multitudo, vna cum Iefu, quem Herodes innocentem declararat, et ad procuratorem reduci iufferat, v. Luc. 23, 11. 15. ad Pilatum rediiffet; nonnulli Iefu fauentes, eiusque cauffa omnia cupientes, alia voce clamabant, acclamante populo, dimittendum effe de more quendam captiuum. Non audebant quidem Iefum nominare, fed fperabant Pilatum, cuius animum perfpexiffent, confentiente populo (vid. ad Matth. 17, 18.), Iefum dimiffurum effe. Pilatus, cui de Iefu innocentia perfuafiffimum erat, cui adeo hi clamores exoptati erant, qui tamen metuebat populum, illico concionem cogebat, et interrogabat: quemnam fibi vellent ab ipfo dimitti? Matth. 23, 17. eo autem ipfo temporis momento ab vxore per internuntium admonebatur procurator, ne capitis damnaret Iefum infontem. Matth. 27, 19. Iam vero interea, dum Pilatus cum internuntio agebat, concitabant fynedri multitudinem, vt dimitti fibi iuberet Barrabam, et plebs non amicorum Chrifti, fed fynedrorum vocibus obfequebatur, multoque clamore Chrifti mortem flagitabat. Pro *ἀναβοήσας* BD. Copt. Sahid. Goth. Vulg. habent *ἀναβάς*· Aeth. *afcendit et clamavit*, quae lectio librariorum ofcitatione orta eft, vulgarem tuentur etiam ea quae v. 13. leguntur *οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν*. Verbum *ἀναβοᾶν* de tumul-

tuoso et incondito populi clamore frequens, vt ap. Dionys. Halic. 9. p. 567. T. 1. Sylb. vbi de militibus ad ducis orationem vno ore proelium flagitantibus legitur: ἀναβοήσεις τε ἐξ ἁπάντων ἐγίνοντο θαῤῥεῖν τε παρακελευομένων καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀξιούντων· vid. et *Langii* Specimen Obss. ex Luciano ad h. l. Caeterum post αἰτεῖσθαι, vt orationis series docet, subintelligi debet, ποιεῖν αὐτόν. vid. *Bosius* de Ellips. sub v. ποιεῖν.

11. ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, *populum concitabant, instigabant*, ita ἀνασείειν etiam occurrit Luc. 23, 5. et in libris scriptorum exterorum. v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 615. T. 1. *Albertius* ad Hesych. T. 2. p. 1163. *Elsnerus* ad Luc. l. c. *Münthius* ad h. l. Aquila hoc verbo interpretatus est Hebr. הֵסִית Iob. 2, 3. sed Deut. 13, 6. idem Hebraicum verbum expressit per ἀναπείθω· Hesychius: ἀνασείω, ἀναπείθω. E Matth. 27, 20. in nonnullos codd. venit ἔπεισαν, pro quo in aliis librarii vitiose rescripserunt ἀνέπεισαν.

15. 16. τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, *vt satisfaceret desiderio multitudinis*: ἱκανὸν ποιεῖν τινι, satisfacere alicui, morem alicui gerere, ita, vt non habeat de quo queratur. Polyb. Exc. Legat. p. 1325. ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιῇ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Kypkius* ad h. l. — 16. ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι (id. qd. τουτέστι, vt infra v. 42.) πραιτώριον, abduxerunt Iesum in interiorem partem (Ioh. 19, 4.) *palatii, hoc est praetorii.* αὐλή h. l. *domus, palatium*, vt Matth. 26, 3. πραιτώριον, vid. ad Matth. 27, 27.

17. πορφύρα id. qd. Matth. 27, 28. χλαμὺς κοκκίνη, *chlamys coccinea.* Sic vestem, quam Horat. Sat. 2, 6. 102. vocauit *rubro cocco tinctam*, v. 106. dixit *purpuream*. vid. not. ad Matth. l. c.

25. τρίτη h. e. e noftra ratione, hora nona. Sed auctore Ioh. 19, 14. hora duodecima nondum in crucem actus erat Iefus; legitur ibi: ὁ οὖν Πιλάτος — ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν — ἦν — ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, *hora fere fexta* i. e. duodecima. Disfentit ergo Iohannes a Marco. Varias vias excogitarunt interpretes, quibus hanc disfenfionem componerent. v. *Wolfius* et *Koecherus* ad Ioh. l. c. *Rufius* in Harmon. T. 3. p. 1162 fqq. Equidem arbitror Marcum, qui non facile foleat accurate in narrationibus fuis notare tempus, quo hoc vel illud euenit, nec tum, cum id ab aliis Euangeliftis factum eft; vid. 1, 40. coll. Matth. 8, 1.: Marc. 2, 23. coll. Luc. 6, 1.: Marc. 3, 1. coll. Matth. 12, 4. al. omnino recte et accurate h. l. fingulas horas conftituiffe. Quod Iohannem attinet, vrgent interpretes adverbium ὡσεὶ quo vfus eft, vnde appareat, eum accurate tempus definire noluiffe. Monent praeterea Iohannem, etfi fpectator paffionis et mortis Chrifti fuerit, et cruci adftiterit, tamen ob fummam animi commotionem et perturbationem, non diligenter obferuare potuiffe fingulas horas, nec ferius commentarios fuos fcribentem earum accurate recordari, vid. *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. et *Thiefsius* in *Krit. Kommentar* Th. 2. p. 74. Alii lectionem mutandam, et Ioh. l. c. legendum cenfuerunt τρίτη, cum facile mutari potuerit a librariis Γ i. e. τρίτη in ϛ· neque deftituta eft lectio τρίτη auctoritate critica. vid. not. ad Ioh. l. c. Ita cenfuerunt *Bengelius* in Apparatu Crit. ad N. T. p. 270. *Semlerus* in Paraphr. Eu. Ioh. *Erneftius* in *Neueft. theol. Bibl.* B. 3. p. 311. *Rofenmüllerus* in Scholiis, *Mofchius* Leidensgefch. Iefu p. 673. alii. Fortaffis tamen verba, quae Ioh. l. c. leguntur, ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη f. τρίτη, parenthefeos nota a reliquis feparanda, aduentitia funt et infitiua, vt iam *Pfaffius* in notis exegeticis ad Euang. Matth. p. 207. et *Schulzius* fufpicati funt; etenim neque cum antecedentibus, neque cum iis quae

fequuntur, cohaerent. Non autem ignoramus haud raren- ter omnes libros fcriptos falfam lectionem et interpolatio- nem continere, vt Iac. 2, 6. vbi verba καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· et Hebr. 11, 21. καὶ προς- εκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ haud dubie eius- modi gloffematis funt annumeranda. Copiofius de his locis disputauimus in Spicilegio Obff. in Ep. Iacobi 1807. 4. cf. etiam not. ad. 1, 27. Luc. 2, 2. extr. Caeterum καὶ, Hebr. ו, pofitum eft pro ἐν ᾗ l. ὅταν l. ὅτε, quod pofterius e gloffemate in nonnullis libris extat.

28. μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη, *inter improbos relatus eft.* v. Ief. 53, 12. Sed hic verfus nofter deeft in codd. ABCD. aliis, eft ergo locus valde fufpectus. Auctore Luca 22, 37. Iefus ipfe, colloquens cum difcipulis, haec prophetae verba laudarat, et ad fe retulerat, hinc facile patet, quo- modo ea quae h. l. leguntur, in codd. irrepere potuerint. ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα loquendi ratio, in libris N. T. fre- quenter recurrens, vid. Ioh. 7, 38. 42. Rom. 9, 17. Gal. 3, 8. fic et Xenophon τὸ λέγειν epiftolis tribuit Hift. Gr. 1. 15. 5, 1. 29. vid. *Raphelius* ad h. l.

29. Vid. Matth. 27, 39 fqq. οὐὰ, Hebr. הֶאָח, *vah*, vox infultantis, interdum etiam admirantis. v. *Rei- marus* ad Dio. Caff. p. 1041. T. 2. *Raphelius* Obff. Po- lybb. ad h. l.

36. Vid. ad Matth. 27, 48. ὄξος, *pofca*, vinum acidum, neque tamen herbis amaris mixtum, quod Ie- fus recufabat, v. Matth. 27. 34. quod ibi diferte dicitur ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· et fupra v. 23. οἶνον ἐσμυρ- νισμένον· fed pofca, quam Iefus fumfit, Ioh. 19, 30. ὅτε οὖν ἔλαβε, Matth. 27, 48. h. l. et Ioh. l. c. fimpliciter vocatur ὄξος. Solet autem deliquium animi patientibus varie adhiberi acetum, quod etiam facit ad refocillandos febri vulneri adiuncta laborantes.

37. ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε] *edito magno clamore exſpirauit.* Formula ἀφιέναι τὴν ψυχὴν non tantum ſignificat, vocem articulatam emittere, *loqui*, ſed adhibetur etiam, vt Hebraeorum נתן את־קלו Gen. 45, 2. de voce inarticulata, *clamore.* v. *Kypkius* et *Loesnerus* ad h. l. Liban. ep. 355. ὑπὸ πλήθους πληγῶν φωνὴν ἀφήσειν, *ſub crebris plagis, clamaturum eſſe.* Sic. Lat. *emittere vocem* Liu. 1, 58. h. l. ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην permutatur cum κράξας v. 39. ἐξέπνευσε, *exſpirauit* ſcl. βίον vel ψυχὴν, *animam*, vt Eurip. El. 1220. Horat. Epod. 5, 91. Plenius legitur Eurip. Oreſt. 496. ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον· ib. 1163. ἐκπνέων ψυχὴν ἐμὴν· Virg. Aen. 11, 882. *exſpirant animas.* — 38. ἐσχίσθη εἰς δύο ſcl. μέρη, vt plene legitur ap. Polyb. 2, 16. σχίζεται εἰς δύο μέρη v. *Elsnerus* ad h. l. *Boſius* de Ellipſ. ſub μέρη p. 169. *Schaefer.*

39. ὁ κεντυρίων] *centurio* ſupplicio praepoſitus, qui cum ſuis adeſſe debebat de more, donec vitam finiſſent capitali ſupplicio addicti. Eſt autem κεντυρίων vox origine Latina, qua etiam vſus eſt Polybius. v. *Raphelius* ad h. l. Matthaeus et Lucas pro κεντυρίων, vſi ſunt vocabulo ἑκατόνταρχος, quo etiam illud explicuit Phauorinus. ἐξ ἐναντίας ſcl. χώρας, *ex aduerſo, e regione.* vid. *Heupelius* ad h. l. ἰδὼν — ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν] *cum vidiſſet eum hoc clamore edito exſpiraſſe.* Ex plurium interpp. ſententia, mirabatur centurio, quod Ieſus moriens tantum clamorem edere potuiſſet. Cum vero ii, quibus cor ex nimia ſanguinis congeſtione, anxietate, ac palpitatione preſſum, quibus ſuffocatio in propinquo eſt, prae dolore ſummo, haud raro magna voce clamitare ſoleant, v. ad Matth. 27, 50. hinc alii verba noſtra explicant: cum vidiſſet eum clamore edito, tali modo, nempe vt v. 33. 34. legitur, inter tenebras et terrae motum, exſpiraſſe. Durius. Scilicet non mirabatur centurio, quod Ieſus in extremo vitae momento tantum clamorem tollere potuerit,

fed quod, poftquam clamarat, mox a clamore exfpirarit. Mirabatur ergo acceleratam mortem, quam Iefu deorum fauore contigiffe arbitrabatur, cum fciret lenta morte in crucem actos perire, v. *Lipfius* de cruce, et not. ad Matth. 27, 32. 50. etiam ipfius Pilati opinione citius Iefus mortuus erat, coll. v. 44. ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος] υἱὸς ἦν Θεοῦ, *profecto homo ille erat dei filius.* vid. ad. Matth. 27, 54.

40. Vid. Matth. 27, 55. Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, cf. not. ad Matth. 10, 2.

42. Affertur cauffa, quare Iofephus maturarit fepulturam Chrifti: ἐπεὶ ἦν παρασκευή, *nam erat parafceue h. e. dies qui fabbatum antegreditur.* Vocabulum παρασκευή vid. ad Matth. 27, 62. 58. 26, 17. quoniam chriftianis e gentilibus, quibus fcribebat Marcus, non fatis cognitum erat, explicationis cauffa adiecit ὅ ἐστι προσάββατον.

43. ἦλθεν — τολμήσας εἰσῆλθε] ἀσυνδέτως pofita funt. Per τολμήσας Marcus fignificat, quantis periculis fe fubiecerit Iofephus, cum a Pilato Iefu corpus peteret, et per afyndeton ἦλθε — τολμήσας εἰσῆλθε pro καὶ τολμ. εἰσῆλθε, innuit, Iofephum, fimulac eo vsque metum ac tarditatem fuperaffet, vt veniret, intrepide etiam mox ingreffum effe ad Pilatum. Lectiones ἐλθὼν — τολμήσας εἰσῆλθε, et ἦλθε — καὶ τολμ. εἰσῆλθε profectae videntur a grammaticis, quibus afyndeton offenfioni effet. ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας fcl. ὤν, v. *Kypkius* ad h. l. *Iofephus Arimathaeenfis*, v. ad Matth. 27, 57. εὐσχήμων βουλευτής] *fynedrii affeffor honeftus, ein angefehenes Mitglied des Synedrium.* Εὐσχήμων proprie dicitur is, *qui cauet vitium in geftu et motu corporis.* Hefychius: εὐσχήμονες — εὖ σχήματα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες· Xen. Cyr. 1, 3. 7. Hinc per metaphoram adhibetur de eo, *qui modeftus eft, qui mode-*

ſtiam ſ. modum ſeruat. Sic ap. Plutarch. de Aud. Poëtis c. 1. p. 11. Krebſ. ἐν ταῖς περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναῖς διαφυλάττειν εὐσχήμονας αὐτούς. de iis, qui modum ſeruant in voluptate ex cibo potuque capienda. Deinde ita nominatur *is qui honeſtatem ſequitur*, omninoque *virtutis eſt ſtudioſus*, vt ap. Xen. Mem. 3, 12. 4. ἐκ τῶν πολεμικῶν ἀγώνων σώζονται εὐσχημόνως, *honeſte, ſine infamia.* Theophr. Char. prooem. 3. οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, *quibus, tanquam exemplis, vtentes, velint optimo quoque familiariter vti.* Etym. M. εὐσχήμων· ὁ κόσμιος καὶ πειθόμενος τοῖς νόμοις. Denique εὐσχήμων eſt quoque *honoratus, in honore ac dignitate conſtitutus*, et cum vulgus inprimis diuites honorare ſoleat, etiam *diues*. v. *Kypkius* ad h. l. Phrynichus: εὐσχήμων· τοῦτο μὲν οἱ ἀμαθεῖς ἐπὶ τοῦ πλουσίου καὶ ἐν ἀξιώματι ὄντος τάττουσιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ συμμέτρου. A Matth. 27, 57. Ioſephus appellatur ἄνθρωπος πλούσιος, a Luca 23, 50. ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος. Itaque puto a Marco h. l. nomine εὐσχήμων coniunctim, vitae morumque honeſtatem, diuitias ac nobilitatem indigitari, illudque Latine exprimendum eſſe *honeſtus.* βουλευτής, quod nonnulli ſine omni idonea ratione explicant *vir prudens*, vt ſit id. qd. βουλευτικός (LXX. Prou. 24, 6.) ſignificat h. l. *ſynedrii aſſeſſorem*, vid. ad Matth. 27, 57. coll. Luc. 23, 51. ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ] *qui regnum Meſſiae et ipſe exſpectauerat* i. qui Chriſti diſcipulus fuerat. v. ad Luc. 23, 51. τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον κ. τ. λ. *fidenti animo, confidenter*, non curans Iudaeorum ludibria, collegarum odia, pericula, *Pilatum adiit, et vt ſibi corpus Ieſu ſepeliendum traderet, petiit.* vid. ad Matth. 27, 58. εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον poſitum eſt pro εἰς τὸν οἶκον τοῦ Πιλάτου. vid. ad Matth. 26, 57. Diog. Laërt. 6, 6. μαθὼν δὲ ὁ Κράτης εἰσῆλθε πρὸς αὐτόν. Ni Ioſephus corpus Ieſu a Pilato petiiſſet, haud dubie Ieſus vna cum duobus latronibus illatus fuiſſet ſepulcro pu-

blico inhonesto, facinorosis, qui e sententia iudicii perierant, destinato, cum latronum crura, flagitantibus id synedris, v. Ioh. 19, 31. frangerentur, vt ante occasum solis, cum sacra paschalia instarent, eorum corpora humarentur. Sanhedrin c. 6. §. 5. *Humatio interfecti a Synedrio non fuit in sepulcris patrum eius, sed duo sepulcreta erant parata a Synedrio, vnum occisis gladio et strangulatis, alterum lapidatis (qui etiam suspendebantur) et combustis.* vid. *Lightfootus* Horr. Hebr. et Talm. ad h. l.

44. ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε] *Beza*, alii, haec verba interpretanda esse putarunt: *dubitabat, an iam mortuus esset*, neque negari potest θαυμάζειν interdum hoc sensu legi, vid. *Kypkius* ad h. l. Sed vt iam apposite monuerunt *Raphelius* Obss. Xenn. et *Kypkius* ad h. l. non facile suspicari potuit Pilatus, Iosephum falsa sibi narrare; et si dubia atque suspecta Pilato fuisset Iosephi fides, non quaesiuisset centurionem arcessitum, coll. v. 45. εἰ πάλαι τεθνήκει, *an iam dudum mortuus esset?* quomodo certe nemo quaerit, qui res ipsa verane sit an falsa dubitat, sed qui rei certae solum tempus accuratius cognoscere cupit. Praeterea particula εἰ maxime post verba admirationem, omninoque animi commotionem quandam indicantia, non dubiam tantum, sed certissimam quoque admirationis caussam denotat, vt Ioseph. Ant. 9, 9. 2. θαυμάζειν ἔλεγεν, εἰ τούτους ἡγεῖται θεοὺς, *se mirari dicebat, eum existimare hos esse deos.* Exempla alia plura hanc in rem congesserunt *Raphelius*, *Kypkius*, *Krebsius*, *Loesnerus* ad h. l. et *Zeunius* ad Vigerum 8, 6. 3. p. 504. ed. Herm. et sic quoque adhiberi solet partic. Hebr. אִם, vt Gen. 31, 52. al. vid. *Noldius* Concordd. p. 68.

46. Vid. Matth. 27, 59 sqq. καθελὼν αὐτὸν κ. τ. λ.] *corpus de cruce detractum, linteo inuolutum, in sepulcro reponendum curauit.* Καθαιρεῖν, vt Lat. *detrahere*,

Cic. ad. Q. Fr. 1, 2. 2. Petron. Satyr. c. 3. et 112. et *refigere*. Iuftin. 9, 7. eft verbum, de cruciariis, qui de ligno tolluntur, proprium. v. *Raphelius*, *Elsnerus*, *Kypkius* et *Loesnerus ad h. l.* ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας] *quod e rupe excifum erat.* *Salmafius* ad Solin. p. 851., cui *Wolfius* et *Krebfius* adftipulantur, haec verba reddenda cenfent: *monumentum ex lapide caefo et polito conftructum*, neque intelligendum effe, contendunt, monumentum rupi incifum. Male ac perperam. Matth. 27, 60. legitur: ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ· vbi vid. not. et ad Matth. 8, 28. *Michaelis Erklg. d. Begräbnifs- u. Auferftehungsgefch,* p. 47 fqq. Μαρία Ἰωσῆ fcl. μήτηρ v. 40. cuius vocabuli ellipfis frequens eft Graecis. vid. *Heupelius* ad h. l.

CAPVT XVI.

1. Vid. Matth. 28, 1 fqq. καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου κ. τ. λ.] *exacto fabbato, Maria Magdalena, et Maria Iacobi mater atque Salome, emerunt vnguenta, quibus mortui corpus perungerent.* διαγενομένου τοῦ σαββάτου non eft, *cum interceffiffet fabbatum*, nec ἠγόρασαν exprimendum eft *emerant*, vt iudicarunt *Grotius*, *Wolfius*, alii, quo fcilicet conciliarent hunc locum cum loco Lucae 23, 56. 24, 1. vbi vid. not. fed cum de tempore fermo fit, διαγενομένου τοῦ σαββάτου eft: *exacto*, *elapfo fabbato* f. vt Vulg. vertit: *cum transiiffet fabbatum* h. e. poft horam fextam. Neque enim die fabbati (intelligitur fabbatum illud quod interceffit inter diem, quo Iefus in crucem actus eft, et diem, quo in vitam rediit) mulieres e legibus Iudaicis vnguenta emere poterant, fed *finito fabbato*, poft folis occafum ea emerunt, et emere licebat. v.

Michaelis l. c. p. 102 sqq. *Plessingius Auferstehungsgesch.* p. 171 sqq. *Doederlinius Antifragmente* Th. 1. p. 245 ss. *Moschius Bibelfreund* Th. 4. p. 120. Ita vero διαγένεσθαι saepius legitur, vt ap. Demosth. p. 833. 14. ed. *Reisk.* δέκα ἐτῶν διαγενομένων, *decem annis praeterlapsis.* Aelian. H. V. 3, 19. διαγενομένων τριῶν μηνῶν *exactis tribus mensibus.* Act. 25, 13. ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν *cum dies aliquot essent praeterlapsi.* vid. *Elsnerus, Raphelius, Heupelius, Wetstenius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. 1, 10. 1. Hesychius: διαγεγονότος, παρελθόντος. Vocabulo ἀρώματα h. l. et Luc. 24, 1. Ioh. 19, 40. significantur omnino *omnis generis odoramenta*, quibus more Iudaeorum corpus exanimatum condiebatur; myrrha et aloe, Ioh. 19, 39. etiam vnguenta, coll. Luc. 23, 56. Secuti sunt Euangelistae etiam hac in re vsum loquendi versionis Alexandrinae. In hac enim vocabulum ἄρωμα respondet Hebr. בשׂם 2 Regg. 20, 13. Cant. 4, 10. 16. sed hoc idem nomen Hebraicum exprimitur per μῦρον Cant. 4, 14. 16. 5, 1. Caeterum condiuerant quidem iam Christi corpus Iosephus atque Nicodemus, vid. Ioh. 19, 40. sed hoc feminis cognitum fuisse, e scriptis Euangelistarum demonstrari nequit; et si cognitum fuit, corpus, instante sabbato, leuiter et festinanter conditum, diligentius et accuratius vngere volebant h. e. corpus odoramentis suffumigare, vnguentis illinere, et fasciis cum odoribus inuoluere. v. Luc. et Ioh. ll. cc. 2 Chron. 16, 14. Σαλώμη] suspicatur *Paulus*, ex huius feminae narratione innotuisse Marco περιστάσεις ab eo solo commemoratas, et a reliquis Euangelistis praetermissas, coll. v. 3. 5.-7. Contra *Griesbachius* in Diss. de fontibus, vnde Euangelistae suas de resurrectione domini narrationes hauserint, p. 12. Marcum a reliquis praetermissa (inter quae eminet, quod de Maria Magdalena v. 9. legitur), facillime in domo matris suae, vbi discipuli domini conuentus habere solerent, Act. 12, 12. ab hominibus fide dignissimis rescire potuisse.

2. λίαν πρωῒ, ἀνατείλαντος ἡλίου] *primo mane, orituro sole*, ita recte *Casaubonus* Exercitt. Anti-Baron. p. 672 ss. *Krebsius* ad Matth. 28, 1. *Rosenmüllerus*, aliique, haec verba expresserunt: cum sol oriri inciperet, vt adeo aoristus nostro loco, vt saepius, habeat vim futuri. Sic non repugnant haec verba Iohannis verbis 20, 1. σκοτίας ἔτι οὔσης, designatur enim tempus, quo primum aurorae iubar, multis adhuc tenebris mixtum, apparere incipit, cf. etiam *Lud. de Dieu* ad h. l. τῆς μιᾶς σαββάτων h. e. primo hebdomadis die, die Solis. vid. Matth. l. c. Theophylactus: πρώτῃ τῶν ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος.

3. 4. Sepulcrum militibus esse obseptum, ignorabant mulieres. vid. ad Matth. 28, 1. p. 757 sqq. τίς ἀποκυλίσει ὑμῖν κ. τ. λ.] *quis nobis lapidem de sepulcri ostio deuoluet?* Solebant Orientales lapidibus magnis sepulcra munire. v. ad Matth. 27, 60. Verba vltima v. 4. ἦν γὰρ μέγας σφόδρα, *erat enim lapis permagnus*, non pertinent ad enuntiationem praecedentem, sed ad v. 3. cuius generis traiectiones Marco negligentius scribenti vsitatae sunt v. 11, 13. 12, 12. Itaque non necesse est, vt γὰρ positum putemus pro δὲ, et cum *Wolfio* Euangelistam haec propterea addidisse statuamus, vt indicaret, mulieres istum lapidem iam e longinquo vidisse, cum admodum magnus esset; aut cum *Grotio* et *Rosenmüllero* subintelligamus: τοῦτο δὲ αὐταῖς εὐκαίρως συμβέβηκεν, *quod commode ipsis euenit*, quia magnum erat saxum.

5. *Postquam mulieres sepulcrum ingressae erant, viderunt iuuenem sedentem ad dextram, stola candida indutum.* Pro νεανίσκος Matth. 28, 5. scripsit ἄγγελος. A Luca 24, 4. δύο ἄνδρες commemorantur, δύο ἄγγελοι a Ioh. 20, 12. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* Bd. 5. p. 920. obseruauit [illegible] si id extiterit in archetypo,

legi potuisse ܓܒܪܐ et ܓܒܪܐ sed vid. not. ad Matth. 28, 5 sqq. *ἐν τοῖς δεξιοῖς* scl. *μέρεσι τοῦ μνημείου.*

6. 7. *εἰπεῖν* id. qd. *ἀναγγέλλειν*, et *τόπος* est *sepulcrum*, vt Sir. 46, 12. *τοῖς μαθηταῖς*] non tantum significantur duodecim apostoli, sed reliqui quoque Christi sectatores. v. Matth. 28, 7. *καὶ*, *inprimis*, *vel maxime.* v. ad Marc. 1, 6. et *Palairetus* ad h. l. Petrus prae reliquis apostolis, de Christi resurrectione certior faciendus erat; huius rei praecipua caussa in eo quaerenda videtur, quod adhuc maxima tristitia, ob dissimulationem perfidam, v. Matth. 26, 75. affectus erat. *εἶπε* coll. Matth. 26, 32. Marc. 14, 21. sed *εἶπε* est id. qd. *προεῖπε*, vt Matth. 28, 6. 3, 3.

8. *Tum e sepulcro egressae aufugerunt, pauor enim et trepidatio earum animos occuparat, nec vlli quicquam prae metu dicebant.* *ταχύ*, quod a plurimis et praestantissimis diuersarum recensionum codd. etiam verss. antiquis abest, orationis contexto illatum est e Matth. 28, 8. vnde rectissime *Griesbachius* atque *Matthaeius* hoc aduerbium ex ordine eiecerunt. *ἔχειν*, *corripere*, *occupare*, eleganter ponitur ad significandum affectum animi vehementiorem, vt ap. Ioseph. Ant. 2, 4. *δέος γὰρ αὐτοὺς εἶχε.* Hesiod. Theog. 588. *θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεοὺς, θνητούς τ' ἀνθρώπους.* Etym. M. *ἔχω*, *κρατῶ.* In versione Alexandrina respondet Hebr. אחז vt Iob. 18, 21. v. *Kypkius* et *Keuchenius* ad h. l. *δὲ* h. l. idem valet quod *γὰρ*, vt Xen. Cyr. 1, 2. 8. *διδάσκουσι τοὺς παῖδας σωφροσύνην· μέγα δὲ συμβάλλεται κ. τ. λ.* scholiast. ad Aristoph. Auu. 585. *δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ·* v. *Raphelius* Obss. Xenophh. p. 273. *Kilpnius* ad Aelian. H. V. 12, 8. *Heupelius* ad h. l. et Vigerus 8, 8. 24. p. 543. *καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον*] per se intelligitur, non esse de silentio perpetuo sermonem, vnde enim resciuisset Marcus, quae iis euenerant, si perpetuum

seruassent silentium? sed sunt haec verba ita explicanda: neque cuiquam obuio, in via iis occurrenti, properantes ad Christi discipulos, quicquam dicebant, prae metu, ἐφοβοῦντο γὰρ, sed postquam ad apostolos atque discipulos peruenerant, et metum abiecerant, rem iis omnem enarrabant. v. Luc. 24, 22.

9. Authentiam vltimae sectionis Euangelii Marci, inde a v. 9., multi impugnarunt, multi vero etiam eam defenderunt. Conf. omnino *Millius*, *Wetstenius*, *Bengelius*, *Griesbachius*, *Matthaeius*, *Birchius* ad h. l. add. *Storrius* in Diss. exeget. in libror. N. T. historicor. aliquot loca P. 1. p. 50 ss. *Michaelis Begräbniss- und Auferstehungs-gesch.* p. 179 ss. *Einleitung in d. N. T.* p. 1059. sq. *Eichhornius* in *Einleitg.* Th. 1. p. 577 ss. *Paulus* et *Thiessius* ad h. l. Argumenta praecipua in vtramque partem prolata, breuiter strictimque exponamus. 1) Quae sequuntur inde a v. 9. vsque ad Euangelii finem, desunt in cod. Vaticano (v. Quatuor Euangelia Graece a *Birchio* edita p. 316. et Prol. p. XXI.) Asterisco notata reperiuntur in 137. 138. Scholia codd. plurium, qui hanc periocham exhibent, testantur, eam a multis exemplis abfuisse. v. *Griesb.* ad h. l. Sed addunt etiam, in multis eam inuentam esse. De Eusebio refert scholion codd. 1. 206. 209. eum tantum vsque ad verba ἐφοβοῦντο γὰρ, apposuisse canones. Gregorius Nyssenus, v. *Millii* Prolegg. §. 812. Victor, Seuerus, v. *Wetsten.* ad h. l. in plurimis (ita Victor), in accuratioribus (ita Nyssenus et Seuerus) exemplis hanc vltimam Marci particulam non legi, affirmant; et Hieronymus Quaest. 3. Opp. T. 3. p. 96. notat, omnes Graeciae libros paene hoc capitulum in fine non habere. Cod. L. et Syr. p. in m. post ἐφοβοῦντο γὰρ addunt: Φέρεταί που καὶ ταῦτα· πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον

κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας. Tum pergit L. ἔϛιν δὲ καὶ ταῦτα Φερόμενα μετὰ τὸ ἐΦοβοῦντο γάρ· ἀναϛὰς δὲ κ. τ. λ. a) At enimuêro habent hanc pericopen codd. Graeci omnes, excepto vno Vaticano, euangeliſtaria etiam antiquiora cum ſynaxariis, verſiones, etiam Syra hieroſ. Agnoſcunt eam Clemens Rom. et Alex. Iuſtin. Dionyſ. Alex. Hippol. Iren. Tatian. in harmoniis, aliique plures. Cauſſa omiſſionis praecipua, ne dicamus vnica, fuit, quod interpretes vett. (τινὲς τῶν ἐξηγητῶν, vt ait Euthymius Zigabenus ap. *Matthaeium* p. 268.) putarint, Marcum in his repugnare euangeliſtis reliquis, inprimisque verba v. 9. contraria eſſe iis quae Matth. 28, 1. leguntur. Si enim Chriſtus *mane* primo hebdomadis die reſurrexerit, ἀναϛὰς πρωῒ πρώτῃ σαββάτου Marc. v. 9. vnde factum eſt, vt mulieres, quae auctore Matthaeo 28, 1. *primo diluculo* τῇ ἐπιΦωσκούσῃ, et vt Ioh. 20, 1. habet, σκοτίας ἔτι οὔσης (v. ſupra ad v. 2.) ad ſepulcrum venerunt, nuntium acceperint de Chriſto *ante* reſuſcitato? Offendit et illud ἐΦάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, cum prima Eius apparitio facta ſit alteri cuidam Mariae pariter ac Magdalenae, teſte Matthaeo. Qui has difficultates, leues illas tamen et facile ſoluendas, v. ad Matth. 28, 1. 5. ſibi explicare non poterant, eo proceſſerunt, vt poſteriorem huius capitis partem ſpuriam et adulterinam atque e codicibus delendam cenſerent. Hanc fuiſſe omiſſionis huius ſectionis in codicibus cauſſam exinde etiam apertiſſime patet, quod qui haec verba ab exemplaribus abfuiſſe tradunt, vt Nyſſenus, Victor, Seuerus, Hieronymus, etiam huius diſcrepantiae inter Marcum et Matthaeum, reliquosque Euangeliſtas mentionem faciunt. Notatu digna inprimis ſunt hanc in rem verba Hieronymi l. c. „aut enim non recipimus Marci teſtimonium, quod in raris fertur Euangeliis, omnibus Graeciae libris paene hoc capitulum in fine non habentibus, *praeſertim cum diuerſa atque contraria Euangeliſtis caeteris narrare videatur*, aut hoc reſpondendum, quod vterque verum dixerit." Illa autem

Hieronymi verba: *omnibus paene Graeciae libris*, facile intelligitur, non esse nimis vrgenda, cum Hieronymus ipse, vid. Lib. 2. adu. Pelag. T. 2. p. 193. in quibusdam exemplaribus, et *maxime in Graecis codicibus*, non modo *finem Euangelii* Marci, sed auctarium quoque versiculi 14. cui vero metuit, ne contradicant Pelagiani, repererit. v. *Storrius* l. c. Neque praeterea haec sectio vltima Marci, in verbis ac formulis Marci scripturae dissimilis est. Quod vero attinet clausulam illam, quam cod. L. exhibet, supra allatam, eam, vtpote alienam a Marci scribendi indole, aduenticiam esse, excogitatam a nonnemine, ad vtcunque explendam lacunam, quam sub exitum huius Euangelii, seculo iam quarto in pluribus exemplis fuisse vidimus, non opus est vt copiosius demonstremus. Ita vero sat euidenter apparere putamus, argumentis externis neutiquam demonstrari posse, Marcum non esse auctorem vltimae Euangelii sectionis habendum. Progredimur ad argumenta alia. 2) Marcus 14, 28. et 16, 7. mentionem fecit promissi a Christo discipulis dati, se resuscitatum cum ipsis in Galilaea congressurum esse. Si Marcus vltimae sectionis auctor habendus esset, ille narrare non omisisset, Iesum cum discipulis in Galilaeae monte conuenisse, vt diserte tradidit Matth. 28, 16. 17. b) Nil aliud exinde colligi potest, quam hoc, Marcum commentarios suos conscribentem, non adhibuisse Matthaei Euangelium. Interpolator, quo fidem narrationi suae conciliaret, vt omnino euitasset discrepantias inter Marcum et Euangelistas reliquos, in hac vltima historiae resurrectionis Christi parte, ita quoque memorasset haud dubie illam Christi cum discipulis in Galilaea congressionem. Variae autem rationes possunt afferri, cur eam Marcus praeterierit. Marci scribendi ratio, vt in Prolegg. notauimus, est omnino negligentior et incultior, quam Matthaei et Lucae, vid. tamen Luc. 4, 23. Omisit Marcus breuitatis studio ductus, vt in reliquis Euangelii sui partibus, ita etiam in vltima illius parte, ad finem properans, momenta plura,

quae ei optime nota eſſe poterant, v. c. Petrum ſepulcrum vidiſſe vacuum, Ioh. 20, 2. Luc. 24, 12. Ieſum Petro apparuiſſe, et quidem prius quam apoſtolis reliquis, Luc. 24, 34. omittere ergo etiam facile potuit hanc περίστασιν. Marcus ſciebat quidem, Chriſtum in Galilaeae monte cum diſcipulis conueniſſe, iisque ibi varii generis praecepta, conſilia et promiſſa dediſſe; ſed cum in archetypo inde a v. 14. vario tempore a Chriſto poſt reditum in vitam diſcipulis dicta, notata reperiret, ignoraret tamen, quonam loco ac tempore ſingula dicta eſſent, et num inter ea legerentur quoque, quae Chriſtus in monte Galilaeae dixiſſet: ſatius eſſe ducebat, reddere tantum ſermones illos varios, ſine vlteriore loci ac temporis notatione in archetypo literis conſignatos, et ita reddere, prouti eos in archetypo relatos reperiebat, ac praeterea nonnulla alia reditus Chriſti in vitam documenta, in Euangelio primario illo narratione delibata, cum lectoribus ſuis communicare. 3) *Michaelis Erklg. d. Auferſtgeſch. Chriſti* p. 183 ſs. et *Zuſätze der vierten Ausg. d. Einl. in das N. T.* p. 225 ſq. coniecit, Marcum verbis v. 8. ἐφοβοῦντο γάρ, adiicere nonnulla voluiſſe, de Maria Magdalena, Petro etc. ſed ea adiicere non potuiſſe, quod Romae Euangelium ſcribenti non amplius licuiſſet, Petrum captiuum adire, et ex ore eius percipere reliquam hiſtoriae reſurrectionis Chriſti partem. Haec coniectura nititur coniectura alia, firmis tamen ac certis argumentationibus et teſtimoniis prorſus deſtituta, Marcum commentarios ſuos conſcribentem omnia ex ore atque ſermonibus Petri hauſiſſe. v. Prolegg. Et quis credat, Marcum, ſi res ita ſeſe habuiſſet, vt *Michaelis* coniecit, non alio modo finire potuiſſe et finiturum fuiſſe commentarios ſuos, quam verbis ἐφοβοῦντο γάρ; Bene *Storrius* l. c. p. 53. quis ſibi perſuadeat, Marcum, etiamſi Romae ſcripſiſſet, Petrique vel mors vel captiuitas, mirabili prorſus infortunio ipſi verborum laudatorum exarationi ſuperueniſſet, *ante illud temporis punctum* ex Petro, de reſurrectione domini ita

nihil audiuiffe, vt quia meram *Petri* narrationem exhibere voluerit, nunc vero apoftolum confulere non amplius potuerit, et e fuperioris temporis inftitutione nihil, quod huc pertineret, habuerit, continuo fermonem abrumpere, et Euangelii abfurdiffimum finem facere cogeretur? 4) *Griesbachius* in Commentatt. theoll. a *Velthufeno*, *Rupertio* et me ipfo editis Vol. 1. p. 417. autumat, genuinam Euangelii claufulam, in qua procul dubio itineris in Galilaeam mentio facta effet, cafu periiffe, et feculo primo finiente, aut fecundo ineunte, ab ignoto homine vtcunque fuppletam effe. Sed vid. quae fupra fub lit. b. de interpolatione h. l. parum probabili annotauimus. Itaque ex hactenus disputatis, nifi nos omnia fallunt, confequitur hoc: poffe quidem nonnulla argumenta proferri, quae fufpectam quodammodo hanc Euangelii claufulam reddant, neque tamen illa effe fatis firma ac certa, potius longe plura poffe contra moneri, e quibus pateat, etiam vltimam Euangelii partem Marcum auctorem habere. ἀναϛὰς δὲ, πρωῒ πρώτῃ σαββάτου ἐφάνη κ. τ. λ.] *cum autem in vitam rediiffet, mane primo hebdomadis die apparuit Mariae Magdalenae.* Interpungendum eft poft ἀναϛὰς δὲ cum Nyffeno, Hieronymo, Theophylacto, Grotio, aliis, praefertim cum non legatur λίαν πρωῒ vt fupra v. 2. πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, vid. ad. Matth. 28, 1. 5. 27, 56. ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια] *e qua feptem genios malos expulerat* (v. Luc. 8, 2.) h. e. quam melancholia, vel epilepfia, vel alio morbo grauiter laborantem fanauerat. vid. Matth. 9, 32. 12, 22. Luc. 11, 26. Matth. 17, 15. coll. Marc. 9, 17. Luc. 9, 39. ἑπτὰ, *feptem*, numerus certus pro incerto, v. ad Matth. 12, 45. vel, cuius animo fixa inhaeferat opinio, feptem genios malos corpus ipfius occupaffe. vid. 5, 9. Matthaei 8, 28.

10. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, *qui cum Iefu fuerant*, ipfius familiaribus, apoftolis atque difcipulis. v. 1, 36. 3, 14.

12. *δυσὶν ἐξ αὐτῶν*] *duobus illorum*, fcl. *τῶν μετ' αὐτοῦ γενομένων*, coll. v. 10. Luc. 24, 13. vbi haec Chrifti apparitio copiofius exponitur. *ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ*, *alia forma indutus*, haec verba plures interpretantur: mutato habitu, non iis veftimentis indutus, quibus antea vfus fuerat; v. 15, 24. Ioh. 20, 15. cum *μεταμορφοῦσθαι* etiam ad habitum atque veftitum referatur, vt fupra 9, 23. Alii exponunt: mutato vultu, lineamentis aliis, vt Theophylactus ad Luc. 24. *Michaelis Auferftgefch.* p. 217. alii. Rectius, opinor, *Paulus* ad h. l. haec verba intellexit de veftitu alio et de oris quadam mutatione, inde orta, quod Iefus tot cruciatus, et ipfam mortem fubierat. *πορευομένοις εἰς ἀγρὸν*, *proficifcentibus in pagum*, Emauntem nomine, Luc. 24, 23.

13. *ἀπελθόντες*, reuerfi. *τοῖς λοιποῖς*, *caeteris* h. e. apoftolis et difcipulis aliis, qui cum iis congregati erant. vid. Luc. 24, 33. *οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν*] *ne his quidem fidem habuerunt.* Videntur haec verba repugnare iis, quae Luc. 24, 34. leguntur. Ibi apoftoli et cum iis congregati, his duobus difcipulis Emaunticis (quibus tamen h. l. fidem denegaffe dicuntur), annuntiant: Iefum in vitam rediiffe et apparuiffe Simoni. Hinc nonnulli temere opinati funt, non effe hoc Marci loco fermonem de difcipulis illis Emaunticis, de quibus Lucas agit. Alii aeque male putarunt a Luca 24, 34. loquentes induci, non apoftolos, fed illos ipfos difcipulos Emaunticos. Aliorum rationes aeque contortas collegerunt *Moldenhauerus* in *Erläuterung fchwerer Stellen* p. 165. *Thiefsius krit. Kommentar.* B. 2. p. 246. vid. et not. ad Luc. l. c. Scilicet Luc. l. c. eft quidem fermo de apoftolis et difcipulis, attamen *λέγοντες* ibi non funt omnes difcipuli et apoftoli congregati, fed tantum nonnulli eorum, Et huius generis loci, in quibus, quod de omnibus dictum videtur, de nonnullis tantum intelligendum fit, permulti in libris N. T. occurrunt. vid. not. ad Matth.

17, 1. p. 486. c. Nulla ergo inter Marcum et Lucam deprehenditur discrepantia. Nonnulli e congregatis, auctore Luca, credebant Iesum in vitam rediisse, reliqui omnes narrationibus de Iesu in vitam reuerso fidem denegabant; hinc etiam cum iis Iesus appareret, credebant se videre φάντασμα, vid. Luc. 24, 37. qui et v. 41. addit: ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν. Caeterum verba οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν non sine emphasi posita sunt, coll. v. 11. ostendere voluit Marcus, neutiquam nimis credulos fuisse discipulos.

14. Breuis et succincta narratio, quam v. 14 sqq. continent, complectitur spatium XL dierum; vti ex narrationibus reliquorum Euangelistarum patet. Quae v. 14. leguntur, ea euenerunt primo hebdomadis die, quo Iesus in vitam redierat, vt Luc. 24, 38 ss. Ioh. 20, 19 ss. neque tamen primo statim resurrectionis die Iesus in coelum abiit, vt ex hoc nostro loco colligi posset, sed XL diebus demum post, hoc factum est. Lucas etiam 24, 50. refert, Iesum discipulos Bethaniam versus duxisse, (quod Marcus plane omisit) et ibi in coelum rediisse, Itaque plures interpretes statuunt, verbis v. 14. respici illam apparitionem, quae memoratur Luc. 24, 36 sqq. ea vero, quae h. l. inde a v. 15. enarrantur, a Iesu dicta esse, vel in monte illo in Galilaea, vbi ostenderat Iesus se discipulos esse conuenturum, vid. Matth. 28, 16. vel paulo ante adscensum ipsius in coelum, atque adeo particulam καὶ v. 15. vertunt *porro*, *postea* i. e. alio tempore, cum particula καὶ, vt Hebr. ו, haud raro sermonem inchoare soleat, et vt τότε, non semper ea quae sequuntur, iis quae praecesserunt, copulet. vid. ad Marc. 3, 20. Rectius vero alii, vt *Hezelius* ad h. l. *Storrius* Diss. in libror. N. T. historicor. aliquot loca P. 2. p. 30. omnia, quae inde a v. 14 — 19. commemorantur, primo resurrectionis die facta et dicta esse censent; cum nulla adsit idonea caussa, quae v. 15. ss. leguntur, ab iis quae v.

14. praecefferunt, longius diuellendi, et in alium plane diem reiiciendi; cum inter hunc et Lucae locum 24, 36 fs. magna fimilitudo, etfi non quoad fingula verba, tamen quoad rem expofitam intercedat; verba autem v. 19. μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς vertunt: *poftquam Iefus poft fuam refurrectionem omnia difcipulis dicenda dixerat*; et monent haec verba non effe capienda de iis tantum fermonibus Chrifti, quos Marcus verfibus praecedentibus expofuit, fed de omnibus colloquiis, quae Chriftus in vitam reuerfus, cum difcipulis inftituit. Minime autem arridet *Auguftini, Gerhardi*, aliorumque opinio, ἀνακειμένοις αὐτοῖς, intelligendum effe de confeffu difcipulorum in monte oliuarum, vnde Iefus in coelum rediit, Act. 1, 13. Non enim commemoratur h. l. ὄρος, nec, vt *Rufius* monuit, credibile eft, aut probari poterit, difcipulos per integros quadraginta dies illos, quibus cum iis conuerfatus eft Iefus, (v. Act. 1, 3. 10, 40. 41.) manfiffe incredulos; verbum praeterea ἀνακεῖσθαι adhiberi folet de accumbentibus ad menfam, vid. ad Matth. 9, 10. omitto plura, quae huic opinioni aduerfantur. ὕστερον] reddi poteft *poftea, deinde*, vt Matth. 4, 2. 21, 32. Ioh. 13, 36. nempe poftquam feminis illis et difcipulis (Luc. 24, 13.) apparuerat Iefus; aeque vero recte cum aliis exprimi poteft, *denique, poftremo*. Senfus idem manet. Remittit Marcus lectores per hoc ὕστερον ad τὸ πρῶτον v. 9. et ad τὸ, μετὰ ταῦτα v. 12. atque adeo fermo eft de vltima apparitione Chrifti, quae die refurrectionis apoftolis contigit, quae omnino intelligi debet, fiue ὕστερον vertas *poftea*, fiue *denique*. ἀνακειμένοις, *recumbentibus, ad menfam accumbentibus*, poftquam iam coenarant, id vero exinde colligi poteft, quod Iefus, vt Lucas refert 24, 41. eos interrogauit: habetisne hic efculenti aliquid? τοῖς ἕνδεκα] Luc. 24, 33. etiam alios Chrifti difcipulos (vt videtur e numero feptuaginta difcipulorum) praeter apoftolos adfuiffe tradit. Neque tunc temporis aderat Thomas, v. Ioh. 20, 24. et tamen legitur h. l. οἱ ἕνδεκα,

fcilicet quoniam collegium apoftolorum, poft Iudae proditoris obitum, vndecim adhuc membris conftabat, fed Ioh. l. c. Thomas dicitur εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, quoniam collegium apoftolorum ante Iudae obitum duodecim membris confliterat. Solet enim numerus membrorum collegii vfitatus retineri, etfi non numerus plenus fit, vid. *Glaffius* Phil. S. pag. 381. ὠνείδισε τὴν ἀπιςίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν] *caftigauit eorum incredulitatem, animique pertinaciam.* Quanam in parte pofita fuerit ipforum ἀπιςία et σκληροκαρδία, docetur verbis: ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίςευσαν, quod neglexerant idonea et certa teftimonia eorum, qui Iefum poft refurrectionem oculis fuis viderant, cf. v. 10 — 13. Luc. 24, 38. 44. ὀνειδίζειν, *exprobrare, vituperare,* vt Sir. 20, 14 f. δόσις ἄφρονος οὐ λυσιτελήσει σοι — ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει, *non magnopere te iuuabit hominis ftulti beneficium, — parce dabit et beneficia exprobrabit.*

15. κόσμος h. l. indicat *terrarum orbem,* coll. Matth. 28, 18. 19. vbi legitur πάντα τὰ ἔθνη· add. Act. 1, 8. vbi extat vocabulum γῆ et opponitur πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ. πάσῃ τῇ κτίσει] *omnis generis hominibus,* fiue fint Iudaei, fiue gentiles, nam Act. 1, 8. legitur: ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε — Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Sic κτίσις legitur Col. 1, 15. 23. Alii hanc vocem h. l. de gentilibus interpretantur, et vrgent verba πάντα τὰ ἔθνη Matth. 28, 18. monent, a Iudaeis non tantum *homines omnes,* fed praecipue *gentiles* nominatos effe בריות, *creaturas.* v. *Lightfootus* Hor. Hebrr. et Talmudd. atque *Wetftenius* ad h. l.

16. *Quicunque credit, et per baptifmum in coetum chriftianorum recipitur, is felix erit, quicunque vero non credit, is infelix erit.* ὁ πιςεύσας fcl. τῷ εὐαγγελίῳ, quod

ipſum vocabulum praeceſſit v. 15. qui doctrinam meam ipſi annuntiatam ſuſcipit, aſſenſu ſuo probat, et vita factisque exprimit, quo ſenſu verbum πιϛεύειν ſaepius in N. T. libris recurrit, is σωθήσεται, felix erit, peruenit ad cognitionem veritatis, ad veram virtutem et felicitatem ſummam, perpetuo duraturam. Itaque hoc ipſum verbum σωθήσεται explicandum eſt de omnibus commodis et ornamentis, quae religio chriſtiana ſuis cultoribus praebet. Ergo etiam oppoſitum verbum κατακριθήσεται, latiſſimo ſenſu accipiendum eſt; caret beneficiis et ornamentis, quae chriſtianis contingunt; et quidem ἀπιϛήσας, dum non ſuſcipit nec ſequitur doctrinam Chriſti, ipſi annuntiatam, eamque pertinaciter et praefracte repudiat. De eiusmodi ἀπιϛίᾳ in hac orationis cohaerentia ſermo eſt, coll. v. 11. 14. Ioh. 15, 22 ſqq.

17. Per τοὺς πιϛεύοντας non omnes Chriſti ſectatores intelligendi ſunt, nam non omnes chriſtiani eiusmodi miracula patrabant, qualia hoc loco deſcribuntur, ſed agit Chriſtus h. l. vt locis parallelis Luc. 24, 48. Ioh. 20, 19. cum legatis ſuis, atque adeo ſignificantur inprimis Apoſtoli, et praeter eos alii tunc temporis praeſentes, qui haud dubie e numero ſeptuaginta diſcipulorum erant, v. Luc. 24, 33. coll. Luc. 10, 1. 9. 17. etiam infra v. 20. diſerte commemorantur ἐκεῖνοι, illi Chriſti diſcipuli, quibus ea dixit, quae h. l. leguntur, et ad hos σημεῖα referuntur. Monuit praeterea *Storrius* l. c. p. 30. articulum (τοῖς) ſaepe *certos, quosdam*, non omnes vniuerſos ſignificare. v. Luc. 18, 15. coll. Marc. 10, 13. Matth. 21, 34. ſ. coll. 36. add. 27, 62. 28, 12. Inſigniuit autem, vt opinor, Chriſtus diſcipulos ſuos, futuros religionis ſuae doctores, tunc temporis praeſentes, voce τοῖς πιϛεύσασι, quoniam paulo ante eorum incredulitatem vituperarat, σημεῖα ταῦτα παρακολουθήσει] *credentes miracula haec*, quae nimirum paulo poſt nominatim afferuntur, *ſequentur*, praedicationem doctrinae meae ſe-

quentur, legati mei haec patrabunt miracula, de qua verbi παρακολουθήσει poteſtate vid. *Kypkius* ad h. l. verbo autem ſingulari παρακολουθήσει, Atticorum more, neutrum plurale iunctum eſt. vid. ad 3, 11. Alii durius verba σημεῖα τοῖς πισ. παρακολουθήσει explicant: miracula inter credentes patrabuntur, et ἐκβαλοῦσι, λαλήσουσι imperſonaliter dicta accipiunt, pro ἐκβαλεῖτε etc. vt haec poſteriora verba referantur ad Apoſtolos, v. *Heumanus*, et qui contra eum disputauit, *Kypkius* ad h. l. ἐν τῷ ὀνόματί μου] *mei cauſſa*, vt Ioh. 16, 23. propagandae religionis meae cauſſa, ſiue vt alii vertunt: *auctoritate mea*, Ioh. 10, 25. Matth. 7, 22. tanquam mei legati. δαιμόνια ἐκβαλοῦσι] *genios malos eiicient*, v. Matth. 7, 22. 10, 8. morbos atrociſſimos ſanabunt, vid. ad v. 9. Luc. 10, 17. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς] *linguis peregrinis loquentur.* Vim et poteſtatem formularum γλώσσῃ, γλώσσαις ἑτέραις, καιναῖς, λαλεῖν, quae h. l. Act. c. 2. 10, 46. et in ep. ad Corinthios prima occurrunt, noſtra inprimis aetate vario modo conſtituerunt interpretes, neque tamen hac in re certi quicquam conſtitui poterit, cum ipſi ſcriptores ſacri non accuratius nobis rem expoſuerint. Qui varias interpretum coniecturas accuratius cognoſcere cupit, adeat *Storrii* Diſſ. notitiae hiſtoricae epiſtolar. Pauli ad Corinth. interpretationi ſeruientes, Tubing. 1788. pag. 43. ſs. in Opuſcc. Vol. 2. pag. 290. Eiusd. Diſſ. exeget. in libror. N. T. hiſtoricor. aliquot loca, Tubing. 1791. p. 71 ſs. *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* Th. 1. pag. 91 ſs. Th. 2. pag. 757 ſs. Th. 3. p. 225 ſs. *Herderi* libell. *von der Gabe der Sprachen am erſten chriſtl. Pfingſtfeſt. Pauli Repertorium d. bibl. und morgenl. Literat.* Th. 1. pag. 266 ſs. Th. 2. p. 273 ſs. Th. 3. p. 281. *Beyträge zur Beförderung d. vernünftig. Denkens in der Religion*, Heft 16. pag. 62 ſs. Heft 17. p. 68 ſs. *Meyeri* Diſſ. de chariſmate τῶν γλωσσῶν, Hann. 1797. *Pauli Memorabilien* St. 7. p. 29 ſs. et interpp. ad Act. l. l. Plerique interpretes

h. l. refpici putant ea, quae fefto Pentecoftes Hierofolymis euenerunt, et relata leguntur Act. c. 2. Sed in explicanda formula γλώσσαις καιναῖς λαλεῖν variant. Alii nimirum ei hunc fubftituunt fenfum: concedetur iis diuinitus facultas linguis peregrinis, quas non antea didicerunt, animi cogitata et fenfa exprimendi. Contra alii h. l. et Act. l. c. cogitant de linguis peregrinis, quarum cognitionem Apoftoli et alii Chriftiani (Act. 1, 15. coll. 2, 1.) fibi comparaffent vfu cum Iudaeis exteris, Hierofolymis et in aliis Palaeftinae locis verfantibus; qua facultate vnam alteramue linguam peregrinam (Latinam, Graecam, Arabicam etc.) loquendi, die Pentecoftes, furore diuino abrepti, primum vti aufi fuiffent ita, vt laudes Dei celebrarent, et de rebus diuinis promte disfererent. v. *Noeffelti* Exercitatt. ad facrar. fcripturar. interpretationem p. 58 ff. Probabilior eft aliorum fententia, qui verba noftra non referenda putant ad ea quae Act. 2. leguntur (praefertim cum h. l. adhibitum reperiatur vocabulum καιναῖς), fed cum h. l. comparant illam promiffionem Chrifti, quae extat Matth. 10, 19. 20. Luc. 21, 12 ff. μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε κ. τ. λ. atque adeo γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς interpretantur: nouis dicendi rationibus vtentur; eloquentia infolita, nec iis antea propria, divino fpiritu acti, profitebuntur et praedicabunt meam doctrinam. Notant, *linguam* a Iudaeis etiam adhibitam effe ad fignificandam *eloquentiam*, *facundiam*, quam in rem laudant 1 Cor. 13, 1. vid. *Paulus* ad h. l. Omnino autem Iefus iis, quae v. 17. et 18. leguntur, fententiam exprimere voluit hanc: confirmabitur doctrina mea magnis varii generis miraculis, vos, mihi fidem habentes, res cummaxime arduas, religionis meae promouendae cauffa (ἐν τῷ ὀνόματί μου) fusceptas, perficietis (v. Matth. 17, 20. 21, 21.) et fumma ac praefentiffima vitae pericula feliciter euadetis; vos, meam doctrinam docentes, docendoque propagantes, mirifice opitulabor, auxilium meum nunquam vobis deerit, feliciffimo fuccef-

fu meam doctrinam propagabitis. Haec notio vniuerfalis exemplis fpecialioribus ad viuum adumbrata eft, neque adeo fingula nimis premenda funt, ita, vt demonftretur quando? et quomodo? fingula a Iefu h. l. praedicta euentum habuerint. — Ab hac noftra effati Iefu interpretatione receffit nuper *Meyerus* in *Ammonii* et *Bertholdti kritifch. Journal* der neueften theolog. Literatur B. 3. St. 1. p. 1 fqq. (Sulzbach 1815.) v. 17. et 18. pro additamento incerti auctoris habet, et vaticinium, quod hi verfus continent, formatum effe ftatuit, partim ex dictis Chrifti aliis fata futura Apoftolorum fpectantibus Matth. 10, 17. 17, 20. Ioh. 16, 13. 23. partim ex narrationibus de fatis Apoftolorum, eorumque factis infignibus, quae etiam Lucas in Actis literis confignauit, partim ex fabulis fatis mature ortis. Argumenta, quibus V. D. ad hanc coniecturam tuendam et confirmandam vtitur, haec funt: Nonnifi Marcus, qui tamen non ex Apoftolorum numero erat, hanc Chrifti praedictionem memorat (fed vid. not. infra ad v. 19. fub lit. a.); adeo fpecialis defcriptio periculorum ab Apoftolis fubeundorum et infignium factorum ab iis patrandorum nusquam in libris reliquorum Euangeliftarum recurrit (fed vid. Matth. 10, 8. 17 fqq.); omnia fere, quae Iefus h. l. difcipulis praedixiffe legitur, exemplis ex Actis Apoftolorum petitis illuftrari poffunt: *δαιμόνια ἐκβαλοῦσι* vid. Act. 19, 12. *γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς* vid. Act. 2, 4. *ὄφεις ἀροῦσι* v. Act. 28, 3. *κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει*, conferri quidem nequit cum loco ex Actis defumto, fed in Hiftoria Apoftolica (Abdiae adfcripta) v. *Fabricii* cod. apocryphus N. T. (Hamb. 1703.) T. 2. p. 575 ff. narratur fabula, Iohannem Ephefi, iuffu Ariftodemi pontificis, venenum bibiffe, et nullum inde detrimentum cepiffe; *ἐπὶ ἀῤῥώςους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν* v. Act. 3, 7. 9, 34. 19, 11. (qui tamen loci non plane fimiles funt).

18. ὄφεις ἀροῦσι] diuerſa ratione explicant. *Lutherus*, *Heumanus: ſerpentes eiicient*, *abolebunt*, *Schlangen verbannen*, αἴρειν Ioh. 2, 16. ita et Theophylactus hoc verbum intellexit, explicuit enim per ἀφανίζειν, addidit tamen: δύναται δὲ καὶ οὕτω νοηθῆναι, ὄφεις ἀροῦσιν, ὥςπερ ὁ Παῦλος τὴν ἔχιδναν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἦρε, μηδὲν ὑπ' αὐτῆς βλαβείς. *Keuchenius* in Annott. ad h. l. *ſerpentes interiment*. *Deylingius* Obſſ. P. 3. p. 261. *ſublatos portabunt*, vt αἴρειν legitur Marc. 13, 15. 16. Luc. 5, 24. *Paulus* in *Kommentar* ad h. l. opinatur, nonnullos chriſtianos, primis eccleſiae temporibus, calluiſſe artem, in Oriente haud incognitam, quam vulgus maxime admiraretur, adimendi ſerpentibus vim nocendi, eosque impune inter incantationes tractandi, v. *Wetſtenius* ad h. l. *Heynius* ad Virgil. Ecl. 8, 71. et id ipſum h. l. reſpici. Sed locus, quem hanc in rem laudauit, eſt plane ἀπροςδυόνισος, nempe *Hieroſ. Abada Zara* f. 27, 2. *Accidit R. Eleazaro f. Dama*, *f. ſororis R. Iſmaelis*, quem momorderat ſerpens. *Venit Iacobus*, *vir Cephar Sama*, in nomine Ieſu fil. Pandira, vt illum ſanaret, *dixitque: placetne tibi*, *in nomine Ieſu f. Pand. Sed non permiſit R. Iſmael* etc. nec ſingulare h. l. factum reſpicitur, vt adeo nec opus ſit prouocare cum aliis ad Pauli exemplum Act. 28, 3 ſqq. viperam de manu excutientis ſine damno hinc metuendo. Sed ſermo eſt h. l. omnino de vitae periculis, id quod ſatis perſpicue docent addita verba: κᾂν θανάσιμόν τι πίωσιν οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει, quae non illuſtrari poſſunt exemplo e libris N. T. deſumto. Senſus eſt: res maxime arduas, cum periculo coniunctas, felici ſucceſſu ſuscipietis; κᾂν θανάσιμον κ. τ. λ. omninoque ſumma et praeſentiſſima vitae pericula, in quae veniſtis, feliciter euadetis. Sermo eſt de eo, quod diſcipuli propter religionis chriſtianae propagationem perpeſſuri, et quod eiusdem promouendae cauſſa facturi eſſent, ſiue, de vitae periculis, quae ſponte, et inuiti, ſubituri, feliciter tamen ſuperaturi eſſent. Itaque non opus eſt, vt a prima ac propria

verbi αἴρειν significatione recedamus, sed formula ὄφεις ἀροῦσι commode exprimi potest: *serpentes manibus tollent*, ex sequentibus autem subintelligi debent verba: καὶ οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψουσι. θανάσιμον] scl. φάρμακον· quod vocabulum saepius quoque diserte additur, vt ap. Eurip. in Ione 616. ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων γυναῖκες εὗρον, *quot neces iam venenorum lethalium mulieres inuenerunt?* vid. *Kypkius*, *Palairetus* et *Münthius* ad h. l. Phauorinus: θανάσιμον φάρμακον· θάνατον ἐμποιοῦν.

19. 20. Si statuitur, Iesum, quae praecesserunt v. 15 — 18. dixisse discipulis, paulo ante suum ascensum in coelum Act. 1, 3 sqq. verba: μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς reddi debent: *postquam haec cum iis locutus erat*, postquam haec iis promissa et praecepta dederat. Neque tamen additum legitur ταῦτα. Si contra ponitur, Iesum ea, quae v. 15 — 19. leguntur, in monte in Galilaea, (v. Matth. 28. extr.) siue vt alii, rectius, volunt, primo resurrectionis die, Hierosolymis, v. Luc. 24, 46 ss. Ioh. 20, 21. congregatis discipulis dixisse: verba μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς referri debent ad omnia colloquia, quae Christus in vitam reuersus cum discipulis habuit. vid. not. ad v. 14. ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν] *in coelum sublatus est*, rediit in coelum, ad patrem. Hanc formulam, vt notauit *Wolfius* in Curis ad h. l. Marc. Antonin. 4, 14. de *reditu* et *resumtione* animae a Deo factae post mortem, adhibuit, ad quem locum v. *Gatackerus*. Si cum hoc loco nostro componimus Act. 1, 11. 12. et in verbis ipsis subsistimus, nonnisi de solenni receptione Christi in coelum ea explicari possunt. Hoc tamen profitendum est, ex Marci et Petri 1 ep. 3, 22. verbis, πορευθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν, et Lucae 24, 51. verbis ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν in se spectatis, non posse clare satis et euidenter illam solennem receptionem in coelum cognosci, quae Act. l. c. memoratur. Praeterea alii, vt supra notauimus ad v. 9. authentiam vltimorum huius capitis nostri com-

matum, inde a v. 9. in dubium vocant. His ita ſtatuentibus, vnice reſtat locus Act. 1, 11. 12. vbi viſibilis Chriſti in coelum reditus deſcribitur. Hanc vero *viſibilem aſcenſionem* non vere eueniſſe, ſed *mythis annumerandam eſſe*, plures arbitrantur. Argumenta, quibus vtuntur, praecipua haec ſunt. Nonniſi Lucas aſcenſum in coelum memorat, qui tamen inter teſtes oculares non poteſt referri; neque Matthaeus, neque Iohannes, qui tamen Ieſu comites perpetui fuerunt, huius rei mentionem faciunt. Aſcenſus Chriſti viſibilis naturae legibus non eſt conformis (v. *Stolzius Erläut.* Heft. 3. pag. 14. *Thiesſius* Th. 2. p. 492 ſq.). De mytho cogitandum eſſe, ipſa angelorum apparitio Act. 1, 10. memorata docet. His argumentis freti monent, probe diſtingui debere ea, quae reuera euenerint, ab iis, quae eueniſſe, cum credita, tum tradita fuerint. Nempe rem in facto poſitam, cuius exornatio Act. 1. legatur, fuiſſe hanc: Ieſus, poſtquam diſcipulis valedixerat, inter fulgura et tonitrua (Act. 1, 9.) montem adſcendit, nec inde ad diſcipulos rediit. Mythus autem is ortus eſſe videtur, partim ex dictis Chriſti minus recte intellectis, Ioh. 3, 13. 6, 62. 14, 2. 3. 17, 24. etc. quae allegorice interpretanda ſint, partim ex opinionibus Iudaicis de aſcenſu Chriſti. v. *Schoettgenii* Hor. Hebr. T. 2. p. 596. Notant praeterea ad ſententiam ſuam comprobandam ſuſcepiſſe inde ab antiquiſſimis temporibus hominum conſuetudinem communem, vt illuſtres et beneficiis excellentes viros in coelum poſt mortem tollerent. Laudant hanc in rem Flor. 1, 1. *his ita ordinatis, repente, cum concionem haberet, ante vrbem apud Capreae paludem*, e conſpectu (Romulus) ablatus eſt. *Diſcerptum aliqui a ſenatu putant, ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas ſolisque defectio*, conſecrationis ſpeciem *praebuere: cui mox Iulius Proculus fidem fecit, viſum a ſe Romulum affirmans*, auguſtiore forma, *quam fuiſſet, mandare praeterea, vt ſe pro numine acciperent: Quirinum in coelo vocari placitum diis.* Suetonius V. Aug. c. 100. de

Augusto: *Senatorum humeris delatus in campum crematusque. Nec defuit vir praetorius, qui se effigiem* (εἴδωλον) *cremati* euntem in coelum *vidisse iurasset.* Alii huius generis loci notati reperiuntur ap. *Wetstenium* ad h. l. add. *Hasse* Progr. historiae de Christo in vitam et coelum redeunte euangelicae, ex narratione Liuii de Romuli vulgo credita diuinitate illustratio, Regiomonti 1805. — *Ammonius* in Diss. *ascensus I. C. in coelum historia biblica*, inserta eiusd. Opuscc. Nouu. (cf. *Gableri Neuestes theol. Journal* B. 10. p. 407 sqq.) obseruat: „Iesum *instantis* ad patrem *reditus*, nunquam autem vere et proprie *adspectabilis* in coelum *ascensus* mentionem fecisse (p. 47 sq.). Duas vero iam inde a iactis christianae religionis fundamentis, in ecclesia de adscensu I. C. in coelum obtinuisse sententias: *vnam* quae in fide simplici abitus Christi ad gloriam coelestem subsisteret; *alteram* quae fidem istam ornaret coloribus, variisque traditionibus oculos et imaginationem in fidei illius societatem adscisceret. *Primae* sententiae fontem et fundamentum fuisse locum insignem Ps. 110. initio: *sede ad dextram meam* etc. (p. 54.). In hanc etiam fidem, Matthaeum, Iohannem, Petrum et Paulum fuisse procliues, Iesum nimirum, post apparitionem in Galilaea factam, (1 Cor. 15, 6.) ad dextram Dei, et super omnes angelorum principatus (Phil. 2, 9.) modo tamen illis incognito, auctum esse (p. 55.). *Alteram* sententiam, quae in primam christianorum ecclesiam, et in ipsos N. T. libros commigrauerit, *adspectabilem* I. C. in coelum *ascensum*, simplici ἀφίξει καὶ ἀπελεύσει πρὸς τὸν πατέρα, non solum anteposuisse, sed in sacros etiam commentarios recepisse. Obtemperasse hac in re Marcum et Lucam, christianorum ex Iudaeis ingenio, quorum doctores Midraschici, Messiae venturi receptionem coelestem prope Bethaniam in monte oliuarum euenturam esse, dudum vaticiniis N. T. portendi sibi persuasum haberent. v. *Schoettgen.* l. c. (p. 56 sq.). Libros igitur N. T. dis-

cessum I. C. a suis tam diuersa ratione relatum, et memoriae traditum continere, vt quod in quauis religione publica flagitatur, tum sapientium, tum vulgi necessitatibus omni ex parte prospiciatur" p. 60 sq.

Alii contra *vere visibili modo* Christum in coelum adscendisse, inter fulgura ac tonitrua, nube cinctum, oculis discipulorum ereptum, atque in coelum sublatum esse, contendunt. Hanc sententiam nuper modo copiosius et ita, vt respicerent aduersariorum sententias supra notatas, defenderunt: *Seilerus* Diss. duabus, quarum prior inscripta est: *Iesum corpore pariter atque anima in coelum assumtum esse, an argumentis possit probari fide dignis?* Erlang. 1798. 4. posterior: *de corpore Christi glorificato*, Erlang. 1803. 4. (cf. etiam *Gableri Neuestes theol. Journal* B. 3, p. 415 sqq.). *Weichert* de fide historica narrationis libror. sacror. de Christo in coelos sublato, huiusque euentus necessitate Viteb. 1811. *Baur über den praktisch - idealen Gesichtspunct, aus welchem die Himmelfarth Jesu angesehen und behandelt werden solle* in *Süskind* Magazin für christl. Dogm. und Moral St. 16. p. 173 sqq. *Flügge die Himmelfarth Jesu*. Hannou. 1808. *Himly* de Iesu in coelum adscensu. Argentorati 1811. 8. Vsi autem sunt argumentis fere his: a) Etiamsi concesserimus aduersariis, Lucam vnicum esse huius rei testem; tamen hac ratione comprobatum nondum esset, ipsius testimonio fidem non esse habendam. Quotusquisque enim est auctorum classicorum, in Latio et Graecia olim viuentium, qui omnibus rebus gestis, in libris suis commemoratis, ipse interfuerit? Si testibus non credas, qui, quod referunt, a testibus acceperunt ocularibus, coincidit fere omnis fides antiquae historiae. Sed praeter Lucam et Marcum (vid. not. supra ad v. 9.) de quorum fide historica dubitari nequit (cf. Prolegg. in Marcum §. 2. extr. Prolegg. in Luc. §. 3. extr. et not. ad 1, 1.) testes huius historiae sunt etiam ipsi Apostoli. Nempe Petrus 1 ep. 3, 21. Act. 2, 33. 34.

Iohannes Apoc. 1, 18. 2, 8. add. Eu. 3, 11 ff. 6, 62. Paulus Eph. 4, 10. 1 Tim. 3, 16. (auctor ep. ad Hebr. 6, 19 fq. 9, 24.), qui omnes cum Marco et Luca confentiunt. Matthaeum in commentariis fuis multa filentio praeteriiffe, a Luca et Marco relata, multa item Iohannem omififfe, a reliquis Euangeliftis enarrata (quo pertinet metamorphofis Chrifti, facrae coenae inftitutio etc.) ex ipfo librorum illorum adfpectu comparet. *Seilerus.* Quod autem Apoftoli non faepius et copiofius de Chrifti in coelum reditu locuti fint, et Matthaeus atque Iohannes eum enarrare omiferint, huius rei varias cauffas attulerunt interpretes. α) Apoftoli faepius paucis tantum verbis narrationes fuas conceperunt, refpicientes homines illius temporis, quibus proxime et inprimis fcripta fua dicauerant. Quoniam enim arcte coniuncti erant cum affeclis cultoribusque fuis, res erat iis facillimi negotii, facta et dicta Iefu, fufius quam in fcriptis, coram illis exponere; qua de cauffa et ea tantum literis mandarunt, quae maximi momenti et fumma rei effe fibi videbantur, alia negligentes, quae quisque libros eorum perlegens cogitatione facile addere valeret. v. *Sterzing* in *Augufti theol. Blätt. Erft. Jahrg.* p. 187. *Himly* l. c. p. 69. β) Apoftoli id potiffimum agebant, vt difcipulis refurrectionis Chrifti veritatem perfuaderent, probe intelligentes, homines, quibus de refurrectione Chrifti conftaret, nec reditus ipfius ad fuperos veritatem in dubium vocaturos, aut alia ad huius reditus veritatem comprobandam poftulaturos effe argumenta, quam ea, quae ex inuifibili Chrifti efficientia, diuinoque adiumento procederent, quod Apoftolis et fectatoribus fuis ille ferebat. v. *Himly* l. l. γ) Euangelica Iefu hiftoria tantum ad refurrectionem vsque fe extendit, afcenfus autem inter memorabilia vitae Chrifti in terris peracta non cenfendus erat v. *Bengelius* in Gnomon. T. 1. p. 360. hinc et Lucas non in commentariis fuis, de vita, factis, morte et refurrectione Chrifti, fed in Actis Apoftolorum, vbi effectus vitae Chrifti terrenae,

eiusque in coelum reditus tradit, accuratius et vberius de Christi ascensu verba facit vid. *Flatti Magazin für christl. Dogmatik u. Moral* St. 8. p. 55 sqq. cf. et *Süskindii Magazin für christl. Dogm. u. Moral* St. 17. p. 165 sqq. b) Mortis natura posita est in separatione spiritus a corpore. Si verum est, quod aduersarii contendunt, necesse etiam est, vt statuant, Christum bis mortuum, seu animam ipsius bis a corpore separatam, corpus bina vice inanimatum fuisse, prima in cruce, secunda in abitu ex hac terra. Paulus autem docet, vna vice Christum esse mortuum, posthaec semper viuere, Act. 13, 34. Rom. 6, 10. Ebr. 9, 27. *Seilerus.* (*Gablerus* tamen l. c. obseruat, hoc argumentum non tangere eos, qui statuant Iesum in crucem actum non vere mortuum, sed vehementi syncope fuisse oppressum; praeterea illis in locis ep. ad Rom. et ad Ebr. sermonem esse de prima Christi morte, quae cum sacrificio piaculari ibi comparetur; alteram Christi mortem non fuisse sacrificium piaculare). c) Obiiciunt, naturae legibus esse contrarium, vt corpus, aëre grauius, in nubes se extollat. At numne, qui maris aestuantis fluctus nutu et verbo compescuit, qui mortuis vitam restituit, qui suum ipsius corpus necatum et sepultum virtute sua viuum reddidit, hic idem corpus in aërem extollere non potuit? Praeterea probe tenenda est Christi atque Pauli doctrina, de viuorum corporum coelestium natura. Iesus docuit, hominum post mortuorum resurrectionem in coelis viventium naturam angelorum fore similem. Matth. 22, 30. Atqui eiusmodi corpore Christus in coelos se extulit. Paulus enim 1 Cor. 15, 48. 49. corpus I. C. *coeleste*, *spirituale* appellat, illique opponit terrestre, ex carne ossibusque compositum, ideoque grauius aëre. Quamdiu Iesus post resurrectionem cum discipulis suis hac in terra versabatur, corpore indutus erat eodem, quo erat ante obitum suum, v. Ioh. 20, 25. 15, 27. Act. 10, 41. Adueniente autem eo temporis momento, quo hominum consortium ipsi relinquendum et in gloriae locum, sibi a

patre destinatum abeundum erat, corporis terrestres, et reliquae grauioris naturae particulae segregatae atque remotae sunt, relictis subtilioribus, ad corporis coelestis naturam constituendam aptis, v. 1 Cor. 15, 51. 53. *Seilerus. Baur.* Augustinus Retract. 1, 17. *Solet quosdam offendere, quod credamus assumtum corpus terrenum in coelum, sed spiritale corpus intelligimus, quod ita spiritui subditum est, vt coelesti habitationi conueniat. — Vbi et quomodo sit in coelo corpus dominicum, curiosissimum et supervacaneum est quaerere, tantummodo in coelo esse, credendum est.* d) „Apotheoses primo initio, non alius rei, quam gratiarum caussa, inuentae sunt, quas homines iis viris agebant, qui maximis beneficiis populares suos affecerant. Pertinent igitur hae fictiones ad aetatem remotissimae antiquitatis, ad traditiones, quae posteris demum temporibus vulgatae sunt, ad ea, quae *olim* homines crediderant, et pro vero habuerant, non vero ad historias coaeuis fideque dignis testimoniis confirmatas, non ad ea, quae ipsissimis oculis se vidisse contendunt testes oculati. Tali ratione persuaserunt sibi *Iosephus* et *Philo*, Mosen potius in coelum receptum, quam mortuum esse; et eodem modo ortae sunt forsitan traditiones de Enochi, Herculis aliorumque in coelum assumtione. Tempore Iesu Apotheoses apud Romanos vsitatae nil aliud erant, nisi fallax inuentio, ad adulationem imperatorum (v. Sueton. V. Aug. c. 100.), vel ad eorum occisionem celandam spectans v. Florus 1, 1. Liu. 1, 16. Ementita Romuli in coelum assumtio inepte sane cum vera illa Christi componitur. Num enim Romulus vnquam miraculum perpetrauit? num praedixit suam mortem et resurrectionem et in coelum ascensionem? et quales porro fuerunt illi, qui commentum de Romuli ablatione diuulgarunt? Senatores fuere, qui facillimo negotio corpus illius abscondere potuerunt. Proculus se Romulum in coelum euectum vidisse asseuerauit, vt dignitatem seruaret senatus, motumque populi sedaret. Num Apostoli eadem mente testati sunt

domini fui afcenfum? Probi fuerunt fimplicesque homines, humili conditione. Contenderunt non folum, magiftrum fuum in coelum effe ereptum, fed dotibus etiam Spiritus Sancti, diuinitus fibi impertitis, teftimonium fuum confirmarunt. Nec commodi fui ftudio ducti, nec vt ad honores dignitatesque eueherentur, quibus nunquam gauifi funt inter fuos coaeuos, factum hoc praedicarunt. Imo quod plus eft, omnibus coram Iudaeis, eademque in vrbe, in qua crucis fupplicio affectus erat Iefus, adfpectabilem eius ad patrem coeleftem reditum peruulgarunt, nec Pharifaeorum, nec procerum populi infidias timentes, qui maximum certe ftudium conferebant, vt mendacii fraudisque illos conuincerent. Quid denique, num in ipfa Hierofolymorum vrbe Apoftolorum praedicatione tot millia hominum adducti fuiffent ad facra chriftiana, fi Iefu afcenfio vlli dubio fuiffet obnoxia, et nifi Apoftoli Spiritus diuini dotibus vere inftructi fuiffent? *Himly.* e) Quae Lucas Act. 1. de Iefu affumtione in coelos retulit, non funt locis bibliorum mythicis annumeranda. Lucas enim fine imaginibus, quae Iefus, antequam in coeieftes regiones fe efferebat, cum difcipulis locutus eft, *verbis propriis* expreffit. His relatis reditum difcipulorum in vrbem Hierofolymorum narrat; quae omnia fenfu hiftorico fumenda et proprie intelligenda effe, nemo negat. Nihil itaque in vniuerfo hoc loco reliquum eft, quod figurate dictum effe videri queat, nifi narratio intermifta de viris (feu angelis), Iefu reditum de coelo futurum apoftolis annuntiantibus. Hanc reliquis interiacentem orationis particulam vtut interpretari velis, intemerata tamen manet ipfa de Chrifti afcenfione hiftoria, ficuti relationes de Iefu ex fepulcro reditu immotae et inconcuffae ftant et ftabunt, licet de angelorum vifionibus quaedam illis admixta fint. *Seilerus.* f) Vifibilis Iefu in coelum abitus neceffarius fuit, ad falfas quas Apoftoli de Meffia conceperant opiniones et exfpectationes radicitus euellendas atque remouendas; requirebatur vero etiam ad feli-

cem fucceffum operis Meffiani iuuandum. Nempe Apoftoli et reliqui Iefu fectatores ante publicam ipfius receptionem in coelum fpem alebant, cum forma vifibili femper in terra manfurum, et regno Dauidico fimili conftituto, Hierofolymis fedem fuam fixurum effe. Huic fuperftitiofae opinioni adeo pertinaciter inhaerebant, vt vltimo adhuc vitae fuae terreftris die ipfi quaeftionem proponerent hanc: domine, numne hoc tempore Ifraelis regnum reftauraturus es? Act. 1. 6. Haec igitur vana fpes Apoftolorum mentibus eximenda erat. Ad quem finem confequendum, nulla res habere poterat maiorem vim, quam eleuatio corporis Chrifti vifibilis in regiones coeleftes. Iam enim ipfis perfuafiffimum effe debebat, Iefum, vitae reftitutum, non amplius his in terris verfari, fed ex iis profectum atque in coelos effe fublatum. Qua quidem adfpectabili corporis Iefu fublatione in regiones celfiores, Apoftolorum animi mirum quantum abftrahi debuerunt ab omnibus rebus caducis et fub fenfus cadentibus, atque furfum ad ea tolli, quae oculis cerni nequeunt. Tunc Apoftoli, vel inuiti, intelligere debebant, regnum, de quo faepius Dominus locutus fuiffet, non terrenum effe, quale fibi finxerant, fed imperium coelefte, quod in animos hominum vim faluberrimam exfereret. Quodfi autem ponamus, Iefum difcipulos fuos reliquiffe modo quodam clandeftino, quid futurum putamus? Incerti haerentes et dubii, quid ipfis euenturum fit, aures praebuiffent fiue impoftoribus, fiue fuperftitiofis hominibus, qui falfis illos decepiffent narrationibus, dictantes forfan, fe Iefum alicubi vidiffe, eum latere vel in hoc, vel in alio loco. In hos errores ne inciderent, cauendum erat. Hoc autem effectum eft potiffimum adfpectabili eleuatione corporis Iefu in coelum. Mirifice praeterea confirmabantur hoc vifibili Iefu ad fuperos reditu Apoftoli (qui morte a Iefu oppetita in perfuafione fua labefactati fuerant atque timidi redditi) ad opus Domini in terris perficiendum. Iam enim intelligere poterant, imo debebant, fe non

caussam meri hominis, sed ipsius adeo Dei agere, cui omnia quae Christus gesserit, probari videbant. Iam non tam laeti sperare, quam potius confidere poterant, Deum et quem regni maiestatisque suae participem esse voluit Iesum, perpetuos fore atque praesentissimos, in munere, quod ipsis demandatum erat, rite administrando, adiutores atque auxiliatores. *Seilerus. Weichertus* l. l. p. 30 sq. g) Christus non palam, coram omnibus Iudaeis in coelum ascendit, quoniam nouas turbas excire nolebat v. *Lilienthal die gute Sache der Offenbarung Th.* 11. p. 84 sq. 257. *Himly* l. l. p. 75.

Digna omnino est quae adscribatur *Griesbachii* praeclara annotatio in *Sylloge locorum N. T. ad adscensum Christi in coelum spectantium.* Ienae 1793. 4. p. 11. Si locos omnes e N. T. libris collectos studiose inter se comparamus, deprehendimus a) historicam de Iesu in coelum adscensu narrationem non reperiri nisi apud Lucam tantum, atque (si quidem genuina sunt postrema Euangelii Marci commata) apud Marcum. Attamen b) Iesus ipse, teste Iohanne, cum ante mortem, tum post resurrectionem suam, praenuntiauit, ascensurum se esse in coelum et reuersurum eo, vnde (quoad illam φύσιν θειότεραν, quam Iohannes illi tribuit) descenderit. c) Petrus et Paulus publice docuerunt, Iesum post resurrectionem morti obnoxium haud fuisse, sed e sepulcro rediisse in vitam aeternum duraturam, eundemque ex hac terra profectum esse in coelum, et ibi summa maiestate et gloria condecoratum, ad patris dextram consedisse (Act. 2, 32 f. 1 Petr. 3, 18 ss. Eph. 4, 10. Hebr. 9, 21. 6, 19. 20. 9, 12. 1 Tim. 3, 16 etc.) His d) Paulus addidit, corpus Christi, quod post resurrectionem vere humanum corpus mansisse Apostoli, adspectu non solum, sed tactu etiam edocti nouerant, iam immortale esse, coeleste ac spirituale. e) Hae Christi praedictiones et Petri Paulique assertiones bene conueniunt cum Lucae narratione de Christi viui raptu in coelum. f) Neque tamen Apostoli historicas illius ἀναλήψεως circumstantias auditoribus vel

lectoribus suis studiosius inculcare consueuerant. g) Potius id sedulo agere solebant, vt discipulis persuaderent, Christum obedientiae, quam patri praestiterat, praemia reportasse longe maxima, nostrumque captum superantia; eum apud Deum felicitate non solum frui inenarrabili, sed maiestate etiam gaudere tanta, vt maior cogitari non possit; dominum eum esse hominum, pie ab his colendum, ecclesiae suae caput vnicum eiusdemque rectorem et defensorem, spiritualium bonorum largitorem munificentissimum, cultorum suorum apud patrem patronum indulgentissimum, atque iudicem praemia suis olim iustissime distributurum. De his autem omnibus Apostoli diligenter edocuere christianos, partim, vt hi tanti magistri ac doctoris, ad summum gloriae fastigium euecti, auctoritatem eo magis reuererentur, partim, vt alacrius insisterent vestigiis ducis, qui non solum exempli, quo nobis praeiuit, excellentia, sed etiam praemiorum, quae consecutus est, amplitudine, ad suae virtutis imitationem eos incitaret, partim, vt spem atque fiduciam suam in tali suae σωτηρίας ἀρχηγῷ, quem pater σύνθρονον suum esse voluit, firmissime collocatam esse, plenius intelligerent. In his substitere Apostoli, in his subsistere nec nobis nefas erit." — καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ] *et cum Deo regnat*, et summa felicitate perfruitur (Phil. 2, 8. 9.). Haec enim est vis et potestas huius formulae, vt Ps. 110, 1. coll. 1 Cor. 15, 25. quo loco ea cum verbo simplici βασιλεύειν permutatur. vid. ad Matth. 20, 21. ἐκεῖνοι nempe οἱ ἕνδεκα coll. v. 14. Act. 1, 2. 4. ἐξελθόντες scilicet ἀπὸ Ἱεροσολύμων, Act. 1, 4. ἐκήρυξαν πανταχοῦ] *vbique locorum Christi doctrinam praedicarunt*. Neque tamen hoc πανταχοῦ nimis est premendum, indicat tantummodo, eos longe lateque, per varias regiones propagasse Christi doctrinam. τοῦ κυρίου συνεργοῦντος κ. τ. λ.] opitulante domino, et doctrinae auctoritatem diuinam confirmante per varii generis miracula, quae patrandi potestas discipulis concessa erat.

COMMENTARIVS

IN

EVANGELIVM LVCAE.

PROLEGOMENA.

§. 1.

Auctorem Actuum Apoſtolicorum fuiſſe etiam *auctorem Euangelii*, ad cuius interpretationem nunc progredimur, ex Act. 1, 1. ſatis dilucide patet. Nusquam tamen horum commentariorum auctor nomen ſuum profeſſus eſt, etſi in Actis, plus vna vice, commoda et idonea illud profitendi occaſio ei offerretur, ſed modeſtia et verecundia quadam ductus illud ſuppreſſit. Hinc cum de itineribus Pauli Apoſtoli loquitur, cuius ſe comitem fuiſſe tradit, ſimpliciter ſcribit: *ad iter in Macedoniam nos accingebamus*, ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, Act. 16, 10. nos *Troade exſpectabant*, ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι, Act. 20, 5. ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν, ibid. v. 6. add. v. 13. 14 ſqq. 27, 2 ſqq. 28, 11. 13 etc. Auctori autem huius Euangelii et Actuum Apoſtolorum fuiſſe *Lucae* *) nomen, eſt conſtans veteris eccleſiae

*) *Lucas* eſt nomen contractum ex *Lucanus*, vt in nonnullis etiam codd. verſionis Latinae veteris legitur.

omnis traditio. Iam vero Paulus in literis ad Timotheum (2 ep. 4, 11.), ad Philemonem (v. 24.) et Colossenses (4, 14.) datis, inter itinerum suorum comites, et in Euangelii doctrina praedicanda socios, refert quoque Lucam quendam, quem, quo accuratius designet, in epistola ad Colossenses l. c. medicum, τὸν ἰατρὸν, vocat. Perquam igitur probabile est, hunc ipsum Lucam, medicum *), fuisse Euangelii nostri, et commentariorum de rebus Apostolorum auctorem. Quod ipsum etiam scriptores ecclesiastici confirmant. Etenim Eusebius in H. E. 1, 4. scribit: Λουκᾶς, τὸ μὲν γένος ὢν ἀπ' Ἀντιοχείας, τὴν δὲ ἐπιστήμην ἰατρός. Hieronymus Praefat. in Matth. *Tertius Euangelista Lucas, medicus, natione Syrus, Antiochensis.* Et in Philem. 24. *Quomodo Apostoli de piscatoribus piscium, piscatores hominum facti sunt: ita* (Lucas) *de medico corporum in medicum est versus animarum.* Pseudodorotheus denique, in Synopsi, Λουκᾶς ὁ Εὐαγγελιστὴς, Ἀντιοχεὺς μὲν τὸ γένος ἦν,

---

Nam quae in ᾶς terminantur nomina, solent partem nominis postremam ἀποκόπτειν, vt obseruauit ad h. l. *Grotius.* Sic Artemas est Artemonius, Demas est Demetrius, Rufas est Rufinus, Silas, est Siluanus etc.

*) Non tantum medicum, sed etiam pictorem fuisse Lucam, etsi sacrae literae, et scriptores ecclesiastici antiquiores, nullibi referant, plures crediderunt. Vid. de hac fabula, quae notarunt *Lardnerus* Supplem. Vol. 1. p. 237 sq. *Koecherus* in Analectis p. 658. *Eichhornius* l. c. p. 589.

ἰατρὸς δὲ τὴν τέχνην· vid. *Fabricii* Biblioth. Gr. T. 4. p. 767. *Koecherus* in Analectis p. 658. *Michaelis* in *Einleitung* Th. 2. p. 1078. *Boltenii Bericht des Lucas* Praefat. p. 5. et *Eichhornius* in *Einleit.* Th. 1. p. 580. Male autem, vt videtur, nonnulli Lucam, a Paulo in literis ad Timotheum, Philemonem et Coloſſenſes laudatum, confundunt cum Lucio Cyrenaeo, (quem Lucium dictum putant, flexione Romana, Lucam Graeca), cuius mentio fit Act. 13, 1. quemque Paulus in ep. ad Rom. 16, 21. cognatum ſuum nominat. Etenim vt praeteream, ſic non ſatis apparere, cur Paulus eundem hominem, modo *Lucium*, modo *Lucam* dixerit, *Lucas*, illo tempore, quo, nomine *Lucii* Paulus Romanos ſalutabat, non Corinthi (in qua vrbe Apoſtolus ſcribebat), ſed Philippis verſabatur. v. Act. 20, 6. Praeterea Paulus, qui Lucam in ep. ad Philem. 24. συνεργὸν vocauit, in ep. ad Rom. l. c. hoc nomine Timotheum quidem inſigniuit, non autem *Lucium*, quem ibi in cognatorum numero retulit. Iam ſi Lucas in ep. ad Coloſſ. 4, 11. memoratus, eſſet Lucius ille, Apoſtoli cognatus, haud dubie Paulus, qui eum accuratius deſignare vellet, ſcripſiſſet potius ὁ συγγενής μου, quam vt ibi legitur, ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός· cf. omnino *Michaelis* l. c. p. 926. *Marſhius* in *Anmerkk. zu Michaelis Einl.* pag. 128. *Ammonius* ad Rom. l. c. et *Eichhornius* l. c. p. 583. — Lucam Euangeliſtam, Euſebius et Hieronymus, *natione Syrum*, *Antiochenſem* fuiſſe affirmant. vid. locos paulo ſuperius laudatos. Nempe, vt acute ſuſpicatus eſt

Eichhornius l. c. p. 587. confundebant Lucam cum Lucio Cyrenaeo, Act. 13, 1. memorato, et verba Λούκιος ὁ Κυρηναῖος Act. l. l. non explicabant: *Lucius Cyrene oriundus*, fed male et contorte, *Lucius qui fynagogam Cyrenaeorum* Hierofolymis, v. Act. 6, 9. olim *frequentarat*, atque adeo putabant, Antiochiam, vbi, vt Act. 13, 1. legitur, tunc temporius Lucius commorabatur, fuiffe etiam eiusdem vrbem patriam. Monuit praeterea *Eichhornius*, coniecturae illi obftare quoque hoc, quod Λουκᾶς non fit nomen Syriacum, fed nomen Graecum in compendium redactum. Itaque de Lucae patria nihil certi definiri poteft.

§. 2.

Incertum quoque eft, vtrum Lucas, priusquam fe ad Chrifti figna conferret, *gentilis* fuerit, an *Iudaeus*? v. *Schmidius* in Hift. Canon. p. 463. *Michaelis* l. c. *Eichhornius* p. 586. Perquam tamen probabilis mihi videtur *Boltenii* fententia, qui arbitratur, Lucam, parentibus gentilibus natum, adolefcentem religionem Iudaicam fufcepiffe, poftea autem ad religionem chriftianam adductum fuiffe *).

*) Lucam e numero LXX. difcipulorum fuiffe, Origenes dial. fect. 1. Opp. T. 1. p. 807. ed. *de la Rue*, Hippolytus ap. *Millium* N. T. p. 120. Epiphanius haeref. 51. tradiderunt; eum Cleopae comitem fuiffe Theophylactus ad Luc. 24, 13. 18. fufpicatur. At enimuero ipfe Lucas 1, 1 fs. profitetur, fe non fuiffe

Nam ſcribendi ratio Hebraico-Graeca, quae in ipſius commentariis de vita et factis Chriſti, ac de rebus Apoſtolorum regnat, inprimisque plena et accurata, rituum, inſtitutorum, doctrinaeque religionis Iudaeorum cognitio, qua eum praeditum fuiſſe, libri ab eo ſcripti loquuntur, ſatis aperte produnt Iudaeum; attamen linguae Graecae interioris ſcientia haud mediocris, qua eum tinctum fuiſſe *), inprimis praefatio Euangelii, ad Graecam elegantiam compoſita teſtatur, et ipſum nomen Graecum Λουκᾶς, haud obſcure docent, eum parentibus gentilibus natum fuiſſe. Confirmant hanc noſtram atque Boltenii ſententiam etiam loci Act. 21, 28 — 31. et ep. ad Coloſſ. 4, 11. 14. Nempe poſtquam Act. 21, 28. memoratum eſt, Iudaeos Aſianos multitudinem concitaſſe, quod Paulus homines gentiles in templum introduxiſſet, verſu viceſimo nono illuſtrationis cauſſa additur: nam cum antea Trophimum, Epheſium, in vrbe cum Paulo verſantem vidiſſent, hunc ab eo in templum introductum fuiſſe putabant. Lucae, qui tamen etiam cum Paulo erat, coll. v. 15. 17. nulla mentio fit. Annumerabatur ergo Iudaeis, quibus annumerari poterat, ſi gentilis ad Iudaeorum ſacra transierat. In epiſtola autem ad Coloſſenſes l. c.

αὐτόπτην. cf. *Fabricii* Biblioth. Gr. T. 4. p. 767 ſq. ed. Harles.

*) *Inter omnes Euangeliſtas Graeci ſermonis eruditiſſimus* agnoſcitur quoque ab Hieronymo ep. 145. ad Damaſum, et ad c. 6. Ieſaiae.

Paulus, poſtquam nomine Ariſtarchi, Marci, et Ieſu cognomine Iuſti, Coloſſenſes ſalutauit, addit: *οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς· οὗτοι μόνοι συνεργοὶ* (ſcl. *ἐκ περιτομῆς*) *εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐγενήθησαν·* tum v. 14. pergit: ſalutem vobis dicit *Lucas*, medicus dilectus, et Demas. Dum ergo hos chriſtianis antea Iudaeis, *τοῖς ἐκ περιτομῆς*, Paulus opponit, patet, Lucam fuiſſe parentibus gentilibus natum.

§. 3.

Vt Petrum Marci in Euangelio conſcribendo adiutorem fuiſſe, tradiderunt patres eccleſiaſtici, ita iidem quoque affirmarunt, *Paulum* eſſe *Euangelii Lucae auctorem* habendum; Lucam nimirum ea, quae a Paulo accepiſſet, literis conſignaſſe. Irenaeus adu. haereſ. 3, 1. *Λουκᾶς ὁ ἀκόλουθος Παύλου, τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ κατέθετο·* coll. Euſeb. H. E. 5, 8. 3, 4. Tertullianus adu. Marcion. 4, 15. *Lucae digeſtum Paulo adſcribere ſolent.* Origenes ap. Euſeb. 6, 35. *τρίτον, τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον εὐαγγέλιον.* Prouocarunt Origenes, Chryſoſtomus, alii, ad Pauli ep. ad Rom. 2, 16. 2 Cor. 8, 18. et contenderunt, Apoſtolum his in locis voce *εὐαγγελίου* Lucae librum innuiſſe. Sed iſtis in locis vocabulum *εὐαγγέλιον*, non Euangelium quoddam literis iam conſignatum, nec Lucae Euangelium, verum *doctrinam religionis, eiusque propagationem* ſignificare, ſatis ſuperque oſtenſum eſt ab interpretibus ad Rom. et 2. Cor. l. l. add.

Michaelis Einl. Th. 2. §. 143. p. 948. *Schmidtius* in *Einleit.* Th. 1. pag. 50. *Eichhornii Einleit.* p. 598. et *Sextro* in libello inſcripto: an ex argumentis externis Lucae Euangeliſtae inſpiratio poſſit probari. Helmſt. 1799. 4. p. 7. 10. Fabula omnis de Paulo Euangelii Lucae auctore, propterea excogitata eſt, vt auctoritas huius Euangelii confirmaretur et adaugeretur. Vanitatem autem iſtius commenti, et tota ſtili Lucae et compoſitionis eius ratio, quae a Pauli dictione et ſcribendi forma diuerſa deprehenditur, et ipſa Lucae profeſſio 1, 1 — 4. ſatis teſtatam facit.

Lucam commentarios ſuos de vita, fatis et factis I. C. conſcripſiſſe, cum nondum edita eſſent Matthaei et Marci Euangelia, obſeruauimus in Prolegg. ad Matth. p. 11. Narrationes autem ſuas e variis fontibus deriuauit. vid. c. 1, 1 — 4. Quae de his *Lucae fontibus* non ſine magna veri ſpecie dici poſſunt, haec ſunt. Adhibuit exemplar Euangelii primarii, de quo pluribus dictum eſt in Prolegg. ad Matth. p. 4 ſqq. quod locupletius fuiſſe videtur, quam illud quo Marcus vſus eſt. Praeſto ei porro erant fragmenta Euangelii infantiae Chriſti, v. Prolegg. ad Matth. p. 6. 22. fragmentis enim illud Euangelium infantiae Chriſti conſtitiſſe, laxius vinculum docet, quo ſingulae ſectiones capitis primi et ſecundi, vid. 1, 39. 2, 1. 21. 22. inter ſe iunctae ſunt, quo caput ſecundum cum tertio copulatum eſt. E ſingulari quoque libello petita ſunt procul dubio ea omnia, quae inde a c. 9, 51. vsque ad c.

18, 14. leguntur, cum ea maximam partem, neque in Matthaei, neque in Marci commentariis notata reperiantur, cumque haec fectio, quoad argumentum diuerfa fit a reliquis Euangelii partibus. Reliquae enim partes continent narrationes factorum fatorumque Chrifti, in hac autem fectione, paucis tantum locis exceptis, 11, 14. 13, 11 fqq. 14, 4. 17, 11 fqq. nonnifi praecepta, effata, fermones Chrifti commemorantur. vid. et not. ad 10, 38. Atque hanc ipfam Euangelii Lucae fectionem, 9, 51 — 18, 14. cum *Marfhio* l. c. p. 324. 326. vid. et nos ad Matth. 24, 43. pro parte gnomologiae habendam puto, qua Lucas vtebatur, quae diuerfa erat a gnomologia, quam Matthaeus adhibuit. v. Prolegg. ad Matth. p. 6. Haec pars gnomologiae, quam Lucas commentariis fuis inferuit, continebat ea, quae in vltimo Chrifti itinere Hierofolymitano euenerant, et quae tunc temporis varia occafione dixerat, adfcripta tamen etiam erant, vt fcite monuit *Eichhornius* l. c. p. 600. nonnulla e priori muneris Chrifti tempore. Praeter hos fontes, hactenus memoratos, e quibus Lucas narrationes fuas maximam partem haufit, etiam alios libros de rebus Chrifti confcriptos legit atque confuluit, vid. 1. 1 — 4. in his tamen non fuiffe Matthaei et Marci commentarios, docuimus in Prolegg. ad Matth. p. 6. add. *Eichhornius* l. c. p. 601. Caeterum Lucas his fontibus fuis ita vtebatur, vt more hiftoricorum Iudaicorum, quae in iis reperiret, ea ad verbum redderet, et fingulis tantum in locis mutanda mutaret, omittenda omitteret,

addenda adderet, vid. *Eichhornius* p. 600. omninoque in Euangelium ſuum nonniſi ea reciperet, quae vera eſſe ſciret. Ipſe teſtatur c. 1, 1—4. ſe in conſcribendis commentariis de rebus Chriſti ſumma cum diligentia verſatum fuiſſe; et huius teſtimonii veritatem, vel conuenientia Euangelii ipſius cum Euangelio Matthaei euincit; cumque ei Pauli Apoſtoli comiti et ſocio, quocum etiam Hieroſolyma venit, v. Act. 21, 17., copia facta eſſet, partim Apoſtolis, partim aliis viris in Palaeſtina viuentibus familiarius vtendi; ſane in promtu eſt, eum multa quae ad vitam, facta et fata Ieſu Chriſti pertinerent, ab his teſtibus fide dignis ſciſcitari, et ex eorum narrationibus narrationes aliorum emendare potuiſſe. Neque tamen credendum eſt, vt recte obſeruauit *Rauius*, in diſſ. de praecipuis cauſſis varietatis et inconſtantiae, quae, ſi modum narrandi ſpectemus, in Euangeliis Matthaei, Marci et Lucae reperitur (Erlang. 1805.) p. 15. Lucam omnia, quae ad vitam Ieſu pertinerent, habuiſſe cognita; hinc in ea deſcribenda nunc breuior eſt, nunc longior, nunc ordinem temporis ſeruat, nunc negligit, nunc res grauiores tacet, nunc leuiores profert.

§. 4.

Lucam in Palaeſtina Euangelium ſuum literis conſignaſſe, notauimus in Prolegg. ad Matth. p. 12. add. *Michaelis Einl.* §. 152. et *Zieglerus* in *Gableri Neueſt. theol. Journal* B. 4. p. 425. Scripſit autem illud in vſum *Theophili*, vid. 1, 4. Diſputatum eſt

inter viros doctos, vtrum Θεόφιλος, nomen certi cuiusdam hominis, an appellatiuum ſit, quo ſignificetur *homo pius*, *Dei amans*. Eorum tamen opinioni, qui illud pro appellatiuo, vel etiam pro nomine ficto habent, neutiquam fauet adiectum κράτιςος. Rectius igitur plerique, certi cuiusdam hominis nomen eſſe ſtatuerunt *). Varias autem coniecturas, huius ſententiae defenſores, de Theophili perſona, dignitate, et religione, protulerunt. Fuiſſe eum hominem peramplo dignitatis gradu collocatum, ex titulo κράτιςος, multi collegerunt. Nempe hic titulus proprius fuit virorum principum et magiſtratuum eminentiorum **). Heſychius: κράτιςος, ἰσχυρότατος, δυνατώτατος. Theophylactus ad Luc. 1, 4. κράτιςος, ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων· In Actis autem Apoſtolorum hoc titulo inſigniuntur praeſides Iudaeae, Felix 23, 26. et Feſtus 26, 25. Neque tamen ſeculi primi hiſtoria nouit Theophilum, qui procuratoris Romani perſonam egit, aut alium magiſtratum in prouincia geſſit. Praeterea conſtat, moris quoque fuiſſe, nomine κράτιςος *amicos* compellare. Sic Dionyſ. Halic. *Ammaeum*, quem alias vocat φίλτατον, κράτιςον appellat init. libell. de Rhetor. Att.

---

*) Nomen Theophili illa aetate frequentiſſimum fuiſſe, exemplis pluribus docuerunt *Wolfius* in Curis ad Luc. 1, 4. *Wetſtenius*, et *Segaarius* Obſſ. in Lucae XI. priora capita p. 18.

**) v. *Cannegieterus* in diſſ. de Auiano cap. 6. Amſtel. 1731. 8. et *Heumannus* in Biblioth. Brem. Claſſ. 4. p. 492 ſq.

p. 80. add. Theophr. Char. c. 6. Reperitur de hoc voc. difputatiuncula ap. *Cannegieterum* in Diff. de Auiano c. 6. cf. et *Wolfius* in Curis, atque *Wetftenius* ad h. l. et Lucam quoque ad fignificandum amorem fuum, κράτιςον dixiffe Theophilum, haud parum confirmatur eo, quod Act. 1, 1. omiffo illo elogio, eum fimpliciter allocutus eft ὦ Θεόφιλε. Theophilum fuiffe pontificem maximum illum, ab Agrippa rege pontificia dignitate priuatum, cuius Iofephus meminit Ant. 20, 6. coniecit *Theodorus Hafaeus* in Biblioth. Brem. Claff. 4. fafc. 3. diff. 4. At neque de hoc, neque de alio Iudaeo Palaeftinenfi cogitari poteft, cum Lucas in libris fuis tam diligenter variorum Palaeftinae locorum fitum defcripferit, v. 1, 26. 4, 31. 8, 26. 23, 31. 26, 13. Act. 1, 12. quae defcriptiones omnes, fi deftinaffet commentarios fuos pontifici illi, aut Iudaeo Palaeftinenfi, ineptae fuiffent et fuperuacaneae. Neque fuit Theophilus chriftianus nobilis Alexandrinus, antea Iudaeus, vt opinati funt *Iacobus Hafaeus* in Biblioth. Brem. Claff. 4. fafc. 6. diff. 4. et *Schmidius* in Hift. Canon. p. 467. hoc enim patres Alexandrini commemorare non omififfent. Praetereo coniecturas alias, quas recenfuerunt *Michaelis* l. c. p. 927 fqq. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Hafaeus* vterque in Biblioth. Brem. et *Eichhornius* p. 591 fs. qui Theophilum in Italia vixiffe fufpicatur, et quidem propterea, quoniam Lucas, qui in Actis, defcriptioni itineris Pauli, cum hic captiuus Romam duceretur, varias obferuationes geographicas immifcuerit, v. Act. 27, 8. 12, 16., nihil prorfus

de ſitu locorum Siciliae atque Italiae monuit. v. Act. 28, 12 ſqq. Hoc vnum tantummodo certum eſſe videtur, Theophilum, chriſtianum antea gentilem, extra Palaeſtinam vixiſſe.

§. 5.

Inter Euangelium Lucae, et Euangelium quo vtebatur *Marcion* (quod tamen iniuria temporis maximam partem periit) magna ſimilitudo, quoad res et formulas, et ſingula verba, multis in locis intercedebat, vt ex fragmentis, quae nobis Tertullianus et Epiphanius aſſeruarunt, ſatis dilucide patet. Diſcrepabat vero etiam Marcionis liber permultis in locis a commentariis Lucae, et plures ſectiones, longiores et breuiores, Euangelii Lucae, in illo non legebantur. vid. *Eichhornius* l. c. p. 42 — 66. p. 606 ſqq. Marcionem igitur, repudiatis caeteris, nonniſi vnum, et quidem Lucae Euangelium admiſiſſe, illudque mirifice ad ſuam ſententiam interpolaſſe, praeeuntibus Irenaeo adu. haereſ. 3, 11. Tertulliano c. Marcion. 4, 2. et Epiphan. adu. haereſ. 3, 12. ad noſtra vsque tempora contenderunt fere omnes, qui de eo ſcripſerunt. Diſceſſerunt tamen ab hac opinione, noſtra aetate, plures doctiſſimi viri, *Semlerus*, *Griesbachius*, *Loefflerus*, *Eichhornius*, alii, et Marcionem (qui nec ipſe Euangelium ſuum vnquam Lucae dixerit *), cuius nec ſectatores, ſe Lucae com-

*) Id quod Tertullianus ipſe concedit adu. Marcion. 4, 2. verba eius ſunt: *Marcion Euangelio ſuo nullum aſcribit auctorem.*

mentariis vti, affirmarint*)), a crimine adulterati Euangelii Lucae abſoluendum eſſe, argumentis pluribus ac ſatis idoneis demonſtrarunt. Quo vero librorum Lucae et Marcionis conſenſum atque disſenſum ſibi explicarent, varias vias ingreſſi ſunt. *Semlerus* alio Euangelio, ſiue potius alia Euangelii recenſione Marcionem vſum eſſe, ſtatuiſſe videtur**). De alia recenſione cogitauit quoque *Boltenius* l. c. Praefat. p. 23 ſqq. Sed vide quae recte et acute contra monuit *Eichhornius* p. 77. *Griesbachius* in hiſtoria textus Graeci epp. Paulinar. Spec. 1. p. 92. contendit, Marcionem vſum eſſe libro, quem ipſe ex Euangeliſtarum, praeſertim Lucae commentariis, in ſuorum hominum vſum compoſuiſſet. *Loefflerus* in Diſſ. Marcionem Pauli epiſtolas et Lucae Euang. adulteraſſe dubitatur, inſerta Commentatt. theoll. a *Veltkuſeno*, *Rupertio* et me ipſo editis T. 1. p. 205 ſs. oſtendere ſtuduit, Marcionem non Lucae, ſed aliud Euangelium, cui tamen in quibusdam partibus magna cum illo intercederet ſimilitudo, adhibuiſſe. *Eichhornius* denique, (add. *Schmidtius* in *Einl.* p. 131.) cuius ſententia reliquis praeferenda nobis videtur,

---

*) Vid. Origen. Disput. c. Marcion. Dial. 1.

**) In Prolegg. in epp. ad Galatas §. 2. p. 16. *Quod igitur Marcion apud ſuos tantum vſus fuit Euangelio vnico, quod non omnino conueniebat cum iſtis quatuor Romanorum et Aſiaticorum — non fuit deſtinati conſilii, aut flagitii, temporis fuit et locorum discrimen.*

Euangelium, quod Marcion vſurpabat, fontibus, e quibus Lucas hauſerit, annumerandum eſſe docuit pag. 67. 76 ſq. 605 ſqq. Nempe Euangelium, quod Marcion vtebatur, compoſitum erat ex archetypo, quod Lucas in conſcribendis commentariis ſuis adhibebat, minus tamen locupleti, et illo ſcripto, quod Luc. 9, 51 — 18, 14. inſertum legitur *). Vtrumque librum auctor Euangelii Marcionis, e lingua Syro-chaldaica, in linguam Graecam transtulerat. v. *Eichhornius* p. 603. Hoc Marcionis Euangelium, quod tamen mancum erat, et nimia breuitate laborabat, Lucas, fontibus reliquis ſuis vſus, perpoliebat, adornabat, augmentis pluribus locupletabat, et in eam formam redigebat, quam Euangelium ipſius habet.

§. 6.

Fuerunt etiam, vt nec hoc praetermittamus, qui duo priora Euangelii Lucae capita, excepta praefatione v. 1 — 4. ſpuria eſſe putarent, vt *Euanſonus* in the diſſonance of the four generally received Evangeliſts, and the evidence of their reſpective authenticity examined, Ipswich 1792. 8. *J. E. C. Schmidt das ächte Evangelium des Lucas, eine Vermuthung*; in *Henckii Magazin für Religionsphiloſ, Exegeſe und Kirchengeſch* Th. 5. St. 3. p. 473 ff. *Horſt üb. die beyden erſten Kapp. im Evangel. Lucas* in *Henckii Ma-*

*) Si illa ſectio pro parte gnomologiae Lucae habenda eſt, quod perquam probabile eſſe, ſupra notauimus; auctori Euangelii Marcionis ad manus etiam fuit exemplar gnomologiae, quam Lucas adhibuit.

seum für Religionswissenschaft Th. 1. St. 3. p. 446 ff. *C. C. L. Schmidt* in *Repertorium für die Literatur d. Bibel, d. Religionsphilos. Kirchen- u. Dogmengesch.* St. 1. p. 58 ff. Sed authentiam horum capitum argumentis idoneis et grauibus comprobarunt: *Fersius* in Specimine, quo fides et auctoritas Matthaei in referenda Iesu oratione c. 5. 6. 7. vindicatur, inprimis contra Euansonum Praefat. p. 2 sq. *Ammonius* Opusc. Nou. p. 32. *Paulus* in *Kommentar* ad Luc. 1, 1—3. *Eichhornius Einleit.* p. 630 ff. *Süskindius* Symbolar. ad illustranda quaedam Euangelior. loca P. 2. p. 1 ff. Tubing. 1803. 4. *Bertholdtus* in *historisch-krit. Einleit. in das A. u. N. T.* Th. 3. p. 1297 ff. *Frid. Guil de Schubert* in Commentat. de infantiae I. C. historiae a Matthaeo et Luca exhibitae authentia atque indole, Gripeswaldiae 1815. 8. Ipsa Lucae praefatio (quam genuinam esse, nemo negauit) integritatem horum capitum tuetur, profitetur enim, se historiam I. C. a fontibus repetitam, ἄνωθεν, καθεξῆς, perscripsisse. In Marcionis quidem Euangelio deerant duo priora capita; aberant vero etiam ab eo caput tertium, et quartum vsque ad v. 31. Incipiebat enim Marcionis Euangelium auctore Tertulliano c. Marc. 4, 7. verbis his: *anno quinto decimo principatus Tiberiani descendit in ciuitatem Galilaeae Capharnaum.* quibus verbis expressit Tertullianus verba Graeca haec: ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος κατέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν Γαλιλαίας Καφαρναούμ. Praeterea ex iis, quae supra de Marcionis Euangelio (in quo plura quoque segmenta

alia commentariorum Lucae deerant) disputauimus, ſatis euidenter patet, ex Marcionis Euangelio neutiquam poſſe probari, ſuppoſiticia, nec genuina, illa duo capita eſſe; praeſertim cum et a Iuſtino Martyre, Marcioni fere coaeuo, fragmenta illa Euangelii infantiae Chriſti, quae Luc. c. 1. et 2. continet, decerpta deprehendantur in Apol. 1. §. 33. dial. c. Tryph. c. 100. vt ſcite obſeruauit *Ammonius* l. c. Neque ex Act. 1, 1. argumentum peti poteſt cum nonnullis, contra authentiam horum capitum. Scilicet cum Lucas Act. l. c. ſcripſerit, ſe Theophilo in priori commentario de omnibus expoſuiſſe, quae Ieſus ab initio inde *fecerit atque docuerit*, ad haec autem neutiquam referri poſſint ea, quae in his capitibus legantur; exinde concludere voluerunt, duo priora Euangelii Lucae capita non fuiſſe a Luca ipſo Euangelio praepoſita. Quae tamen argumentatio arguta magis, quam vera eſt. Quis enim ignorat, quam ſaepius a parte potiori fieri ſoleat denominatio? obiter tantum Lucas prioris libri argumentum attulit, et hunc librum continuaturus, atque ſcripturus de Actis legatorum Chriſti, laudans Euangelii argumentum, nonniſi Acta Chriſti in Euangelio relata commemorauit.

Caeterum duo priora Euangelii Lucae capita continent, vt iam ſupra §. 3. diximus, fragmenta Euangelii infantiae Chriſti. Auctor horum fragmentorum narrationes ſuas compoſuerat ex traditionibus in Zachariae familia obuiis, quae ore propagatae fuerant; et ex commentariolis in illa familia reſeruatis.

Plures opinati ſunt, auctorem horum fragmentorum, qui fama comperiſſet: Zachariam ante Iohannis natiuitatem aliquando in templo mutum eſſe factum, cum vero Iohannes natus eſſet, linguae vſum recepiſſe; Ieſum Bethlehemi natum eſſe, et phaenomenon, noctem illam, qua natus eſſet, colluſtraſſe; Annam et Simeonem, cum Maria filium in templo Deo offerret, laeta et fauſta de infante praedixiſſe, et magnam atque praeclaram ſpem de eo in animis parentum excitaſſe; Ieſum puerum in templo probaſſe aliquando doctoribus Iudaeorum, ſingularem ingenii bonitatem et felicitatem: has traditiones ore propagatas, Iudaico more exornaſſe, iisque ita exornatis, immiſcuiſſe mythum philoſophicum, (cui adeo non res in facto poſita ſubſit), fabulam, Mariam virginem, Eliſabethae cognatam, per vim diuinam concepiſſe, Luc. 1, 26 ſqq. Alii omnia, quae his in capitibus leguntur, mythis philoſophicis annumeranda eſſe putarunt, et has fabulas Iudaico more exornatas, ortas eſſe contenderunt ex opinionibus et notionibus de Meſſia, eiusque praecurſore, tunc temporis vſitatis et ſolennibus, ac vaticiniis prophetarum, Mal. 3, 25. Mich. 5, 1. Ieſ. 7, 14. — Improbauit has ſententias *Paulus* p. 9. ſqq. (contra quem disputauit *Thieſs* in *Krit. Kommentar*, Th. 2. p. 307 ſs.) et pluribus oſtendit, nonniſi de mythis hiſtoricis (vid. ad 1, 11. B.) cogitari poſſe, atque duo priora Euangelii Lucae capita continere commentarios, a Chriſti et Iohannis cognato conſcriptos, in Iohannis familia reſeruatos, atque a Luca receptos. Recte quoque

improbauit *Gablerus* eorum conatus, qui omnia e mythis philoſophicis illuſtrare contendunt, et obſervauit (vid. *Journal für theol. Literat.* B. 1. p. 398 ſq. *Journal f. auserleſene theol. Literatur* B. 2. p. 376.) in his capitibus, vt et in duobus Matthaei prioribus non omnia eodem modulo eſſe metienda, non omnes narrationes mythis philoſophicis eſſe annumerandas, ſed modo philoſophicos, modo hiſtoricos mythos admittendos eſſe, pluribus enim narrationibus, inprimis ſermonibus et hymnis, ſubeſſe traditiones ore propagatas.

COMMENTARIVS

IN

EVANGELIVM LVCAE.

CAPVT I.

1\. Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν κ. τ. λ.] *poſtquam multi conati ſunt hiſtoriam conſignare earum rerum, quarum de veritate inter nos conſtat.* ἐπειδήπερ id. qd. ἐπειδὴ, interprete Heſychio, *Palairetus* et *Albertius* ad h. l. πολλοὶ, in his non erant Matthaeus, Marcus et Iohannes, nam πολλοὶ discernuntur ἀπὸ τῶν ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτόπτων, Matthaeus autem et Iohannes fuerunt e numero τῶν ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτόπτων. ἐπιχειρεῖν notat, *ſuſcipere*, *ordiri*, *inchoare*, etiam *conari*, et adhibetur fere de magno conatu, qui fit in rebus arduis. Heſych. ἐπιχειρεῖ· τολμᾷ. vid. *Raphelius* Obſſ. Polybb. ad h. l. et *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. Saepius tamen etiam aliis verbis vt Lat. *conari*, *inſtituere*, otioſe iungitur, et de effectu rei ipſo vſurpatur, ita, vt faciat circumlocutionem verbi adiecti, vt ap. Aeſchin. Socr. 12, 12. ἐπεχείρησας εἰπεῖν. Xen. Cyr. 6, 2. 4. ἐπεχείρησε κατασκευάζειν ſcl. ἅρματα· Diod. Sic. pag. 146. C. Rhod. τῶν μεταγενεστέρων ἱστοριογράφων οἱ πρωτεύοντες τῇ δόξῃ τῆς μὲν ἀρχαίας μυθολογίας ἀπέστησαν, διὰ τὴν δυσχέρειαν, τὰς δὲ νεωτέρας πράξεις ἀναγράφειν ἐπεχείρησαν pro

ἀνέγραψαν. Polyb. 2, 37. γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν. Ioſeph. c. Apion. T. 2. p. 439. οἱ μέν τοι τὰς ἱϛορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς. v. *Palairetus*, *Krebſius*, *Münthius*, *Loesnerus* ad h. l. et ſic h. l. ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι poſitum eſt pro ἀνετάξαντο, *contexuerunt*, *conſcripſerunt*, neque de conatu ſcribendi, ſed de ipſa ſcriptione ſermo eſt. ἀνατάσσεσθαι ſignificat *ordinare*, *componere*, atque adeo ἀνατάσσεσθαι διήγησιν, *narrationem*, *hiſtoriam ordinare*, *contexere*, et cum h. l. v. 4. permutetur haec formula cum verbo γράφειν, ea reddi debet, *hiſtoriam conſcribere*, *literis conſignare*. πληροφορεῖσθαι proprie dicuntur *naues*, *quae plenis velis feruntur*, vt adeo πληροφορεῖσθαι ſit id. qd. πλήρεσιν ἱϛίοις φέρεσθαι, ſicut εὐθυφορεῖσθαι eſt *recto curſu ferri*, κυκλοφορεῖσθαι, *in orbem ferri*; v. *Flacii* Clau. Script. v. *plerophoria* et *Verpoortenii* diſſ. editae a *Fiſchero* (Lipſ. 1779. 8.) p. 121. hinc adhibitum eſt hoc verbum de *hominibus*, *qui ſummo ſtudio*, *ſumma contentione ad aliquid feruntur*, vt Eccleſ. 8, 11. vbi in verſione Alexandrina reſpondet Hebr. מָלֵא; tum translatum eſt ad *perfectionem quamlibet*, inprimis tamen vſurpatum de *hominibus*, *quibus firmiter ac certo perſuaſum eſt de re aliqua*, et de *rebus ipſis quae certae ſunt et indubitatae*, vt Rom. 4, 21. 2 Tim. 4, 17. Iſocrat. Or. Trapezit. p. 360. Steph. ἐμὲ δὲ πολλῶν ἀκουόντων ἔξαρνον πληροφορηθεὶς γεγενῆσθαι μηδὲν κεκτῆσθαι, *cum certo noſſet*, *me multis audientibus negaſſe*, *mihi quicquam poſſeſſionum eſſe*. Cteſiae Excerptt. c. 38. πολλοῖς οὖν λόγοις καὶ ὅρκοις πληροφορήσαντες Μεγάβυζον, *multis ſermonibus et iuramentis ad fidem Megabyzo faciendam adhibitis*. Heſychius: πληροφορία· βεβαιότης. Idem: ἐπιϛώθη· ἐπείσθη, ἐπληροφορήθη. Itaque h. l. πράγματα πεπληροφορημένα ſunt *res de quibus inter omnes conſtat*, *quarum certa eſt et indubitata fides*, *quae ſunt compertiſſimae*. Alii tamen verba πράγματα ἐν ἡμῖν πεπληροφορημένα vertunt, *res inter nos geſtae*, notant, πληροφορεῖσθαι, vt Hebr. מלא, cum de rebus, euentis ſermo ſit. ſignificare *euenire*. Sed deſide-

rantur exempla idonea, quibus haec significatio verbi comprobetur, nec interpretationi fauet orationis contextus. Nempe ea admissa, καθὼς v. 2. exprimi debet *prouti;* et sententia procedit haec: Postquam multi scripserunt de rebus inter nos gestis, prouti eas nobis (christianis) tradiderunt testes oculares; volui et ego de iis scribere, vt certam eorum, quae edoctus es, veritatem cognosceres. Quodsi vero illi de his rebus scripsissent, prouti eas tradiderant testes oculares, sane Theophilus ex illorum commentariis haurire potuisset certam harum rerum notitiam, et Lucae labor superuacaneus fuisset. Sed καθὼς est *quatenus* l. *quoniam.* v. *Kypkius* ad 1 Tim. 1, 3. et verba καθὼς παρέδοσαν κ. τ. λ. referri debent non tam ad formulam ἀνατάξασθαι διήγησιν, quam potius ad verba: περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, atque mens scriptoris haec est: postquam multi scripserunt de rebus quae nobis sunt compertissimae, quatenus eas nobis testes oculares tradiderunt; volui et ego etc. Ita vero Lucas, qui et de industria scripsit παρέδοσαν ἡμῖν, non παρέδοσαν αὐτοῖς, pro vrbanitate atque modestia sua, tacite innuere voluit, scriptores illos multas narrationes in commentarios suos recepisse, quae non niterentur auctoritate testium oculatorum, adeoque sublestae fidei essent.

2. καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν κ. τ. λ.] *quatenus eas nobis* (Christi sectatoribus, vt ἡμῖν v. 1.) *tradiderunt, qui ab initio testes oculares, et ministri rerum gestarum fuerunt.* παρέδοσαν, *tradiderunt*, nempe ore, *narrarunt*, opponitur enim παραδιδόναι h. l. verbis γράφειν et ἀνατάσσεσθαι διήγησιν, et si de scriptione sermo esset, alio verbo Lucas haud dubie vsus fuisset. ἀπ' ἀρχῆς non tantum ab initio muneris Christi, sed et inde a natalibus, a primis pueritiae ipsius annis, ἄνωθεν v. 3. ὑπηρέται τοῦ λόγου sunt *ii, qui partes quasdam in iis rebus gerendis habuerunt, qui ipsi interfuerunt rebus, tanquam pars aliqua,* vt adeo

Chriſti cognati, amici, apoſtoli et ſeptuaginta diſcipuli intelligantur. Etenim ὑπηρέται dicuntur etiam *miniſtri*, *ſocii*, vt ap. Xenoph. Anab. 1, 9. 10. κράτιστοι ὑπηρέται παντὸς ἔργου. Vocabulum autem λόγος eſt id. qd. πράγματα v. 1. et indicat *res geſtas*, vt v. 4. Theophraſt. Char. prooem. 4. τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον, *ſed convertam me ad rem ipſam.* Id. 8, 1. δοκῶ μοί σε εὐωχήσειν καινῶν λόγων, *videor mihi narrare tibi poſſe res nouas.* Aliis ὑπηρέται τοῦ λόγου ſunt *miniſtri, doctores euangelii*, et ad αὐτόπται e v. 1. repetunt πραγμάτων· Durius. vid. *Kypkius* et *Wolfius* ad h. l. αὐτόπται etiam referendum eſt ad τοῦ λόγου et ſignificantur *teſtes oculares rerum geſtarum.* Stob. Serm. 188. p. m. 627. τῆς δὲ πράξεως αὐτόπτης γενόμενος Κυάνιππος, ἑαυτὸν συγκατέσφαξε. v. *Palairetus* ad h. l. Caeterum *Storrius über d. Zweck d. Euangel. Geſch. u. Briefe Ioh.* p. 357. et *Marſhius* in *Anmerkk. zu Michaelis Einl.* Th. 2. p. 286. coniecerunt, commentarios illos v. 1. memoratos, habuiſſe inſcriptionem prolixam hanc: διήγησις περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου. Qua tamen coniectura parum probabili, idoneisque argumentis deſtituta, facile ſuperſedere poſſumus. vid. et *Vogelius üb. die Entſtehung d. drey erſten Evangelien*, in *Gableri Journal für auserleſene theol. Literat.* B. 1. p. 43.

3. ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι κ. τ. λ.] *viſum eſt mihimet ipſi, qui ab origine omnia accurate examinando aſſecutus eſſem, ea ad te ordine perſcribere, optime Theophile.* παρακολουθεῖν proprie notat, *pone* vel *iuxta ſequi aliquem, perſequi aliquem*, et idem eſt quod διώκειν· v. *Albertius* ad Heſych. T. 1. p. 1519. deinde per metaphoram ſignificat, *inquirere in aliquid, examinare, perſcrutari*, atque hinc, *poſt accuratam indagationem aſſequi et intelligere aliquid*, ita παρακολουθεῖν legitur ap. Strabon. 1, 5. Caſaub. Porphyr. de Abstinent. 1, 117. al. v. *Kypkius* ad h. l. et hoc po-

fteriori fenfu verbum παρακολουθεῖν etiam h. l. adhibitum extat, et profitetur Lucas, fe omnia ab origine inde poft accuratam indagationem affecutum effe et cognouiffe. Accurata enim rerum cognitio, vt bene *Kypkius*, praeeunte *Beza* monuit, Lucam mouere poterat, vt animum ad fcribendum appelleret, non autem fola inueftigatio; hinc non placet eorum fententia, qui h. l. παρακολουθεῖν fimpliciter vertunt, *examinare*, *inueftigare*, *confiderare*, quo fignificatu legitur ap. Theophr. Char. prooem. 4. Demofth. de Corona c. 53. Caeterum de varia vi ac poteftate huius verbi cf. *Raphelius* et *Segaarius* ad h. l. *Gatackerus* ad Antonin. 5, 5. p. 144. et *Reiskii* Ind. Demofth. h. v. ἄνωθεν, *prima ab origine*, *a principio inde*, id. qd. ἀπ' ἀρχῆς v. 2. vt ap. Herodi. 8, 6. 13. κατ' εὔνοιαν ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν. Philon. Vit. Mof. Tom. 2. p. 141. ἠρχαιολόγησεν ἄνωθεν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως· Iofeph. Ant. 15, 7. 8. φίλοι γὰρ ἄνωθεν ἦσαν. Demofth. c. Neaer. p. 737. ἄνωθεν διηγήσασθαι. Arrian. Diff. Epict. 2, 17. ἄνωθεν ἄρξασθαι. v. et *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 88. Alii ἄνωθεν explicant *denuo* (nempe παρηκολουθηκότι, *qui denuo examinaffem*), quae tamen fignificatio vocis rarior eft, extat ita Gal. 4, 9. Iofeph. Ant. 1, 18. 3. Sapient. 19, 6. v. *Bretfchneideri* Lex. in interpp. Grr. V. T. Spec. p. 39. Ipfum argumentum c. 1. et 2. fignificationem eam, quam primo loco pofuimus, propugnat atque tuetur. καθεξῆς eft *ordine*, *continua ferie*, *figillatim*, vt Act. 11, 4. Πέτρος ἐξετίθετο καθεξῆς, *Petrus omnia figillatim expofuit.* 18, 23. διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν, *omnem Galatiam*, *continua ferie*, *fingula Galatiae loca*, *peragrauit.* Sic etiam ἑξῆς occurrit ap. Zofim. 1, 50. Non poteft καθεξῆς de ordine temporis intelligi, vt recte monuerunt interpretes, eum enim non femper et vbique in commentariis fuis feruauit Euangelifta, fed explicari debet de ordine rerum, et profitetur Lucas, fe vitam Iefu omnem, fingulatim, in certas quasdam claffes diuifam defcribere velle. *Olearius* Obff.

in Matth. p. 11. καθεξῆς interpretatur *deinceps*, *postea*, et respici putat h. l. eos, qui primi scripserint, post quos, adeoque καθεξῆς, se scribere profiteatur Lucas. Sed vt probe monuit *Wolfius* in Curis ad h. l. Theophilo non tam exponendum erat, quod post caeteros illos scribat, quam potius, qua ratione in scriptione sua sit versaturus. κράτιστε Θεόφιλε, vid. Prolegg.

4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν] *vt certam cognosceres eorum, de quibus edoctus es, veritatem.* Vocabulum λόγος etiam h. l. vt v. 2. nonnulli intelligunt *de doctrina christiana*, et verba περὶ ὧν κατηχήθης λόγων interpretantur: *doctrinam, quam edoctus es, vt eo certius cognosceres.* Verum vt Theophili doctrinae christianae scientia confirmaretur et adaugeretur, non opus erat, vt Lucas omnia ab initio vsque ad finem, quae de Iesu vita ac factis certa et explorata erant, congesta, sigillatim perscriberet. Hinc alii vocabulum λόγοι, vt v. 2. explicuerunt de *rebus gestis*, et κατηχεῖσθαι *fama edoceri, audire*, quo sensu κατηχεῖσθαι, ita vt de rebus sermo sit, interdum legitur. v. *Kypkius* ad h. l. Verba igitur reddenda censuerunt: *vt quas fama, incerto rumore perceperis res, eas certius cognosceres*, et inde collegerunt, Theophilum, tunc temporis cum Lucas scriberet, nondum e numero sectatorum Christi fuisse. Sed κατηχεῖσθαι, vt sit, *fama edoceri, audire, percipere*, de personis quidem occurrit, vt Act. 21, 21. 24. al. perraro autem de rebus; prima potius ac propria verbi significatio est *edoceri*, et quidem *viua voce edoceri*, Act. 18, 25. Rom. 2, 18. 1 Cor. 14, 19. Gal. 6, 6. al. Hesychius: κατηχούμενος, διδασκόμενος. Phauorinus: κατηχήθησαν, ἐδιδάχθησαν· neque vlla adest idonea ratio, quae nos commouere possit, vt ab ea h. l. recedamus, confirmatur potius verbo γράφειν, quod τῷ κατηχεῖσθαι opposuit Lucas. Nempe prima ac praecipua pars institutionis eorum qui ad Christi signa sese conferrent, vt ex Actis constat,

posita erat in breui enarratione factorum fatorumque Christi, v. Act. 10, 36 sqq. 13, 16 sqq. al. add. *Ziegleri Ideen üb. d. Ursprung der drey ersten Evangelien* in *Gableri Neuest. theol. Journ.* B. 4. p. 430. atque de hac prima institutione historica, quae viua voce fiebat, et sine scripto, etiam h. l. sermo est, vt iam acute viderunt *Erasmus*, *Grotius*, alii, add. *Heumanus*, *Wolfius* ad h. l. et *Vogelius* l. c. p. 40 sq. Ostendit ergo Lucas, se velle a prima inde origine, et accurate, et sigillatim perscribere omnia de vita, factis et fatis Iesu Christi, quo Theophilus et plenius, et certius, et accuratius cognosceret ea (τοὺς λόγους), quae ante baptismum nimis breuiter atque succincte ei enarrata fuissent. Caeterum, haec praefatio, quam Lucas Euangelio suo praemisit, continet, vt iam supra innuimus (ad v. 1.), vrbanam reprehensionem eorum, qui ante ipsum de rebus I. C. scripserant. Hoc satis euidenter docent verba: ἄνωθεν, ἀκριβῶς, καθεξῆς, ἀσφάλεια. Scribere volebat Lucas omnia sigillatim, ab origine inde, ἄνωθεν, καθεξῆς, ergo commentarii illi non omnem historiam Iesu continebant, fragmentis constabant, nimia breuitate laborabant. Perscribere volebat ea, quae post accuratam indagationem, vera ac certa esse didicisset, (ἔδοξε — παρακολουθηκότι — πᾶσιν ἀκριβῶς — γράψαι v. 3.) vt cognosceret Theophilus certam veritatem eorum, quae edoctus esset (ἵνα ἐπιγνῷς — τὴν ἀσφάλειαν v. 4.); ergo continebant commentarii illi narrationes quae subiestae essent fidei, neque ex iis peti poterat certa et accurata vitae Christi notitia.

5. Oratio, quae hactenus fuerat bene Graeca, repente nunc fit tota Habraico-Graeca. Quae quidem scripturae varietas inde explicari potest, quod fontes, e quibus Lucas historiam suam deriuabat, erant libri Syro-chaldaico sermone conscripti. v. Prolegg. in Luc. et in Matth. ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου κ. τ. λ.] aetate Herodis,

regis Iudaeae, viuebat ſacerdos quidam, nomine Zacharias, ex claſſe Abiae, qui vxorem habebat Eliſabetham, ex Aaronis familia oriundam. ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου, vid. not. ad Matth. 2, 1. et *Fiſcheri* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 424. ἐφημερία proprie eſt *functio, quae vnum diem durat.* Heſychius: ἐφημερία, ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία· cum autem ἡμέρα more Hebraeorum ab interpp. Alexandrinis et N. T. ſcriptoribus, etiam de tempore quouis vſurpari ſoleat, hinc factum eſt, vt ab iisdem vocabulum ἐφημερία latiori ſignificatu poneretur, de *cultu publico a ſacerdotibus, mutata in ſingulas hebdomadas vice, peracto*, vt 2 Chron. 13, 10. vbi in textu Hebraico eſt מְלָאכָה. Lex. Cyrilli: ἡ λειτουργία τῆς ἑβδομάδος· atque per metonymiam vſurparetur quoque, *de ipſa ſacerdotum claſſe, qui in ſingulas hebdomadas ſacerdotali munere fungebantur*, vt h. l. et 1 Chron. 28, 13. Nempe Dauides diſtribuerat ſacerdotes in XXIV claſſes, quae per vices ſingulae ſuas, ſacris per integram dierum hebdomadam operabantur, functione incipiente a ſabbato et deſinente in ſequens ſabbatum. Claſſis autem Abiae inter illas octauo ordine erat. vid. 1 Chron. 24 (25), 10. Ioſeph. Ant. 7, 15. 7. add. 2 Chron. 8, 14 Neh. 13, 30. ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας] fuerunt plures, qui putarent Zachariam ſacerdotis ſummi perſonam et partes ſustinuiſſe, atque feſto expiationis magnae, (quod in diem decimum menſis Tisri incidebat) tunc temporis celebrato, ſuffiendi officio in Sancto Sanctorum perfunctum fuiſſe. At Zacharias non dicitur ἀρχιερεύς, ſed ἱερεύς, et additum legitur pronomen τίς· Sacerdoti ſummo ſolennis illa ſuffitus faciendi cerimonia citra ſortem ex officio incumbebat; Zacharias autem ex ordine Abiae, qui erat ordo ſacerdotum vulgaris, per ſortitionem miniſterio ſuo fungebatur v. 8. 9. eſt ergo h. l. ſermo de ſuffitu quotidiano, adolendo ad aram in Sancto, per ſacerdotem gregarium, cui functio iſta ſortito obtigerat; neque Ioſephus inter pontifices maximos illorum temporum Zachariam numerauit. v. Ioſeph. Ant. 20, 10. T.

1. p. 978. ed. Haverc. et *Witsii* Miscell. Sacr. T. 2. p. 373. *καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών*] Iohannem non modo patrem habuisse sacerdotem, sed etiam matrem sacerdotis filiam, propterea notatum est, vt appareret, generosa stirpe ortum esse Iohannem. Hinc etiam Ioseph. de sui ipsius vita 1. *ἐμοὶ δὲ γένος ἐστιν οὐκ ἄσημον, ἀλλ᾽ ἐξ ἱερέων καταβεβηκός· ὥςπερ δὴ παρ᾽ ἑκάστοις ἄλλη τίς ἐστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτως παρ᾽ ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος.* vid. et *Wetstenius* ad h. l. et ad v. 36. *Grotius* ad h. l. et *Deylingius* Obss. S. P. 2. p. 61 sq.

6. *ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*] *ambo erant vere probi.* Sic Cornelius Act. 10, 22. dicitur *ἀνὴρ δίκαιος·* Simeon infra 2, 25. *ἀνὴρ δίκαιος καὶ εὐλαβής·* Iohannes Marc. 6, 20. *ἀνὴρ δίκαιος καὶ ἅγιος.* Phavorinus: *δίκαιος ὁ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχων.* Formula autem *ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*, *iudice Deo*, adiectiuis iuncta, indicat, aliquem esse vere talem, qualis esse dicitur, vt infra v. 15. *μέγας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*, *vere magnus.* add. Act. 8, 21. Quae ratio loquendi Hebraica est. Gen. 10, 9. de Nimrodo: *erat venator* לִפְנֵי יְהוָה, *coram Ioua* i. venator excellens. Gen. 7, 1. Deus Noacho dixisse legitur: כִּי־אֹתְךָ רָאִיתִי צַדִּיק לְפָנַי, *nam te vere probum cognoui.* v. *Vorstius* de Hebraism. p. 399 sqq. et *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 90. Explicationis caussa h. l. additur: *πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς κ. τ. λ.* *omnia praecepta atque statuta Dei sequebantur irreprehensi* i. obseruabant ea quam diligentissime. Vocabula *ἐντολαὶ* et *δικαιώματα* sunt mere synonyma, vt Gen. 26, 5. *ἐφύλαξε τὰ προςτάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου.* 1 Macc. 1, 13. *δικαιώματα* et v. 14. *τὰ νόμιμα.* Suidas: *δικαιώματα, νόμος, ἐντολαί.* Verba autem *περιπατεῖν* et *πορεύεσθαι*, adhiberi de vitae institutis, studiis, moribus, viuendi consuetudine. et respondere verbis *ζῆν* atque *βιοῦν*, tralaticium est.

7. *καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον κ. τ. λ.*] *carebant prole, cum Elifabetha fterilis effet, et ambo iam fenilem aetatem attigiffent.* *προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν·* locutio Hebraica. Hebraei enim de aetate prouectioribus adhibere folent formulam בָּאִים בַּיָּמִים, v. Gen. 18, 11. vbi fermo eft de Abrahamo et Sara. Interpretes Alexandrini ibi habent *προβεβηκότες ἡμερῶν*, qui iidem interpretes Iof. 1, 23. בָּא בַּיָּמִים expreſſerunt *προβεβηκὼς ταῖς ἡμέραις*. Graeci fcriptores vtuntur hanc in rem formulis *προβαίνειν τῇ ἡλικίᾳ*. v. Lyfias Orat. 24. p. 412. ed. Tayl. *προβαίνειν τὴν ἡλικίαν*, v. Diod. Sic. p. 586. C. Rhod. Herodi. 2, 7. 7. *κατὰ τὴν ἡλικίαν*, v. Polyb. Hift. 15, 29. *ταῖς ἡλικίαις*, v. Diod. Sic. p. 379. B. et verbo fimplici *προβαίνειν*, v. Lucian. Nigr. T. 1. p. 64. Herodo. 2, 27. Euftath. ad Hom. Il. ψ'. p. 1461. 24. *κυρίως δὲ προβεβηκέναι ἐπὶ τῶν ἐν ὁδῷ ἢ δρόμῳ προβαινόντων· ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ἡλικίᾳ καὶ ἁπλῶς χρόνῳ προβεβηκέναι τις λέγεται.* Suidas: *προβεβηκόσι· παλαιοτέροις.* vid. *Vorftius* de Hebraifm. p. 110. *Münthius* et *Wetftenius* ad h. l.

8 — 10. *Cum aliquando, in ordine claffis fuae facris operaretur in templo, pro more muneris facerdotalis, thuris adolendi partes fortitus, Sanctuarium ingreffus eft.* *ἱερατεύειν* eft omnino, *facerdotali munere fungi*, *partes facerdotis agere*, Hebr. כִּהֵן, Ex. 28, 1. 3. Num. 3, 3. 4. *ἔναντι τοῦ Θεοῦ*, *coram Deo*, i. in templo. Templum enim Iudaeis erat Dei his in terris domicilium. v. Pf. 68, 6. 17. 31, 21. al. — 9. *ἔλαχε* fcl. *τὸν κλῆρον*, quae plena formula legitur Act. 1, 17. varia autem erant in templo facerdotum munera, eaque omnia forte affignari folebant. vid. *Relandi* Antiqq. Hebrr p. 193. *Witfius* Mifcell. S. T. 2. p. 381. *Wetftenius* atque *Lightfootus* ad h. l. *τοῦ θυμιάσαι*] bis quotidie thuris adolendi officio perfungi debebat facerdos matutino et vefpertino tempore, v. Exod. 30, 7. 8. h. l. pofterius tempus intelligendum videtur. Per *τὸν ναὸν τοῦ κυρίου* intelligitur *Sanctum*,

Sanctuarium, τὸ ἅγιον, ſolis ſacerdotibus patens, v. Exod. 30, 7. quod etiam 1 Regg. 6, 5. vocatur הֵיכָל, nam in ipſo ναῷ erat altare ſuffitus, v. Ex. 40, 21 ſqq. et not. ad Matth. 23, 35. — 10. ἦν προσευχόμενον] *precabatur.* Dum ſacerdos ſuffitum offerebat, populus, extra Sanctum, in atriis, ἔξω, ſubmiſſa voce orabat. v. *Hammondus* ad h. l. et *Deylingius* Obſſ. S. P. 3. p. 343 ſq.

11. ὤφθη δὲ αὐτῷ — θυμιάματος] *ibi apparuit ei genius coeleſtis, ſtans ad dextram arae ſuffitus.*

A) Quae h. l. de apparitione genii coeleſtis leguntur, ea proprie accipienda eſſe, interpretum antiquiorum et recentiorum plurimi ſtatuerunt. Haud pauci tamen noſtra aetate, rem omnem h. l. expoſitam mythis vel hiſtoricis vel philoſophicis (vid. ad Matth. p. 105.) annumerandam eſſe cenſuerunt, argumentis ducti potiſſimum his: 1) genius ille coeleſtis in colloquio cum Zacharia atque Maria v. 32 ſqq. inſtituto, ſecutus eſt ſolennem tunc temporis Iudaeorum de Meſſia apparituro, eiusque regno cogitandi et loquendi conſuetudinem. a. Reſpondent, qui ſingula verba premunt, et omnia proprie capiunt: legatum illum diuinum opinionibus Zachariae atque Mariae aeque ſe accommodaſſe et accommodare debuiſſe, vt ſerius ipſe Chriſtus, pro ſapientia ſua ſe accommodarit, et accommodare debuerit opinionibus Iudaicis de Meſſia, eiusque regno. 2) Nomen Hebraicum angeli, Γαβριὴλ, eſt figmentum Iudaicum. Ros Haſſana f. 56. 4. *R. Simeon* f. *Lakis dixit: Nomina angelorum aſcenderunt in manum Iſraelis ex Babylone.* vid. *Wetſtenius* infra ad v. 19. Iudaei angelis eiusmodi nomina imponere ſolebant, quae reſponderent miniſteriis, negotiis iis, quae ex eorum mente, angelis a Deo demandata eſſent, coll. Dan. 8, 16. 10, 21. Sic etiam angelus, qui Zachariae atque Mariae apparuiſſe fertur, vtpote nuntius documenti poten-

tiae diuinae dictus est Γαβριὴλ h. e. *vir, minister Dei.* b. Huic argumento, *Langius üb. die psychologisch-histori-sche Erklärungsart der N. T. Wunderbegebenheiten* in *Süskindii Magazin für Dogmatik und Moral* St. 9. p. 139. opposuit haec: Genius ille coelestis, qui cum Zacharia, sacerdote Hebraeo, loqueretur, perquam apposite, et ad veritatem accommodate se ipsum nomine Γαβριὴλ signabat, cum esset nuntius documenti potentiae diuinae, atque legatus Dei. Si ex hoc Hebraico nomine colligi posset, non vere apparuisse Zachariae genium, neque de Deo, mundi gubernatore, dici posset, eum mediate populi Iudaici fata rexisse, cum ei quoque Iudaei Hebraica nomina dederint, et ipse sibi eiusmodi nomina imposuisse, in literis sacris legatur. 3) Genius coelestis, si Zachariae apparuisset, modestam hominis, qui sibi a fraudibus cauere vellet, quaestionem: κατὰ τί γνώσομαι ταῦτα; non indigne tulisset, sed potius laudasset cautionem et prudentiam ab eo adhibitam. v. *Paulus Kommentar* Th. 1. p. 12. — c. *Langius* tamen l. c. p. 140. obiecit: Zachariae persuasum fuisse, se videre genium coelestem, coll. v. 12. ineptam ergo et temerariam, neque vllo pacto probandam et laudandam fuisse postulationem σημείου praeterea facile ab eo ferri potuisse loquelae iacturam, cum ea non perpetua, sed et coniuncta fuisset, cum spe certa et laeta ipsum votorum suorum compotem fore. 4) Commode ac facile res omnis explicari potest ex cogitandi et sentiendi ratione Iudaeorum, ex opinionibus et notionibus tunc temporis vsitatis et solennibus, vt adeo non opus sit cogitare de genio coelesti, qui Zachariae vere apparuerit.

B) Admittendum esse h. l. mythum, eundemque historicum, ita, vt res in facto posita Iudaico more exornata sit, praeter alios contendit nuperrime *Paulus* in *philologisch-krit. Kommentar* ad h. l. locumque omnem hunc fere in modum interpretatus est: Iam dudum Za-

charias fruſtra ſibi optauerat filium. Aliquando thuris in templo adolendi partes ſortitus erat, quae actio ſymbolica ſignificabat, ſacerdotis et populi preces, thuris inſtar, ad Dei thronum aſcendere. Reuerentiae plenus Sanctum, in quo altum ſilentium regnabat, ingrediebatur, ad aram ſuffitus, quae prope a Sancto Sanctorum collocata erat, accedebat, et odores ſpargebat; quo facto precabatur, et inter alia etiam precibus ardentibus a Deo petebat filium. Dum igitur precibus et meditationibus piis vacabat, ſubito per fumum, ad dextram arae, genium coeleſtem conſpicere opinabatur, quem diuinitus miſſum putabat, vt nuntium exoptatum afferret, preces ſuas a Deo eſſe exauditas, et Eliſabetham vxorem parituram eſſe filium. Varii generis cogitationes, cum Zacharias ante oculos verſari cerneret genii coeleſtis ſpeciem, in animo ipſius ſuboriebantur, quas genii voces eſſe putabat. In ἐκςάσει enim (vid. ad Matth. p. 102.) angeli loquentis voces percipiebat, eique reſpondebat. Conceperat quidem Zacharias, cum genii coeleſtis imago ei ſeſe obtuliſſet, ſpem laetam, Deum precibus ſuis ſatisfacturum eſſe; attamen mox dubitabat, an ſpei conceptae euentus reſponſurus eſſet, cum ipſe iam conſenuiſſet, et vxor, hactenus ſterilis, etiam aetate prouectior eſſet, etſi caeteroquin vtrique nondum ad eam ſenectutem perueniſſent, vt ſobolis procreatio iis pro re conclamata habenda eſſet, ſic enim prorſus ineptae fuiſſent Zachariae preces. Dubitatio autem illa de euentu ſpei conceptae vix animum Zachariae hominis pii ac religioſi ſubierat, et dixerat: vnde id verum intelligam? ſiquidem et ipſe conſenui, et vxor mea aetate eſt prouectior (v. 18.): cum reputaret, ſe hoc modo in Deum peccaſſe, et poena dignam eſſe dubitationem ſuam. Poenam igitur ſibi ipſe imponebat: plus iuſto locutus es, immodeſta ac temeraria tua quaeſtio erat, ſine loquela eſto, vsque ad tempus illud, quo haec euentura ſint. Itaque linguae vſu abſtinebat, non audebat loqui, ſed ſe mutum ſimulabat. Spe autem laetiſſima fretus ad

vxorem reuertebatur, et Elifabetha, altera Sara, ei procreabat filium. Quae Lucas de Zacharia linguae vfu priuato attulit, ea *Gablerus* im *Journal für theol. Literat.* B. 1. p. 402. ita quoque intelligi poffe autumat: gaudio, metu plenus, et perturbatus Zacharias e Sanctuario egreffus, non poterat loqui, hoc fibi ipfe ita explicabat, non licere fibi lingua vti, vsque dum filio nafcituro nomen imponendum effet. Quae quidem huius περιςάσεως interpretatio, faltem facilior eft illa, quam *Paulus* propofuit.

C) Sed contra omnem loci noftri explicationem a *Paulo* allatam plura monuerunt interpretes alii; *a.* Zachariam atque ipfius vxorem fumma fuiffe fenectute, aperte docet contextus, nam v. 7. legitur: καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν· tanquam infigne documentum potentiae Dei v. 36. notatur, quod Elifabetha ἐν τῷ γήρᾳ αὐτῆς grauida facta fit; fignum poftulat Zacharias, e quo cognofcat angelum verum dixiffe addita cauffa hac: ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς v. 18. et eadem formula, quae h. l. ad fignificandam Zachariae fenectam vfurpata legitur, eadem infra 2, 36. de Anna, quatuor et octoginta annos nata recurrit: αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς· Lucas igitur verbis v. 7. rem adhuc maiori admiratione dignam reddere voluit. Neque exinde quod Zacharias in precibus fuis fibi expetiuerit filium, confequitur, eum non fuiffe fenem grandaeuum. Zacharias enim erat Iudaeus, Iudaei auidi erant miraculorum, libri eorum facri perplures continebant narrationes rerum exfpectationem omnem fuperantium, et vel Abrahami exemplum in Zachariae animo excitare et alere fpem poterat fore, vt ipfi quoque in fenectute contingeret filius. Erat ergo Zacharias fenex grandaeuus, fed feni grandaeuo non facile vifum in ecftafi continget. Quodfi vero etiam concedere vellemus, Zachariam non fuiffe fenem grandaeuum, fenex tamen fuit, id quod ipfe *Paulus* concedit, in fenectute

autem vis phantafiae non adeo magna et viuida eft, et nonnifi re intercedente extraordinaria excitatur. (At vocabulum πρεσβύτης haud raro ampliore fignificatione legitur; de Anna quidem 2, 36. adhibetur formula προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις, fed additur etiam vocabulum πολλαῖς, vid. not. ad v. 18. exinde quod dubitauerit Zacharias, an fpei conceptae euentus refponfurus fit, cum ipfe confenuiffet, et vxor aetate prouectior, hactenus fterilis fuiffet, non fequitur Zachariam fenem fuiffe imbecillum atque decrepitum; in cruda vegetaque fenectute etiam vis phantafiae acris effe poteft et viuida.) — *b.* Plura tunc temporis congruebant, vt *Paulus* ait, quae facerent ad excitandam Zachariae phantafiam, ita, vt mente alienata vifionem videret: fuffimenta adolendi negotium inprimis honorificum erat, fuffimenta facra populi et facerdotis preces adumbrabant, ingrediebatur Sanctuarium, in quo altum regnabat filentium, quod conterminum erat Sancto Sanctorum, vbi Deus fingulari modo praefens putabatur. Verum enimuero haec omnia facerdoti feni non erant noua et infolita, fi ea vim habuiffent Zachariam extra fe rapiendi, eueniffet id potius cum ei florens et integra aetas effet. (At res externae non femper eodem modo fenfus animumque cient et mouent, non quotidie, nec nimis crebre, fed rarius fingulis facerdotibus thura adolendi obtingebat prouincia, cum XXIV effent facerdotum claffes, et in minifterio quotidiano omnia forte diftribuerentur facerdotibus atque Leuitis; fieri etiam potuit, vt Zachariae tunc temporis prima vice munus, in Sanctuario odores fpargendi et preces ad Deum pro falute populi mittendi obtigerit.) — *c.* Si Zacharias re vera mutus non factus effet, fed id tantum fimulaffet, non apparet, quomodo id ei inftar figni effe debuiffet, eodem modo quo angelus eum mutum facere potuiffet, etiam verum ipfi praedicere potuiffe. *Pauli* fententiae aduerfantur etiam verba σιωπῶν ἔσῃ, quae explicantur v. 20. μὴ δυνάμενος λαλῆσαι et v. 22. οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς, διέμενε

κωφὸς, coll. v. 64. 65. Zachariam non vere mutum fuiſſe, exinde apparere *Paulus* contendit, quod tum Zacharias ſtatim abdicare debuiſſet munere ſuo, v. Leuit. 21, 17 ſs. ſed v. 23. diſertis verbis legi, Zachariam *peracto demum muneris ſacerdotalis tempore*, relictis Hieroſolymis, in oppidum rediiſſe, in quo domicilium habe-ret. At enimuero illo ipſo die officium ſacerdotale Zachariae peragendum peractum erat, et in negotio thura in Sanctuario adolendi per vices ſibi ſuccedebant ſacerdotes, ita, vt ſingulis diebus alius, quem ſors deſignaſſet, (v. *Paulus* ad h. l.) hoc negotio perfungeretur; nihilominus tamen Zacharias in templo remanere debebat, vsque dum claſſis Abiae templum relinqueret, et alia claſſis ſuccederet. *d.* Qui h. l. de mytho philoſophico cogitant, de quorum ſententia etiam infra dicetur, obiiciunt: quae h. l. leguntur, ea eueniſſe dicuntur, praeſente magna populi multitudine; ſic vero non intelligitur, quomodo Synedrium Hieroſolymitanum, v. Ioh. 1, 19 ſſ. Iohannem baptiſtam per legatos interrogare potuerit, *quisnam eſſet?* neutiquam ergo h. l. cogitandum eſt, de vera apparitione angeli, aut de traditione, cui res in facto poſita ſubſit, verum narratur fabula. Sed conferantur ea quae a nobis ad Ioh. 1, 20. notata ſunt.

D) Apponimus aliam loci interpretationem, in nonnullis tantum ab illa *Pauli* recedentem. Eo tempore quo Iohannes et Ieſus naſcebantur, Iudaei exſpectabant, breui appariturum eſſe Meſſiam, v. ad Matth. 2, 1. Die quodam Zachariae, qui aetate prouectus et ſine prole erat, ſors aſſignauerat thura in ſanctuario adolendi prouinciam. In ſanctuario non tantum odores ſpargere, ſed etiam pro ſalute populi precari debebat. v. *Grotius* ad h. l. *Witſius* in Miſcell. Sacr. T. 2, p. 383. Iam dudum optauerat ſibi Zacharias filium, eumque a Deo efflagitauerat, ſed nondum hactenus in Sanctuario, loco Sancto Sanctorum contermino, haec ſua vota Deo commendauerat. Illo

igitur die, cum in Sanctuario odores sparsisset, et pro populi salute precatus esset, Deum etiam ardenter et enixe rogabat, vt filium daret. Subibat quidem etiam animum Zachariae dubitatio, an votis ac desideriis suis potiri posset, cum ipse iam consenuisset, et vxor hactenus sterilis, etiam aetate prouectior esset, attamen benignitatis et potentiae Dei recordatus, hanc dubitationem reprimebat, et vouebat, si filius sibi contigisset, se hunc filium suum Iohannem vocaturum, et Deo consecraturum esse, ita, vt ille Nasiraeorum mores et instituta per omnem vitam sequeretur, et optabat ac precabatur, vt filius quoque suus, aliquando, dotibus Eliae instructus, populum praepararet ad amplectendum Messiam breui venturum. Dum igitur precibus et meditationibus piis vacabat, subito ei sese offerebat species quaedam, et genium coelestem se videre putabat. Hoc inopino visu perterritus atque percussus, hemiplexia capiebatur, cumque ad se rediisset, linguae vsu priuatus erat. Zacharias autem rem sibi ita explicabat, genium coelestem fuisse nuntium, qui ipsum certiorem faceret, Deum preces suas exaudiuisse, et se ab angelo illo, quod dubitasset, an votis suis potiturus esset, adeoque in Deum peccasset, mutum redditum esse. Euentus Zachariae votis respondebat, Elisabetha procreabat filium, et Zacharias linguae vsum recipiebat. v. ad v. 63. Zacharias, quae ipsi in templo euenerant, et quomodo sibi rem explicuerat, vt et precum suarum argumentum, ipse literis consignasse videtur, et auctor fragmentorum Euangelii infantiae Iesu, in cuius manus illae literae venerant, narrationem ita exornauit, vt ea hoc loco exornata legitur.

E) Alii denique etiam hunc locum vt Matth. 1, 18. putarunt continere mythum philosophicum, ortum ex opinionibus et notionibus de Messiae praecursore, tunc temporis vsitatis et solennibus, atque Malachiam 3, 24. aduentum Eliae praecursoris Messiae praedicentem, occa-

ſionem dediſſe, natiuitatem Iohannis baptiſtae, magni nominis viri et Chriſti praecurſoris, euentis mirabilibus inuoluendi. vid. *Henkſi Magazin f. Religionsphiloſophie, Exeg. u. Kirchengeſch.* B. 5. p. 146 ſqq. *Beyträge zur Aufklärung üb. die erſten Kapp. im Matth. u. Lucas*, et *Ammonii* Opuſcc. Noua p. 36. Cf. quae a nobis diſputata ſunt in Prolegg. §. 6. extr.

12 — 15. *Φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν*] *metu perculſus eſt*, locutio Hebraica, Ex. 15, 16. תִּפֹּל עֲלֵיהֶם אֵימָתָה וָפַחַד. Iudith. 15, 2. *ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς Φόβος καὶ τρόμος.* — 13. *καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην, cui Iohannis nomen imponere debes.* v. ad Matth. 1, 21. *Ἰωάννης*, Hebr. יְהוֹחָנָן 1 Chron. 26, 3. *Deo gratioſus*, qui Dei fauore gaudet; compoſitum eſt nomen ex חָנַן *gratioſus fuit*, et יהוה. *Alberti* Gloſſ. Gr. *Ἰωάννης· ἐν ᾧ ἐστιν ἡ χάρις.* — 14. *ἔσται χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις*, *eo maximopere gaudebis.* Pro *γεννήσει* cum optimis diuerſarum recenſionum codd. legendum eſt *γενέσει.* — 15. *μέγας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*] *vere magnus.* vid. not. ad v. 6. *μέγας*, גָּדוֹל Hoſ. 1, 11. *illuſtris, celeber, magna auctoritate pollens.* Herodi. 1, 6. 17. iunguntur *μεγάλοι καὶ ἔνδοξοι.* Schol. ad Ariſtoph. Veſpp. 67. *μέγας, οὐ τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐξουσίᾳ καὶ σεμνότητι.* Sic Latini *magnus* ponere ſolent pro *celeber*; *nobilis.* v. Obſſ. Miſcell. T. 1. Vol. 1. p. 102. *οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ*] *vino et ſicera abſtinebit*: *σίκερα* reſpondet Hebraeorum שֵׁכָר quod Alexandrini Leuit. 10, 9. Num. 6, 3. Aquila et Symmachus Pſ. 68, 13. Ieſ. 5, 11. hoc ipſo nomine Graeco expreſſerunt, et ſignificat *potum inebriantem quemlibet*; ſpeciatim, vinum non ex vuis confectum. Heſychius: *σίκερα· οἶνος συμμιγὴς ἡδύσμασιν, ἢ πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλου δὲ σκευαστὸν, συνθετόν.* Solebant Orientales inprimis e dactylis et ſucco palmarum potum inebriantem conficere. Plin. H. N. 14, 19. *fiunt vina et e pomis: primumque e palmis, (quarum Palaeſtina feraciſſima fuit), quo Parthi*

et Indi vtuntur, et Oriens totus. vid. et Hieronym. ad Ief. 9, 10. *Spanhemius* de V. et P. N. Diff. 4. p. 332. *Relandi* Diff. Mifc. P. 2. p. 301. *Rofenmüllerus* in Scholiis ad Leuit. 10, 9. Nafiraei, vino et potu quouis inebriante abstinere, vitamque duram et feueram agere debebant, quamdiu votum eorum duraret. v. Num. 6, 3 fqq. Itaque h. l. verbis οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ fignificatur: Nafiraei votum nuncupabit, Nafiraeorum vitam duram et feueram fequetur. Qui Nafiraei votum nuncupabant, per tempus aliquod hoc modo fe Deo confecrare folebant, h. l. autem fermo eft de voto Nafiraei in omnem vitam fuscepto, ficut Samuel quoque et Simfon Deo in perpetuum confecrati erant. vid. 1 Sam. 1, 11. Iudd, 13, 5. καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται] *donis fingularibus, eximiis ingenii animique dotibus inftructus erit.* Nil amplius. Vid. not. ad Matth. 3, 16. p. 98 fq. add. infra v. 44. ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, *inde a puero*, Hebr. מִבֶּטֶן אִמּוֹ Ief. 48, 8. 49, 1. 5. Pf. 71, 6. a primo vitae ipfius tempore apparebit, Deum adeffe huic puero, fingulari modo ei fauere. ἔτι id. qd. ἤδη. v. *Raphelius*, *Palairetus* et *Kypkius* ad h. l.

16. ἐπιστρέψει ἐπὶ κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν] *ad dominum Deum ipforum reducet.* ἐπιστρέφειν transitiua fignificatione, vt h. l. pofitum, proprie notat, *facere, vt quis reuertatur, reducere aliquem*, et refpondet Hebr. הֵשִׁיב; deinde vero etiam metaphorice adhibetur, de mentis animique emendatione, ita, vt fit, *corrigere, emendare aliquem*, fic h. l. legitur, Iac. 5, 19. Sir. 5, 4 fqq. 18, 15. aliisque in locis pluribus. Senfus ergo eft: corriget mores multorum Ifraelitarum, plures popularium fuorum ad veram erga Deum pietatem, virtutisque non fucatae ftudium reuocabit.

17. καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ] *ipfe praeibit illum.* In explicandis hisce verbis magnopere inter fe

dissentiunt interpretes. Ac plurimi quidem, a) cum v. 16. praecesserint verba ἐπὶ κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, formulam ἐνώπιον αὐτοῦ, ad illa ipsa verba referunt, et Messiam h. l. Deum Iudaeorum vocari contendunt. Haec ratio si admittitur, cum nonnullis statuendum est, vocabulum Θεὸς eo sensu adhibitum esse, quo ab Hebraeis nomen אלהים de regibus, iudicibus, quos his in terris Dei vicem gerere crederent, et de ipso Messia vsurpatum sit. v. Ps. 82, 6. 7. 45, 7. 8. 110, 1. Ioh. 20, 28. ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου, מרי ואלהי, vt adeo Θεὸς sit, Messias, rex, qui Dei vicem gerit. b) Alii verba κύριον τὸν Θεὸν (ad quae pronomen αὐτοῦ referunt) vt vocabulum κύριος v. extr. de Deo, non de Messia intelligunt. Notant, in libris V. T. cum describantur tempora felicia, tempora quibus Deus homines singularibus et summis beneficiis ornaturus sit, prophetas vti solere imagine hac: Deus ipse in has terras veniet, auxilio suo praesentissimo hominibus aderit; hanc imaginem adhibitam esse Ies. 40, 3 sqq. et Mal. 3, 1. 4, 5. 6. ad accuratius describendam felicitatem temporum, post exilium Babylonicum, hanc eandem imaginem etiam h. l. et infra v. 76 sqq. recurrere, vtroque loco sermonem esse de temporis Messiani felicitate et respici locum Mal. 4, 5. 6. Verba igitur: αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ explicant: Deum et Messiam tanquam legatus praeibit, negotii diuini per Messiam perficiendi praeco erit. v. *Eckermani theol. Beyträge* St. 1. p. 157. et eiusdem *Handbuch d. christl. Glaubenslehre* B. 2. p. 533 sqq. Attamen haec interpretatio verborum nostrorum nimis quaesita videtur, nec ei fauet locus parallelus v. 76 sqq. vbi verba προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προςώπου κυρίου et ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, nonnisi contorte de Deo ipso explicari possunt; et si auctor, qui genium loquentem induxit, verba ita intelligi voluisset: Deum et Messiam tanquam legatus praeibit, cum Elias h. l. commemoratus a Iudaeis putaretur ac diceretur Messiae praecursor, (Matth. 17, 10. Marc. 9, 11 sqq. Luc. 7, 27. Matth. 3, 3. Ioh.

1, 23 fqq.) fcripfiffet potius, ἐνώπιον τοῦ Κυρίου καὶ τοῦ Χριςοῦ αὐτοῦ· coll. Mal. 3, 1. c) *Boltenius* vertit: *Mit Elias Geist und Gaben befonders verfehen, wird er hervortreten*, dotibus Eliae vere inftructus prodibit, vt ἐνώπιον αὐτοῦ fcl. τοῦ Θεοῦ eodem fenfu accipiatur, quo fupra v. 6. 15. Durius. *Schottus* vertit: *ipfe praecedet* (Meffiam) *Deo approbante*. Sed ἐνώπιον αὐτοῦ eft id. qd. loco parallelo v. 76. πρὸ προςώπου, vbi verba προπορεύσῃ πρὸ προςώπου κυρίου recte *Schottus* expreffit: *praeibis dominum*. d) Rectius *Heumanus*, αὐτοῦ emphatice pofitum exiftimat prô τοῦ Χριςοῦ vel τοῦ Κυρίου i. e. Meffiae. Hebraei enim pronomen הוּא, Graeci αὐτὸς, Latini *ipfe*, *ille* vfurpare folebant de iis, qui fumma virtute vel dignitate praediti effent. Sic הוּא vicem gerit nominis יְהוָה Deut. 32, 39. Pf. 37, 5. 102, 28. et αὐτὸς pro Χριςὸς legitur Luc. 5, 17. 1 Ioh. 2, 6. 12. inprimis difcipuli de magiftris, ferui de dominis honoris cauffa, apud Graecos et Romanos pronomina αὐτὸς et *ipfe*, l. *ille*, fuppreffo nomine proprio, adhibere folebant; notum eft illud Pythagoreorum αὐτὸς ἔφα, vtpote qui magiftrum, non Pythagoram, fed fuppreffo nomine, αὐτὸν et ἐκεῖνον, *illum*, κατ' ἐξοχὴν appellarunt. v. Iamblichus de Vit. Pythagorae c. 18. add. *Dauifius* ad Cic. de N. D. 1, 5. αὐτὸς et *ipfe*, pro κύριος, *dominus*, *herus*, a feruis adhibitum legitur, vt verfu illo Ariftophanis e deperdita comoedia feruato a Polluce L. 3. §. 74. p. 302. a. Ἀνοιγέτω τις δῶμα· αὐτὸς ἔρχεται. add. Arrian. Differt. 1, 19. τί ποιεῖ αὐτός, *quid agit dominus?* Id. 2, 19. ὑπ' αὐτοῦ, *a domino*. Plaut. Caf. 4, 2. 10. *Quid tu hic agis? A. Ego eo, quo me ipfa mifit* i. e. hera. Ap. Cic. Fam. 6, 19. 20. *Ille*, notat *Caefarem*; vid. et *Cafaubonum* ad Theophr. p. 34. ed. Fifch. *Heinfius* ad Hefiod. O. et D. p. 226. *Menagius* ad Diog. Laërt. 8, 46. *Galackerus* de ftilo N. T. c. 3. et *Elsnerus* ad 1 Ioh. 2, 6. ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἡλίου] *praeditus animo atque virtute Eliae*, fimilis Eliae, quem Iudaei male intellecto oraculo Mal. 3, 1 fs. putabant, ante

Meſſiae aduentum ab inferis rediturum, et Meſſiae in republica ipſorum in priſtinum, imo ſplendidiorem ſtatum reſtituenda opem laturum eſſe. v. ad Matth. 11, 14. 17, 10. *ἐν*, *praeditus*, inſtructus, vid. ad Matth. 16, 27. *ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει* poſitum eſſe arbitror pro *ἐν πνεύματι δυνάμεως*. v. 2 Tim. 1, 7. atque per *δύναμιν* ſignificari *animi robur*, *virtutem*, *vim*, *animum impauidum*, *Muth*, *Energie*, quo ſenſu *δύναμις* extat 2 Tim. l. c. confirmat ſaltem hanc interpretationem locus Sirac. 48, 12. *καὶ Ἐλισσαιὲ ἐνεπλήσθη πνεύματος αὐτοῦ* ap. Eliae, ſed quid per *πνεῦμα Ἠλίου* intelligendum ſit, his ibi verbis oſtenditur: *καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ ἐσαλεύθη ὑπὸ ἄρχοντος, καὶ οὐ κατεδυνάστευσεν αὐτὸν οὐδείς· πᾶς λόγος οὐχ ὑπερῇρεν αὐτόν*, *qui ſuo tempore a nullo principe perculſus, neque cuiusquam poteſtate ſubiectus eſt, quem nulla res*, (neque minae neque blanditiae) *vicit*. Alii *πνεῦμα* explicant *de ingenii dotibus*, *δύναμις de animi virtutibus*, vel *de orationis potentia*, v. ad Luc. 24, 19. de Eliae orationis vi et efficacia. Sir. 48, 1. legitur: *ἀνέστη Ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο.* *ἐπιστρέψαι καρδίας κ. τ. λ.*] reſpicitur his verbis locus Malach. 3, 23. 24. cuius verba *Dathius* praeclare hunc in modum vertit: *is* (Elias) *operam dabit, vt ad maiorum mores poſteros reducat, hosque illorum agendi rationi iterum adſuefaciat.* Alexandrini interpp. ibi legunt: *ὃς ἀποκαταστήσει* (*ducet*, ita ap. Ioſeph. Ant. 12, 2. 13. legitur: *τοὺς ἀποκαταστήσοντας ἐπὶ τὴν κατάλυσιν*, *qui ad hoſpitium ducerent*) *καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ*. Sed interpres vulgatus accuratius expreſſit verba Hebraica: *et conuertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum.* Ita et Syrus et Ionathan. Sic et Sir. 48, 10. de Elia ante Meſſiae aduentum redituro legitur: *καταγραφεὶς — εἰς καιροὺς — ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καταστῆσαι φυλὰς Ἰακώβ.* Iam *redire faciet* (de *ἐπιστρέφειν* vid. ad v. 16.) *animos* (*die Geſinnungen*, Hebr. לֵב) *maiorum* (*πατέρων*, Abrahami;

Iſaaci, Iacobi, et his ſimilium) *ad poſteros* (*ἐπὶ τέκνα*) h. e. ſua doctrina, ſuis cohortationibus, admonitionibus efficiet, vt poſteri erga Deum eundem habeant animum pium, quem habebant eorum maiores. *Morus* in Prae-lectt. ad h. l. notat: verbis *conuertet animos parentum ad liberos*, deſcribi ſimilitudinem ſenſuum et ſtudiorum; non autem hoc referri poſſe ad concordiam, ciuilem, aut do-meſticam ſiue familiarem, hanc enim Iohannem non cu-raſſe, ſed ad ſimilitudinem ſenſuum et ſtudiorum in reli-gione, atque adeo verba explicanda eſſe, ſenſus ſimiles inſtillabit omnibus, qua religionem docendo et hortando efficiet, vt omnes ſimili modo Deum cognoſcant et colant. *Paulus* concordiae ſtudium memoratum eſſe putat, ad ſig-nificandum ſtudium virtutis cuiuscunque. *καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων*] *et impios reuocabit* (repetendum eſt *ἐπι-ςρέψαι*) *ad ſentiendi rationem hominibus piis dignam*. *ἀπει-θεῖς* cum opponantur *δικαίοις*, *probis*, *virtutis ſtudioſis*, ſunt *impii*, *ſceleſti*, vt Sir. 16, 7. 47, 21. In verſione Alexandrina vocabulum *ἀπειθὴς* reſpondet nominibus He-braeorum סֹרֵר et מֹרֶה, quae haud raro ponuntur de iis, qui praeceptis diuinis non obtemperant, de impietatis im-probitatisque ſtudioſis. v. Num. 20, 10. Ier. 5, 23. *ἐν φρονήσει* eſt id. qd. *εἰς φρόνησιν*, quae duae praepoſitio-nes ſaepiſſime inter ſe permutantur. vid. Marc. 1, 16. 4, 36. Luc. 23, 42. *φρόνησις* nonnulli h. l. vertunt *ſapien-tia* et per ſapientiam intelligunt *virtutis ſtudium*, quoniam Hebraei hominem impietatis improbitatisque ſtudioſum nominare ſolebant *ſtolidum*, בַּעַר, כְּסִיל, contra pietatis probitatisque ſtudioſum, *ſapientem*, חָכָם et pietatis ac probitatis ſtudium, *ſapientiam* חָכְמָה. v. Pſ. 49, 11. 14, 1. 39, 9. Ieſ. 33, 6. Prou. 15, 33. 28, 26. Verum enimuero huic interpretationi non fauet membrorum pa-ralleliſmus. Etenim *τῇ φρονήσει* reſpondet in priori mem-bro vocabulum *καρδία*, ſed *καρδία* h. l. vt ſaepius, per Hebraiſmum notat *animum*, *ſentiendi rationem*, Hebraei ita quoque adhibere ſolent vocabulum לֵב et Alexandrini

hanc vocem etiam exprimere folent vocabulo *Φρόνησις*, vt Prou. 9, 16. 19, 8. Rectius igitur *Φρόνησις* h. l. de fentiendi ratione exponitur. Sic *Φρονεῖν*, *fentire*, Rom. 8, 5. Phil. 2, 5. *ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον*] vertunt: *vt paretur domino populus paratus* sc. ad eum (dominum, Meffiam,) recipiendum. Ita vero tautologia oritur, quod iam acute vidit *Grotius*, qui propterea haec annotauit: neque nos offendere debet, quod bis idem dici videtur, quia *ἑτοιμάζειν* et *κατασκευάζειν* fenfu vix differunt, cum eiusmodi *πλεονασμοῖς* abundet fermo Hebraeus et Hellenifticus. At mea fententia non opus eft, vt ad eiusmodi pleonafmum, cuius exemplum fimile non attulit *Grotius*, confugiamus; modo *ἑτοιμάζειν* vertamus *colligere*, *congerere*, vt legitur infra 12, 20. vt pofitum quoque extat verbum הָכִין Iof. 1, 11. Iam vero verba *ἑτοιμάσαι κ. τ. λ.* exprimenda funt: *vt ita colligatur domino* (Meffiae) *populus bene praeparatus* (per veram pietatem) ad eum excipiendum. *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 89. laudat Dionis *ὅμιλον παρασκευασθέντα*, *multitudinem Caefari paratam*, *et in eius partes pertractam*. Alias aliorum huius loci interpretationes vid. ap. *Wolfium* in Curis et *Koecherum* in Analectis ad h. l.

18. *κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;*] *vnde*, *quonam argumento dictorum tuorum veritatem cognofcam;* eadem formula extat in verfione feptuagintauirali Gen. 15, 8. vbi in textu Hebraico legitur בַּמָּה אֵדַע quam vocem iidem interpretes 1 Sam. 29, 4. Iudd. 6, 15. *ἐν τίνι* expreffeunt. *πρεσβύτης* vt Hebr. זָקֵן omnino notat *fenem*, non femper *grandaeuum*, *decrepitum*; vt talis fignificetur, adiici folent vocabulo *πρεσβύτης* haud raro aduerbia *σφόδρα*, *μάλα*, vt ap. Xen. Cyr. 8, 7. 1. *μάλα δὴ πρεσβύτης ὤν*. vid. et not. ad v. 11. C. 1. De Leuitis Num. 8, 24. legitur: *ab anno quinquagefimo ceffent a munere et habeantur emeriti*; facerdotes etiam certo quodam aetatis anno emeritos effe habitos in libris Mofis non legitur, v. *Wetftenius*

et *Lightfootus* ad h. l. neque adeo ex libris Mosaicis Zachariae aetas accuratius definiri potest.

19. *ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*] *ego sum Gabriel, apparitor Dei,* genius coelestis. Γαβριὴλ, vir Dei, *minister*, *legatus Dei*, ex אֵל *Deus* et גֶּבֶר *vir*, vt י sit paragogicum; memoratur hic genius etiam Dan. 8, 16. 9, 21. vid. et not. supra ad v. 11. A. 2. Formula *ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιόν τινος* respondet Hebraeorum formulis הָעוֹמֵד אֶת־פְּנֵי פְלוֹנִי et הָעוֹמֵד לִפְנֵי־פְלוֹנִי quae de ministris et apparitoribus vsurpantur, vt 1 Regg. 10, 8. 12, 6. 17, 1. Esth. 4, 5. et ab Hebraeis commutantur cum verbis מְשָׁרֵת פְּלוֹנִי Exod. 24, 13. coll. Deut. 1, 38. Ios. 1, 1. h. e. *λειτουργός*, *διάκονός τινος*. Itaque *ὁ παρεστηκὼς ἐν. τοῦ Θεοῦ* est *Dei* minister. Aboth. R. Nathan c. 2. fol. 2. 2. *Gabriel vnus ex multis millibus* שעומדים לפניו *qui stant coram Deo.* Caet. vid. not. ad Matth. 5, 8. 18, 10. *εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα*, *vt tibi haec laeta nuntiarem*, quae quidem est propria huius verbi significatio. v. Prolegg. in Matth. §. 2.

20. *ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι*] tautologiam his verbis inesse, si ea exprimantur *mutus eris* (*ἔσῃ σιωπῶν* pro *σιωπήσεις*), *nec poteris loqui*, statuerunt Euthymius, Theophylactus, *Grotius*, alii, ad eamque euitandam, verbum *σιωπᾷν* exprimendum esse censuerunt, *surdum fieri*, quam tamen verbi significationem, neque Graecorum neque Hebraeorum lingua confirmat. Addita est potius *τῷ σιωπᾷν silere*, explicationis caussa formula, *καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι*, solet praeterea etiam aliis in locis librorum N. T. Hebraeorum more, eadem res affirmando et negando afferi, (vt Act. 18, 19. 13, 11.) quae loquendi ratio neque scriptoribus exteris inusitata est, v. *Krebsius* et *Loesnerus* ad Ioh. 1, 20. *Heinsius* Exercitt. Sacr. p. 214. neutiquam igitur necesse est, vt verbo *σιωπᾷν* noua et insolens significatio tribuatur. *ἀνθ' ὧν* est

id. qd. *ὅτι, διότι*, *propterea quod, quoniam*, et respondet Hebraeorum יַעַן אֲשֶׁר Iudd. 2, 20. עַל אֲשֶׁר Ier. 22, 9. עֵקֶב אֲשֶׁר Gen. 22, 18. legitur ita quoque ap. Lycurg. adu. Leocr. c. 18. Ael. H. V. 4, 8. 12, 18. aliisque in locis pluribus, quos attulerunt *Raphelius* Obſſ. Xenophh. *Palairetus* et *Münthius* ad h. l. *εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν* pro *ἐν τῷ καιρῷ αὐτῶν*, (vt Polyb. 4, 1. v. *Raphel.* Obſſ. Xenophh. et Herodott. ac *Palairetus* ad h. l.) *tempore a Deo definito*.

21. *καὶ ἦν ὁ λαὸς προςδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν*] nonnulli interpretes notarunt, exſpectaſſe populum, vt, pro more, ei benediceret. Recte tamen contra monuit *Rusius* in Harmon. Euang. ad h. l. benedictionem illam, matutino tantum tempore pronuntiandam, ſi fidendum *Maimonidi*, non recitaſſe ſacerdotem eum, qui in Sanctuario thura adoluiſſet, ſed alium, cui hoc eſſet demandatum, nec de benedictione ſacerdotali a Zacharia populo collata, indicium ſatis certum h. l. occurrere. *καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ*] *et mirabatur populus, quod tamdiu in Sanctuario moraretur.* E more pontificis maximi non longam moram in Sancto Sanctorum nectentis, ne populus, qui in atrio ſummi ſacerdotis reditum praeſtolabatur, ob diuturniorem moram autumaret, eum ob neglectam muneris partem a numine irato occiſum eſſe; illuſtrarunt verba, quae h. l. leguntur, *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. *Wetſtenius* et *Deylingius* Obſſ. Sacr. P. 3. p. 356 ſqq.

22. 23. *ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν*] *intellexerunt ei ſpeciem oblatam eſſe.* Metuerat populus, ne in templo mortuus eſſet, iam egrediebatur quidem, ſed cum adſtantibus loqui non poterat, inde coniiciebant, ei inſoliti aliquid eueniſſe, interrogabant, an viſum ei oblatum eſſet, et hoc Zacharias nutu affirmabat. Hanc eſſe mentem ſcriptoris, iam Theophylactus vidit, qui haec

habet: διένευε δὲ τῷ λαῷ Ζαχαρίας, ἴσως ἐρωτοῦντα τὴν αἰτίαν τῆς σιωπῆς· μὴ δυνάμενος γὰρ λαλῆσαι, διὰ νεύματος ἐδήλου ταύτην. Poſt ἦν ſupplendum eſt τοῦτο. ὀπτασίαι Hebr. מַרְאֶה, Dan. 9, 23. Heſychius: ὀπτασία· Θεωρία, Φαντασία, Θέαμα. διανεύειν eſt *nutum dare* vel *capite*, vt h. l. vt adeo ſubaudiendum ſit κεφαλῇ, vt *Lightfootus* ad h. l. quod diſerte iunctum legitur verbo κατανεύειν Hom. Il. α΄, 514. vel *oculis*, ὀφθαλμοῖς, vt Pſ. 34, 22. LXX. Sir. 27, 22. vel *manu*, vt infra v. 62. — 23. ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ] *tum praeteriiſſet muneris ſacerdotalis tempus*, transacta hebdomade per quam claſſis Abiae ſacris operari debuerat, vid. ad v. 5. ὡς, *cum*, *poſtquam*, id. qd. ὅτε, coll. 2, 21. 22. vt 2, 15. Act. 27, 1. ſic quoque legitur Hebr. כ 2 Regg. 2, 9. Ier. 25, 12. v. *Noldii* Concordantt. Particc. p. 392. Verbum πλήθεσθαι vt πληροῦσθαι ſaepius in literis ſacris N. T. legitur de tempore praeterlapſo, pro παρεληλυθέναι, cum Hebraei eodem modo vſurpare ſoleant verbum מלא. v. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 178 ſqq. λειτουργία id. qd. ἱερατεία v. 9. *miniſterium*, *munus ſacerdotale*, vt Ioſeph. Ant. 4, 4. 4. Heſychius: λειτουργικάς, ἱερατικάς. εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ cf. v. 39.

24. καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε] Eliſabetha grauida facta, per quinque menſes ſeſe occultabat. Verba περιέκρυβεν ἑαυτὴν plures interpretantur: *celabat ſe grauidam*, et de *primis grauiditatis menſibus* cogitant. His primis menſibus, aiunt, Eliſabetham commode occultare potuiſſe grauiditatem ſuam, cum per illud tempus non adeo vterus intumeſcat grauidis, quin, ſi ipſae taceant, latere queat intuentes, praeſertim, ſi ob grauem aetatem ſuſpicio non facile ſuboriatur. Celaſſe autem eam grauiditatem ſuam, vt euitaret rumores et ludibria plebis, cum nemo facile eam, quae vocaretur στεῖρα, coll. v. 36. grauidam eſſe crediſſet, antequam poſt quintum menſem intumeſcens vterus grauiditatem

euidenter fatis demonftraffet. Alii formulam *περιέκρυβεν ἑαυτὴν* explicant: *fe occultabat*, *domi fe continebat* celandae grauiditatis cauffa, et quinque *vltimos grauiditatis menfes* intelligunt; quinque enim vltimis menfibus, eam non amplius commode rem celare potuiffe, et cum nihilominus tamen verendum effet, ne ei, grauidam fe profitenti, fides denegaretur, domi fe continuiffe, vt rumores atque fermones plebis declinaret. His vero interpretationibus, mea fententia, plura obftant: 1) Ac primo quidem formula *περιέκρυβεν ἑαυτὴν*, per leges linguae, non poteft fignificare *celabat fe vtero fetum ferre*, fed notat *fe occultabat*, *fe domi continebat.* 2) Deinde cum verba v. 26. *ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ* neceffario explicanda fint de fexto grauiditatis menfe, coll. v. 36. non commode v. 24. de *quinque vltimis menfibus* fermo effe poteft. 3) Porro ipfe fententiarum ordo, quae v. 24. 25. expreffae funt: *Elifabetha*, *grauida facta*, *domi fe continebat grata mente agnofcens Dei beneficium*, *qui fterilitatis dedecus ab ipfa remouiffet*, docet non commode cogitari poffe de quinque vltimis menfibus. 4) Denique nihil h. l. legitur, e quo certo colligi poffit, Elifabetham per quinque menfes domi fe continuiffe, *vt grauiditatem fuam occultaret.* Sed v. 25. legitur, pia mente agnouiffe Elifabetham Dei beneficium, qui ab ipfa fterilitatis ὄνειδος remouiffet, et v. 36. memoratur, eam vulgo dictam effe στεῖραν. Itaque arbitror, verbis v. 24. 25. ineffe potius fenfum hunc: Elifabetha, grauida facta, per quinque menfes priores domi fe continebat, vt Deum eo ardentius veneraretur, et pro tanto beneficio gratias ageret, atque nolebat prius in publicum prodire, quam poft quintum menfem vterus intumefcens grauiditatem ipfius aperte proderet, nec adeo ipfa amplius vocari poffet στεῖρα v. 36. *λέγουσα*, *cogitans*, *reputans fecum*, ita quoque verbum אמר faepius legitur, et interpretes Alexandrini illud 2 Sam. 21, 16. expresserunt verbo διανοεῖν.

25. ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν κ. τ. λ.] *hoc beneficium mihi Deus exhibuit tempore eo quo benigne voluit ignominiam meam inter homines tollere* i. tempore ab ipſo benigne conſtituto. ὅτι poſt λέγουσα redundat, vt ſaepius. ποιεῖν, Hebr. עשה, bono ſenſu h. l. legitur, vt ſit: *beneficiis afficere, benignum ſe praebere*, vt Marc. 5, 19. 7, 12. vid. ad Matth. 25, 37. ergo οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ κύριος eſt: hoc beneficium Deo debeo, ita benignum ſe Deus mihi praebuit. ἐπεῖδεν ſcl. με, *adſpicere, intueri, me voluit.* Verbum autem ἐπείδω, cum de Deo ponitur reſpectu hominum, vt Hebr. ראה Gen. 13, 10. 16, 13. notat, *propitium eſſe hominibus, benignum ſe iis praebere, iis fauere, ſuccurrere, eos beneficiis ornare*, vt ἐπιβλέπειν legitur infra v. 48. Eodem modo Latini vti ſolent verbo *adſpicere*: Virg. Aen. 2, 690. *Iupiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis, Adſpice nos, hoc tantum.* Et *reſpicere* Iuuenal. Sat. 7, 2. *ſolus enim triſtes hac tempeſtate Camoenas reſpexit.* Iam h. l. *adſpicere me voluit*, (verba enim ſaepius ſimpliciter ponuntur ita, vt voluntatem indicent; v. ad Matth. 3, 14. *Caſaubon.* ad Suet. Caeſ. c. 29. *Gronouius* ad Liu. 34, 1. *Burmanus* ad Petron. c. 89.) *vt remoueret* i. e. benigne remouere voluit. ἀφελεῖν ὄνειδος ſic et Rahel Gen. 30, 23. in verſ. Alex. ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς τὸ ὄνειδός μου· vbi per τὸ ὄνειδος vt h. l. intelligitur *ſterilitas*, vid. v. 36. Hebraei enim ſobolem, inprimisque largam ſobolem, in ſumma felicitatis parte ponebant, et ſterilitas feminis magno opprobrio erat. Hinc etiam in libris prophetarum, cum felicitas ſumma deſcribitur, commemorari fere ſemper ſolet numeroſa ſoboles, et cum poenae diuinae annuntiantur, in earum numero ponitur quoque ſterilitas. v. Pſ. 113, 9. 128, 3. Ieſ. 4, 1. 44, 3. 47, 9. Hoſ. 9, 11. 12.

26. 27. Quod ſectionem attinet, quae nunc ſequitur, conf. not. ad Matth. 1, 18. vbi allata vulgari locorum Matth. et Luc. 1, 26. interpretatione (quam defenderunt nuper quoque *Flattus* in Obſſ. exegetico-dogmati-

cis ad hiftoriam ortus I. diuini Luc. 1, 26. relatam Tubing. P. 1. et 2. 1809. 1810. 4. *Schubert* de infantiae I. C. hiftoriae a Matth. et Luca exhibitae authentia atque indole p. 56. 122 ff.) inter alia obferuatum eft, nonnullos cogitare h. l. de mytho philofophico. Per fomnium ea, quae h. l. leguntur, Mariae eueniffe, fimile ei, quod Iofepho poftea contigit Matth. 1, 20. contendit V. D. in *Beyträgen zur Beförderung d. vernünft. Denkens in d. Religion*, Heft 16. pag. 79 ss. *ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ*] fexto menfe, fcilicet a quo Elifabetha grauida facta erat, coll. v. 36. Ναζαρὲτ, vid. ad Matth. 2, 23. — 27. *πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην κ. τ. λ.*] *ad virginem defponfatam viro, cui Iofephi nomen erat, e Dauidis familia oriundo*: *μνηστεύεσθαι* refpondet Hebr. ארשׂ, vnde *puella defponfata* dicitur מְאֹרָשָׂה לְאִישׁ Deut. 22, 23. quae ibi ab Alexandrinis vocatur *μεμνηστευμένη ἀνδρί*. Codd. nonnulli legunt *ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ*, quae tamen lectio gloffema redolet, defumtum ex 2, 4.

28. *καὶ εἰςελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν*] *cum genius coeleftis Mariae conclaue intraffet*: vid. de hoc praepofitionis *πρὸς* vfu, notata ad Matth. 26, 57. locis ibi laudatis add. Act. 16, 40. Iudith. 12, 13. Χαῖρε folennis Graecorum falutandi formula; vid. *Albertius* ad Iac. 1, 1. pro qua Hebraei vfi funt voce שָׁלוֹם לְךָ, *εἰρήνη σοι*, Luc. 24, 36. *κεχαριτωμένη*, *quae gratiam*, *fauorem* Dei *confecuta es*; bene *Stolzius: du Hochbegnadigte*; *χαριτόω*, *gratia amplector* Eph. 1, 6. vbi v. *Koppius*. Phauorinus: *κεχαριτωμένη· πεφιλημένη*, *εὐλογημένη·* explicatur v. 30. *εὗρες χάριν παρὰ Θεῷ·* vnde non adftipulari poffum interpretibus iis, qui *κεχαριτωμένη* explicant, *egregia*, et fignificari autumant, corporis animique dotes atque virtutes, cum *κεχαριτωμένη* de femina formofa legatur Sir. 9, 8. et hoc idem participium de viro benigno adhibitum fit Sir. 18, 17. *ὁ κύριος μετὰ σοῦ* apprecantis eft, *Deus tibi auxilio fuo porro adfit, tibi porro faueat!* omiffum

eft ἴςω· quae falutandi ratio Hebraeis eft perquam vfitata. v. Ruth. 2, 4. Iudd. 6, 12. Alii fubintelligunt ἐςί· *Deus eft tecum* i. tibi fauet. De vi ac poteftate formulae μετά τινος εἶναι dictum eft ad Matth. 12, 30. εὐλογη-μένη σοι ἐν γυναιξὴν] *tu es feminarum fortunatiffima, feliciffima*, id. qd μακαρία, vt infra v. 42. nam εὐλογεῖν, vt Hebr ברך, fignificat quam faepiffime, *felicem reddere, beneficiis afficere*, vt Matth. 25, 34. Act. 3, 26. Gal. 3, 8. 9. Eph. 1, 3. Alii, cum verbum εὐλογεῖν interdum etiam notet *celebrare, laudare*, vt Hebr. ברך Iudd. 5, 2. 9. Ruth. 3, 10. 1 Sam. 25, 33. Eph. 1, 3. v. ad Matth. 5, 44. participium εὐλογημένη reddunt: *laude digniffima*. v. *Koecherus* et *Boltenius* ad h. l. Ineft autem verbis εὐλο-γημένη ἐν γυναιξὶν Hebraifmus fatis vulgatus. Nempe Hebraei cum fuperlatiuum exprimere volunt, folent adhibere pofitiuum, ita vt eum fequi iubeant pluralem nominum generis rerum, ad quod adiectiua pertinent, ita vt praemittatur praepofitio ב Ier. 49, 15. קָטֹן בַּגּוֹיִם *paruus in gentibus* i. e. minimus inter gentes. Graeci fcriptores, inprimis poëtae Graeci hunc morem loquendi quoque fequuntur, ita tamen, vt pofitiuo iungant genitiuum nominum, vt Hom. Odyf. α', 219. ἀποτμότατος θνητῶν ἀν-θρώπων, *infortunatiffimus, miferrimus*. v. *Vorftius* de Hebraifm. c. 20. *Leusdenius* de Hebraifm. pag. 93. Caeterum verba εὐλογημένη ἐν γυναιξὶν defunt quidem in BL. 1. 131. Eu. 44. Copt. Sahid. Arm. Syr. hierof. fed lectionem receptam non effe follicitandam, vel ea docent, quae v. feq. leguntur.

29. *Quae cum audiffet, maximopere perturbata eft ipfius falutatione.* Poft ἰδοῦσα plures interpretes fubintelligunt τὸν ἄγγελον *confpecto legato diuino. Heinfius* in Exercitt. Sacr. p. 136. λόγον per Hebraifmum, explicandum effe cenfet *de re ipfa*, de ipfa angeli apparitione. Haec vero interpretatio, vt per fe eft cummaxime contorta, ita quoque ipfi vfui loquendi repugnat, nunquam

λόγος ἀνθρώπου vel ἀγγέλου de homine vel angelo, eiusque apparitione occurrit, indicat potius noftro loco λόγος, ipfam angeli falutationem. In codd. BDL. 1. 131. 152. 184. deeft participium ἰδοῦσα, in iisdem etiam verba ἐπὶ τῷ λόγῳ pofita funt ante διεταράχθη omiffo αὐτοῦ· in aliis libris defunt verba ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ· Hinc *Griesbachio*, et qui eum fecuti funt *Paulo* ac *Schotto*, vera lectio vifa eft: ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη. Sed vulgaris lectio, quam etiam *Matthaeius* et *Knappius* retinuerunt, genuina videtur, cum facile demonftrari poffit, vnde haec lectionis varietas orta fit. Scilicet librarii et grammatici, qui ignorarent ἰδοῦσα commode verti poffe, *cum audiuiffet*, nec viderent, quomodo ἰδοῦσα hic apte locum habere poffet, cum mox fequatur διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, quafi vulgaris et vfitatus fuiffet Mariae adfpectus genii coeleftis, cuius introitu non mota effet, fed tantum falutatione, expunxerunt participium ἰδοῦσα, et ἐπὶ τῷ λόγῳ ante διεταράχθη collocarunt. Ita vero hanc lectionis varietatem ortam effe, vel propterea perquam probabile eft, quoniam in iisdem codd. in quibus ἰδοῦσα deeft, etiam reliquorum verborum ordo mutatus apparet. Itaque ἰδοῦσα praeeunte interprete vulgato reddi debet: *cum audiuiffet.* Conftat enim verba vifus et auditus ab Hebraeis, Graecis et Latinis, quam faepiffime inter fe permutata effe. Sic ראה legitur pro שמע Ier. 33, 24. Gen. 42, 1. coll. v. 2. Exod. 20, 19. שמע pro ראה Gen. 16, 1. coll. Ex. 4, 31. Apoc. 1, 12. Mufae. v. 5. λύχνον ἀκούω. Terent. Eunuch. 2, 3. 84. *nunquam vidi melius confilium dari*, vbi v. *Wefterhou.* cf. *Barthius* ad Stat. Theb. 2, 101. 3, 176. *Weffelingius* ad Herodot. p. 155. *Koeuerus* ad Mufaei l. c. *Abrefchius* Animaduu. ad Aefchyl. T. 1. p. 2. T. 2. p. 10. et *Segaarius* ad h. l. Pro διεταράχθη codd. nonnulli habent ἐταράχθη, fed διεταράχθη verbum librariis N. T. rarius erat, nam praeter h. l. in libris N. T. non recurrit, faepius praeterea verba compofita librarii mutarunt in fimplicia. v. Marc. 14, 40. 51. Matth. 13, 33. 40. διε-

λογίζετο] *fecum reputauit, cogitauit*, aliis in locis additur ἐν τῇ καρδίᾳ, veluti Marc. 2, 6. coll. v. 8. ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; *qualis haec falutatio effet?* quid fibi haec falutatio vellet? quo tenderent formulae coniunctae, κεχαριτωμένη et εὐλογημένη ἐν γυναιξὶ, *fortunatiffima mulierum*. ποταπὸς id. qd. ποῖος, vt Luc. 7, 38. 39. 2 Petr. 3, 11.

30. 31. μὴ φοβοῦ] *bono animo fis!* vel *noli mirari*, hoc fenfu verbum φοβεῖν, vt fit idem quod θαυμάζειν. extat quoque Marc. 4, 41. vbi v. not. Luc. 5, 10. 8, 35. εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ] *Dei fauorem confecuta es.* Eft Hebraeorum מצא חן בעיני יהוה Gen. 6, 8. vbi LXX. habent: Νῶε δὲ εὗρε χάριν ἐναντίον κυρίου τοῦ Θεοῦ. add. Act. 7, 46. fed Hebraeorum בְּעֵינֵי, ab interpretibus Alexandrinis modo redditur ἐν ὀφθαλμοῖς, modo ἐναντίον, modo ἐνώπιον, atque etiam παρά· vid. *Leusdenius* de Hebraifm. N. T. p. 157. ibique *Fifcherus*. Verbum autem εὑρίσκειν, vt Hebr. מצא, faepius notat *confequi*, vt Sir. 6, 16. οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, εὑρίσκουσι αὐτὸν np. φίλον πιστὸν, *homines pii confequuntur amicum certum et fidum.* Philo de Temul. p. 248. E. κἂν τὰς πράξεις αὐτῶν διέλθωμεν, ἐφ' αἷς τὸ γέρας τοῦτο εὕραντο, *horum acta fi recenfeamus, per quae adepti funt hoc praemium.* — 31. συλλήψῃ ἐν γαστρὶ] fcl. ἔμβρυον, *concipies foetum*; fic a Latinis quoque *concipere* fimpliciter ponitur; vt omiffum fit, *foetus*, vt Ouid. Amor. 2, 13. 5. Gell. N. A. 4, 2. ἐν γαστρὶ ex Hebraifmo redundat, vnde et v. 24. fimpliciter legitur, συνέλαβεν Ἐλισαβέτ· et Hefychius συλλήψεται explicuit ἐν γαστρὶ ἕξει. Refpicitur autem his verbis locus Ief. 7, 14. qui locus diferte laudatur Matth. 1, 23. καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν] *cui imponere debes nomen Iefu.* Nam haud raro particula καὶ vim pronominis relatiui habet, vid. not. ad Marc. 2, 14. Ἰησοῦς, vid. ad Matth. 1, 21.

32. 33. Vberius iam oftenditur, qualis ille puer futurus fit, quae omnis defcriptio accurate refpondet Iudaeorum de Meffia loquendi et cogitandi confuetudine, et refpicitur locus Ief. 9, 5. 6. μέγας, *illuftris*, *celebratiffimus*, vid. ad v. 15. καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται] *erit Dei filius*, καλεῖσθαι faepius poni folere pro εἶναι, tralatitium eft. vid. ad Matth. 5, 9. 21, 13. 14. ὕψιστος, vid. not. ad Marc. 5, 5. Sed vt reges a Iudaeis *Dei filii* nominabantur Pf. 89, 28. ita κατ' ἐξοχὴν *Meffias*, tanquam rex fummus et potentiffimus a Iudaeis dicebatur *Dei filius* vt h. l. nam in fequentibus de regno Meffiae, de regno auito fermo eft, atque adeo υἱὸς τοῦ ὑψίστου eft idem quod Χριστὸς et βασιλεὺς Luc. 2, 11. add. Matth. 27, 40. 42. et not. ad Matth. 1, 1. καὶ δώσει αὐτῷ κ. τ. λ.] *dabit ei dominus regnum Dauidis parentis ipfius.* Dauides Iefu parens vocatur, quatenus a Dauide originem ducebat; atque Meffiam e Dauidis progenie fore, Iudaei credebant. vid. ad Matth. 1, 2. Per θρόνον autem indicari *regnum ipfum*, pluribus docuerunt *Raphelius* Obff. Herodott. p. 214. et *Palairetus* p. 151. — 33. καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον κ. τ. λ.] *imperabit populo Iudaico in perpetuum, nec erit regni illius finis.* v. Ief. 9, 6. Dan. 7, 14. 2 Sam. 7, 16. οἶκος Ἰακώβ indicat *pofteros Iacobi*, *populum Iudaicum*, hic populus tantummodo commemoratur, quoniam reliquos populos omnes Meffiae temporibus Iudaeis fubiectos fore, erat communis ipforum Iudaeorum perfuafio. cf. not. ad Matth. 3, 2. p. 76.

34. 35. εἶπε δὲ Μαριὰμ κ. τ. λ.] *Maria autem interrogauit genium: quomodo hoc eueniet, cum equidem mariti ignara fim.* De fignificatione verbi γινώσκειν vid. ad Matth. 1, 25. ἄνδρα οὐ γινώσκω h. e. *fum virgo*, *virgo intacta et illibata*, nunquam cum vllo viro confuetudinem habui. Non legitur τὸν ἄνδρα aut τὸν ἄνδρα μου, fed fimpliciter ἄνδρα, neque adeo fermo tantum eft de Iofepho. Verba πῶς ἔσται τοῦτο; non funt dubitantis, coll. v. 45.

fed admirantis et fcifcitantis, quomodo, cum ipfa fit virgo intacta et illibata, hoc fieri poffit. — 35. πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε] *Spiritus fanctus veniet fuper te.* πνεῦμα ἅγιον eft h. l. idem quod δύναμις ὑψίστου, *potentia diuina*, pofterius enim membrum eft interpretamentum prioris. Sic Luc. 11, 20. Iefus dixit: fi expello genios malos per Dei digitum h. e. omiffo Hebraifmo, potentia diuina adiutus; fed Matth. 12, 28. legitur: fi expello genios malos per Dei fpiritum. Iam cum per πνεῦμα ἅγιον intelligenda fit potentia Dei: formula ἐπελεύσεται ἐπί σε, יבא אליך, accipi debet de peculiari operatione Dei potentiam fuam declarantis, et cum fequatur ἐπισκιάσει σοι, reddi debet: *potentia diuina operabitur, tibi fuccurret.* Etenim ἐπισκιάζειν, quod proprie notat, *inumbrare, vmbram obducere*, vnde *cingere, circumdare*, v. *Fifcheri* Proluff. de vit. Lexx. p. 30. et not. ad Matth. 17, 5. per metaphoram, vt Hebraeorum יסך Pf. 91, 4. 140, 8. de iis dicitur, qui alicui adfunt, auxilium praeftant, eum tuentur atque defendunt, ficuti vmbra aeftum folis repellit, et ita quoque Latini adhibent verbum *obumbrare.* v. Seruius ad Virg. Aen. 10, 223. Ergo ἐπισκιάσει σοι eft, *tibi fuccurret, interuentu potentiae diuinae procreabis.* τὸ γεννώμενον, *nafcendus, fetus, partus.* Quinctil. Decl. 18, 3. *natum de te.* Ouid. Epp. 6, 61. *quod celatur in aluo.* vid. Obff. Mifcell. Vol. 5. p. 6. *Glaffius* Phil. S. p. 54 fqq. τὸ γεννώμενον ἅγιον, *proles veneranda.* Poft γεννώμενον in nonnull. codd. et verff. atque a patribus multis adiicitur ἐκ σοῦ, v. *Millius, Bengelius, Wetftenius, Griesbachius* et *Matthaeius* ad h. l. facilius haec verba addi potuerunt, quam omitti, translata forte funt in h. l. ex Matth. 1, 16. et Gal. 4, 4. Senfus idem manet, fiue ea admittantur, fiue reiiciantur. υἱὸς Θεοῦ propterea etiam erit *Dei filius.* υἱὸς ὑψίστου plures eodem fenfu pofitum accipiunt quo fupra v. 32. fed dicitur h. l. vt videtur, Chriftus ita, vtpote immediato Dei interuentu procreatus, quo fenfu Adamus quoque Luc. 3, 38. υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

36 — 38. Ad confirmandam dictorum suorum veritatem prouocasse legitur genius coelestis ad exemplum Elisabethae, quae quamuis aetate prouecta, tamen breui paritura sit filium, vt edoceretur Maria, id quod in Elisabetha effecerit Deus potentia sua, hoc idem etiam in ipsa efficere posse. Vocatur autem Elisabetha, Mariae συγγενὴς, *cognata*, et haec omnino esse poterat, quamquam Maria orta ex tribu Iudae, Elisabetha vero ex Aaronis familia oriunda (v. 5.) et sacerdoti nupta erat. Poterant enim e diuersis tribubus connubia iungi, neque repugnat locus Num. 36, 6. e quo nonnulli colligere voluerunt, interdictum Israelitis fuisse lege diuina, ne extra suam quisque tribum vxorem duceret; est enim ibi sermo de virginibus ἐπικλήροις, ad quas omni virili stemmate defuncto, tota paterna hereditas deuoluta erat, quarum adeo matrimonia non solum suae tribus, sed et suae familiae hominibus adstricta erant. Potuit ergo Mariae mater ex tribu Leui et Aaronis familia, aut Elisabethae mater vel auia ex tribu Iudae fuisse, atque adeo Mariae patrem propinqua consanguinitate attigisse. vid. *Buxtorfius* in Catalectis p. 241. *Witsius* in Miscell. Sacr. T. 2. p. 376. et *Wolfius* in Curis ad h. l. καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα κ. τ. λ.] *quae ipsa concepit filium in senectute sua et hic est sextus mensis grauiditatis illi, quae dicitur sterilis.* — 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα] *nihil est*, quod Deus efficere non possit (Cic. Diu. 2, 41.), *quaecunque Deus vult, ea etiam efficere potest:* ῥῆμα, Hebr. דבר, *res*, vt v. 65. vbi v. not. ἀδυνατήσει vim praesentis habet, ἀδυνατεῖ, quam temporum permutationem admodum frequentem esse, docuit *Palairetus* Obss. p. 152. verbum autem ἀδυνατεῖν respondet Hebraeorum הִפָּלֵא, cui copulari solet particula מ, quae cum significet etiam *penes*, Alexandrini verbo ἀδυνατεῖν iunxerunt praepositionem παρὰ, vt Gen. 18, 14. הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר, vbi οἱ ό habent: μὴ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα· vid. *Fischerus* ad *Leusdenium* de Hebraism. p. 134. — 38. ἰδοὺ ἡ δούλη κ. τ.

λ.] *subiicio me domino. Eueniat mihi, prouti tu dixisti:* *ἡ δούλη κυρίου* locutio Hebraeis quoque vsitata, obedientiae et submissionis propositum significans. Graeci similiter dicebant: *οὗτος σοι ἐγώ*· vid. *Segaarius* in Obss. ad h. l.

39. *ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ κ. τ. λ.*] *circa illud ipsum tempus Maria festinanter profecta est in regionem montanam,* nempe, vt ex omni orationis serie patet, propterea, vt cognatae raram felicitatem gratularetur, illique ea, quae sibi euenissent, aperiret. *ἀναστᾶσα* ex Hebraismo redundat. *εἰς τὴν ὀρεινὴν* scl. *χώραν*, *in regionem montanam* Iudaeae. *μετὰ σπουδῆς*, vid. ad Marc. 6, 25. *εἰς πόλιν Ἰούδα*] *in oppidum tribus Iudae.* Quaeritur ab interpretibus, quaenam *πόλις Ἰούδα*, quam Maria adierit, intelligenda sit? a) *Camerarius*, aliique *Hierosolymam* intelligendam esse statuunt, cum vocabulum *πόλις*, vt Lat. *vrbs*, haud raro significet metropolin; cum *Hierosolyma*, *vrbs Dauidis*, vid. 2 Regg. 14, 20. nominata sit עִיר יְהוּדָה 2 Chron. 25, 28. et in cod. Stephani pro *εἰς πόλιν Ἰούδα*, legatur *εἰς πόλιν Δαβίδ.* Huic tamen sententiae opponi possunt haec: 2 Chron. l. c. lectio incerta est, legendum videtur בְּעִיר דָוִיד; etiam Alexandrini ibi habent *ἐν πόλει Δαβίδ*· vid. ad illum locum interpp. lectio cod. Stephani e glossemate orta est, et nonnisi hoc probat, glossematis auctorem per *πόλιν Ἰούδα* intellexisse Hierosolymam; praeterea, vt recte obseruauit *Rusius* in Harmon. Euang. ad h. l. omnis appellatio et descriptio vrbis Zachariae *in montanis* et *in deserto* v. 80. neutiquam de Hierosolyma obuia est, sed appellatur haec nomine suo, aut aliis quidem synonymis, sed nunquam iis, quae h. l. occurrunt. b) Hinc plerique interpp. praeeunte *Beza*, vrbem *Hebron* h. l. intelligendam esse censent. Hebron, inquiunt, in montanis sita Ios. 14, 12. 13. et vrbs sacerdotalis erat (sacerdotes enim proprias quasdam in Palaestina vrbes habebant) ac forte tribui Iudae obtig-

rat, v. Iof. 21, 9 fqq. et Hierofolyma caput quidem *regni*, at Hebron peculiariter tribus Iudae vrbs praecipua erat, coll. 2 Sam. 2. c) Contra alii obferuant, fi Hebron aut Hierofolyma fignificaretur, non fcribere potuiffe Lucam εἰς πόλιν Ἰούδα, fed potius oppidi nomen afferre, et fcribere debuiffe εἰς τὴν πόλιν Ἰούδα, vel εἰς πόλιν Ἰουδαίας· adeoque potius legendum effe Ἰοῦτα vel Ἰούττα, vt indicetur facerdotale huius nominis oppidum יוּטָה in tribu Iudae fitum. vid. Iof. 15, 55. 21, 16. Haec fententia reliquis praeferenda videtur; quam facile vero librarii et grammatici iis ignotius Ἰούττα permutare potuerint in Ἰούδα, vel me non monente, doctiffimus quisque intelliget, fortaffis tamen ipfe Lucas fcripfit Ἰούδα, cum nomina vrbium fucceffu temporis aliter fcribi foleant. Exornarunt hanc coniecturam inprimis *Valefius* in epp. p. 669. *Relandus* in Palaeftina p. 870. *Harenbergius* in Mifcell. Lipff. T. 5. p. 595. *Michaelis* ad h. l. alii.

41 — 43. *Cum audiret Elifabetha Mariae falutationem, accidit, vt fetus in vtero ipfius moueretur.* *Stolzius* in *Erläuterungen zum N. T.* Heft 2. pag. 27. per τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας intelligenda effe cenfet, non verba, quibus Maria Elifabetham, fed verba, quibus genius coeleftis Mariam falutaffet, coll. v. 28. vertit: *als Elifabeth vernahm, wie Maria begrüſst worden wäre.* Mariam atque Elifabetham fibi inuicem aperuiffe, quae vtrique eueniffent, fcriptor quidem nofter non difertis verbis tradit, attamen Mariam cognatae omnia ordine enarraffe, omnis orationis feries fatis euidenter docet. cf. inprimis v. 44. 45. Solent autem fcriptores facri illius aetatis eiusmodi leuioris momenti περιστάσεις, e contextu facile fupplendas, praeterire. Vt ergo oftendatur, non afflatu diuino innotuiffe Elifabethae ea, quae v. 42 fqq. leguntur, non opus eft illa interpretatione, quam *Stolzius* propofuit, quae fatis contorta eft, et cui etiam obftant quae v. 40. praecefferunt, et quae v. 44. leguntur. Nam

verba v. 41. ὡς ἤκουσεν τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, cohaerent cum verbis v. 40. εἰςῆλθεν — καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ· verſu autem 44. extant verba: ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου κ. τ. λ. Verbum σκιρτᾷν, quod proprie notat *ſalire*, *tripudiare* (Heſychius: σκιρτᾷ· ἅλλεται, ὀρχεῖται. Ael. H. V. 11, 10. παῖδες — σκιρτῶντες) ponitur h. l. de commotione fetus in vtero matris, vt Gen. 25, 22. vbi οἱ ό habent: ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ· atque hoc modo a Medicis inprimis verbum σκιρτᾷν adhiberi, notarunt *Wolfius*, *Pricaeus* et *Segaarius* ad h. l. Heſychius: σκιρτᾷ· κινεῖται. Conſtat vero fetus in vtero matrum vltimis praeſertim grauiditatis menſibus commoueri, atque hoc fieri ſolere inprimis tum, cum matris animus vllo modo valde commoueatur ac perturbetur. Hoc ipſum igitur euenit quoque Eliſabethae, quae de aduentu Mariae impenſe laetaretur. Audita Mariae narratione eorum quae ipſi euenerant: ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, *ſpiritu diuino acta*, vehementius mota, affectus plena, *pios animi ſenſus verbis exprimebat*, v. infra v. 67. Eph. 5, 18. 19. 1 Sam. 10, 6. 1 Chron. 13, 18. et repetens verba, quibus genius Mariam ſalutarat, (v. 42.) *alta voce exclamabat*: εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, *o te mulierum feliciſſimam*, cum futura ſis mater τοῦ κυρίου μου Meſſiae: καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, *o feliciſſimum tuum filium*, nam κύριος Pſ. 110, 1. υἱὸς ὑψίςου κληθήσεται v. 32. καρπὸς τῆς κοιλίας, Hebr. פרי בטן, Gen. 30, 3. Mich. 6, 7. cf. et *Gatackerus* ad Antonin. 11, 1. — 43. καὶ πόθεν μοι τοῦτο κ. τ. λ.] *et vnde mihi hoc, vt me domini mei mater inuiſat?* h. e. aliis verbis, ſummo mihi honori duco, matrem domini mei aduenifſe. Nempe formula πόθεν μοι τοῦτο ſcl. τὸ πρᾶγμα, vt recte monuit ad h. l. *Roſenmüllerus* in Scholiis, adhibetur de iis, qui honorem inexſpectatum vel omnino rem quamcunque ſibi obtigiſſe mirantur. Ariſtoph. Plut. 335. τί ἂν οὖν τὸ πρᾶγμ' εἴη; πόθεν καὶ τίνι τρόπῳ Χρεμύλος πεπλούτηκ' ἐξαπίνης; *quidnam hoc rei*

fit? vnde et quomodo Chremylus diues factus eft repente? Ariftaenet. epp. 1, 22. ταύτην ὁ Χαρίσιος ἰδὼν, χαίροις εἶπε Φιλτάτη· ἡ δὲ, καὶ πόθεν ἂν ἐμοὶ, φησὶν, γένοιτο χαίρειν; *vifa ea Charifius, falue, inquit, mea amica: et vnde mihi illa, inquit, falus?* add. Epictet. Enchirid. c. 29. De vfu particulae καὶ interrogationibus praepofitae vid. ad Marc. 10, 26.

44. 45. *En! vix tua ad aures meas peruenerat falutatio, cum fetus velut prae gaudio exfultaret in vtero meo.* Nunc etiam (audita tua narratione) intelligo, qui factum fit, vt, cum tuam falutationem audirem, fetus in vtero meo moueretur, nempe exfultabat prae laetitia. Mea laetitia maxima eft, quin et ipfe fetus in vtero meo prae laetitia exfultaffe videtur. Bene *Morus* ad h. l.: „vbi omnia poffunt e naturae cauffis repeti, ibi non opus eft, fingere cauffas praeternaturales.“ Neque adeo ex his verbis cum antiquioribus interpretibus colligi poteft, Iohannem iam in vtero matris fuiffe prophetam, neque hoc probari poteft verbis v. 15. πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, nam non legitur ἐν τῇ κοιλίᾳ μητρὸς αὐ. vid. ibi notata. Alii ἐν ἀγαλλιάσει referunt ad Elifabetham hoc fenfu: in hac mea laetitia commouebatur infans; fed deeft pronomen μου. — 45. Ordo verborum huius verfus hunc in modum conftituendus: καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, τοῖς λαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου, ὅτι ἔσται τελείωσις nempe παρὰ κυρίου, *felix quae fidem habet iis, quae dominus illi annuntiauit, nam euentum habebunt.* Quibus verbis refpicitur Zacharias Elifabethae maritus, coll. v. 18 fqq. τελείωσις, *euentus, impletio,* vt 10, 9. Act. 26, 25. πιστεύω τῷ Θεῷ ὅτι οὕτως ἔσται, καθ' ὃν τρόπον λελάληταί μοι. Philo de Vit. Mof. p. 178. πίστις τῶν μελλόντων, ἡ τῶν προγεγονότων τελείωσις. Diod. Sic. 2, 29. de Chaldaeis, expiationibus et incantationibus ἀποτροπὰς κακῶν καὶ τελειώσεις ἀγαθῶν πειρῶνται πορίζειν. Caeterum et hic affectus regnat. Pro fecunda perfona pofita eft tertia, et haec

verba ad Mariam funt referenda, *tu es felix* etc. cuius loquendi rationis exempla plura propofuit *Vorftius* de Hebraifm. c. 26.

46. 47. καὶ εἶπε Μαριὰμ] *tum Maria hunc in modum loqui coepit.* Nonnulli arbitrantur Mariam conueniffe Elifabetham praefentibus aliis, adfuiffe etiam Euangelii infantiae Iefu auctorem, Iohannis et Iefu cognatum, eumque Mariae atque Elifabethae fermones, poftea, prouti eorum recordatus effet, literis confignaffe. Alii ftatuunt, auctorem Euangelii infantiae Iefu, per traditionem ore propagatam, comperiffe fummam eorum, quae illo tempore Maria et Elifabetha inter fefe fermone feuiffent, et quae comperiffet, copiofius et accuratius exornaffe. Ii denique, qui mythis philofophicis annumerant ea, quae de Maria virgine per vim diuinam grauida facta v. 26 fqq. memorantur, etiam ea, quae v. 42 — 56. leguntur, ex ingenio narrationis illius mythicae inuentoris prolata effe, opinantur. — Mariae hymnus conftat vocibus ac formulis e libris V. T. inprimis ex 1 Sam. c. 2. et Pfalmis depromtis. Singula membra carminis fibi inuicem refpondent, eademque fententia vario modo exprimitur. μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον] *celebrat mens mea dominum.* Primo igitur Maria fe vtpote Meffiae matrem felicem praedicat v. 46 — 50. deinde vero etiam populum Iudaicum, cuius falutem et felicitatem Meffias promiffus, breui appariturus, omni modo promoturus fit. μεγαλύνειν prop. notat *magnum facere*, Matth. 23, 5. tum vero vt Hebr. הגדיל, *celebrare*, *laudibus extollere*, Pf. 34, 3. 2 Sam. 8, 26. Sir. 43, 31. quo fenfu etiam fcriptores Graeci hoc verbo vtuntur, vt exemplis pluribus probarunt *Elsnerus*, *Raphelius* Obff. Herodot. *Münthius*, *Wetftenius* ad h. l. Xen. H. Gr. 7, 1. 13. καὶ ἐκ τῶν συμβαινόντων δὲ ἔργων ἐμεγαλύνοντο οἱ Ἄρκαδες. Diod. Sic. p. 12. C. μεγαλύνειν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν. — 47. καὶ ἠγαλλίασε κ. τ. λ.] *et laetatur animus meus de Deo be-*

nefactore meo. Sicuti ψυχὴ et πνεῦμα, porro κύριος atque ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ fibi inuicem refpondent, ita quoque μεγαλύνειν et ἀγαλλιᾶν. Nempe pofterius verbum in verfione Alexandrina exprimit Hebraicum verbum רנן Pf. 20, 6. *laeta iubila cecinit, celebrauit*, et Act. 2, 26. legitur eodem fenfu ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. De voc. σωτὴρ v. ad Matth. 1, 21.

48. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ] *refpexit me feruam fuam* (v. 38.) *obfcuram et ignobilem*: ταπείνωσις indicat, conditionem tenuem, humilem, abiectam, vt 1 Sam. 1, 11. e quo loco verba noftra defumta funt, vbi in textu Hebr. extat עני. add. Gen. 29, 32. Sed ταπείνωσις τῆς δούλης pofitum eft ex Hebraifmo pro δούλη ταπεινὴ h. e. ferua, femina quae Dei voluntati paret et fefe fubmittit v. 38. obfcura et ignobilis, nam opponitur: me omnes populi felicem praedicabunt, ergo fuit ταπεινὴ vtpote nemini ante nota, et obfcura. ἐπιβλέπειν ponitur h. l. de Deo refpectu Mariae, atque adeo notat *beneficiis ornare, fauore amplecti*, v. not. ad v. 25. refpondet Hebraeorum פנה Levit. 26, 9. Pf. 24, 17. et ראה 1 Sam. 1, 11. add. 2 Regg. 14, 26. Ita quoque Lucas 9, 38. (vbi v. *Elsnerus*) adhibuit hoc ipfum verbum ἐπιβλέπειν, fed Matth. 17, 15. pro eo fcripfit ἐλεεῖν, quae duo verba coniuncta leguntur in verf. Alex. Pf. 24, 17. Contraria formula, qua vtuntur Hebraei, cum fententiam exprimere volunt hanc: Deus hominibus beneficia detrahit, eos punit, eft: auertit faciem fuam ab illis, vt Pf. 30, 8. ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαὶ] *ab hoc inde tempore me omnis pofteritas* l. *omnes populi felicem praedicabunt*: γενεὰ notat et *aetatem, pofteritatem*, Iofeph. Ant. 1, 10. 3. Num. 13, 23. vbi in Hebr. eft זרע et *populum*, vt Levit. 20, 18. vbi refpondet Hebr. עם. add. Deut. 32, 5. Act. 1, 40. v. et not. ad Matth. 1, 17. 11, 16. μακαρίζειν, *beatum praedicare*, vt ap. Thucyd. 2, 51. Herodot. 1,

31. Anacr. Od. 43, 1. Diod. Sic. 13, 58. v. de hoc verbo Index Gr. Thucyd. *Duckeri*, et *Raphelius* Obff. Herodott. ad h. l.

49. 50. ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς] *nam insigne beneficium concessit mihi potentissimus.* Nempe μεγαλεῖα respondet Hebraico גְּדֹלוֹת, vt. Pf. 70, 21. ἃ ἐποίησας μοι μεγαλεῖα· add. 71, 29. 126, 2. 3. e quo loco verba nostra videntur esse desumta. Subintelligi debet ἔργα vel πράγματα, et significantur in vniuersum *facinora admiratione digna.* Deinde vero inprimis adhibetur de *beneficiis diuinis* magnis et admiratione dignis Tob. 11, 15. ἀπήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ τὰ μεγαλεῖα τὰ γενόμενα αὐτῷ ἐν τῇ Μηδίᾳ· add. Sir. 18, 4. Act. 2, 11. et cum h. l. Maria Deum nominauerit *benefactorem suum*, cum praecesserit ἐπέβλεψεν et μακαριοῦσί με et sequatur v. 50. καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· fatis perspicue inde patet, vocabulum μεγαλεῖα etiam h. l. de beneficio diuino esse explicandum. ὁ δυνατὸς, Hebr. גִּבּוֹר, potentissimus, epitheton Dei in literis sacris fatis frequens. v. Pf. 24, 8. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ] *qui est veneratione dignissimus*, καὶ ἅγιον τὸ ὄν. αὐ. positum est pro, οὗ τὸ ὄνομα ἅγιον· vid. *Raphelius* Obff. Herodd. ad h. l. i. e. fimpliciter ὁ ἅγιος, nam ὄνομα vt Hebr. שֵׁם faepius redundat; fed ἅγιος cum ad Deum refertur, est *colendus, veneratione dignissimus.* — 50. καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν] *cuius* (καὶ αὐτοῦ pro οὗ· vid. ad v. 66.) *aeterna est beneficentia erga cultores suos.* Exod. 20, 6. καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προςτάγματά μου. Pf. 89, (LXX. 88.) 2, 3. τὰ ἐλέη κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι· Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ — Ὅτι εἶπας εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται. Vocabulum ἔλεος, quod in verfione Alexandrina respondet Hebr. חֶסֶד Pf. 89, 3. 103, 17. Prou. 19, 22. Hof. 6, 4. indicat *Dei benignitatem*, *et beneficia ipsa* v. 58. 72. Tit. 3, 5. Hebr. 4, 6. εἰς γενεὰς γε-

νεῶν, *per omnes aetates*, *perpetuo*, Hebr. לְדֹר דֹּר Pf. l. c. et Ief. 34, 17. vbi οἱ ό habent εἰς γενεὰς γενεῶν al. Sed pro εἰς γενεὰς γενεῶν multi codd. habent h. l. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, quae formula frequentiffime in verfione feptuagintauirali occurrit, vnde facile adfcribi potuit a grammaticis in margine codd., in aliis libris etiam e gloffemate legitur ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν, quae formula extat in LXX. Pf. 89, 5. alii libri, librariorum incuria exhibent, εἰς γενεὰς καὶ γενεὰς al. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰς, al. εἰς γενεὰς καὶ γενεῶν, v. *Griesb.* vulgaris lectio retinenda videtur. οἱ φοβούμενοι np. τὸν Θεὸν funt *Dei cultores* Pf. 103, 17. יְרֵאָיו = עַל ad quam formulam exprimendam οἱ ό Iob. 1, 8. 2, 3. vfi funt vocabulo θεοσεβής. Itaque mens Mariae haec eft; omni tempore cultores fuos beniuolentia fua amplectitur.

51. Potentiam Dei celebrare pergit Maria, et praemiffa fententia vniuerfali hac; ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ, *magnas res potentia ipfius efficit*, exemplis nonnullis hanc eandem fententiam illuftrat. Ac verba quidem priora leguntur quoque Pf. 118, 15. 16. occurrit ibi formula חַיִל עֹשָׂה, quam Alexandrini exprefferunt ἐποίησε δύναμιν, et חיל ibi notat *victoriam*, h. l. vero latiori fignificatu pofitum eft, ita, vt fignificentur generatim, *infignia facta*, *admiranda facinora*, atque adeo κράτος refpondeat voci μεγαλεῖα v. 49. βραχίων autem, vt Hebr. זְרוֹעַ, per metaphoram notat: *vim*, *potentiam*, Iob. 40, 4. Ioh. 12, 38. Suidas: βραχίων· τροπικῶς ἡ δύναμις· ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἐργάζεσθαι πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι. — διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν] *difpergit qui fe fortiffimos putant*. διασκορπίζειν, *difpergere*, *disfipare*, v. c. τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης, Matth. 26, 31. hoftes Act. H. V. 13, 46. τοὺς μὲν διεσκόρπισεν, οὓς δὲ ἀπέκτεινεν· eodem fenfu legitur פזר Pf. 89, 11. Iam cum disfipationem fequi folent interitus, hinc interpretes διεσκόρπισεν h. l. vertunt: *perdit*, cuius tamen fignifi-

cationis exempla idonea defidero, et ὑπερηφάνους διανοίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν explicant: *qui in cogitatione animi sui superbiunt*, animi faſtu inſoleſcentes, ſuperbos. Sed ὑπερήφανοι ſunt h. l. vt mihi ſaltem videtur, *fortes*, *heroes*, Hebr. אַבִּירֵי לֵב quae verba Hebraica Pſ. 76, 6. Symmachus expreſſit ὑπερήφανοι τῇ καρδίᾳ· cum autem h. l. adiectum legatur διανοίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν· verba explicanda ſunt: qui ſibi heroes videntur. Confirmat hanc interpretationem contextus, coll. v. 52. et hymnus Hannae 1 Sam. 2. cuius verba v. 7. 8. h. l. v. 52. 53. laudantur; legitur autem ibi v. 4. τόξον δυνατῶν ἠσθένησε, *fortium arcum frangit.* add. Pſ. 88, 11. βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς. Senſus ergo eſt: exercitus fortiſſimos disſipat. Reſpiciuntur autem hac formula et iis, quae v. ſeq. occurrunt, opiniones, quas tunc temporis Iudaei de Meſſia fouebant, cum nempe fugaturum eſſe populi Iudaici hoſtes, gentes ſubacturum, afflictos Iudaeos feliciſſimos redditurum.

52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων κ. τ. λ.] *thronos principum deſtruit, et collocat eorum loco in iis homines obſcuros et ignobiles.* Sir. 10, 14. θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ κύριος, καὶ ἐκάθισε πραεῖς ἀντ' αὐτῶν· v. Obſſ. noſtr. ex libris Apocryph. ad h. l. καθαιρεῖν quod inter alia notat *deſtruere*, *demoliri*, atque inprimis de vrbibus, aedificiis, munitionibus, quae deſtruuntur, ponitur 1 Macc. 5, 65. καὶ καθεῖλε τὰ ὀχύρωμα αὐτῆς· add. 8. 10. vſurpatur deinde de iis, qui alios *auctoritate et poteſtate priuant*, vt h. l. Philoſtrat. Vit. Apollon. 5, 35. Herodot. 1, 4. vid. *Perizonius* ad Ael. H. V. 2, 25. pag. 96. T. 1. ed. Lipſ. atque *Elsnerus* ad h. l. qui ſimilem ſententiam Euripidis a Stobaeo c. 105. laudatam, attulit hanc: Ὁρᾷς τυράννους διὰ μακρῶν ἠσκημένους Ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω, *vides reges longo tempore confirmatos, Quam exiguae res offendant, et vna dies Hunc de alto deiicit, illum*

extollit. add. Seneca Herc. Oet. 412. *Qui regna miseris donat, et celsis rapit.* Senec. Praefat. Q. Natural. L. 3. *Nunc cum maxime Deus alia exaltat, alia submittit: nec molliter ponit, sed ex fastigio suo, nullas habitura reliquias iactat.* Alios locos nostro similes laudarunt *Wolfius*, *Raphelius* Obff. Xenoph. et *Wetstenius* ad h. l. δυνάϛης id. qd. τύραννος h. e. *rex*, exprimitur hoc vocabulo in versione Alexandrina Prou. 31, 4. Hebr. מֶלֶךְ. Iam cum opponantur ταπεινοὶ, patet, hac voce significari homines obscuros et ignobiles, qui Hebraice dicuntur עֲנָוִים et דַלִּים, sicut ταπείνωσις supra v. 48. de conditione humili et obscura occurrebat, quo eodem sensu ταπεινότης extat Thucyd. 7, 75. verbum denique ὑψοῦν, vt omnis orationis series docet, h. l. notat, *ad dignitatem regiam euehere.* Sensus autem huius formulae in vniuersum est: Deus est rerum fortunarumque omnium supremus moderator; infelices praeter omnem spem et exspectationem felicissimos reddit. coll. Ps. 113, 7. 8.

53. Eadem sententia aliis verbis repetita. πεινῶντες ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέϛειλε κενοὺς] *pauperes locupletat, diuites bonis exuit,* Cum opponantur h. l. inter se πεινῶντες et πλουτοῦντες, certissimum est, verbo πεινᾷν, quod proprie notat *esurire*, h. l. idem significari quod alias verbis πτωχεύειν et πένεσθαι *pauperem, inopem esse*, et sic quoque ab Hebraeis רָשִׁים *pauperes*, notantur vocabulo רְעֵבִים *fame laborantes*, vid. Ps. 34, 11. 107, 36. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 203. Sed aeque constat Hebraeos nomina רעבים, דלים, רשים, admodum frequenter ita vsurpasse, vt iis indicarent omnino homines *infelices ac miseros*, et hoc eodem sensu h. l. memorantur πεινῶντες. Per τὰ ἀγαθὰ in genere omnes copias et facultates significari tralatitium est. ἐξαπέϛειλε κενοὺς, *vacuos dimittit, opibus priuat:* ἐξαποϛέλλειν h. l. *dimittere cum aliqua nota turpitudinis, cum ignominia et contemtu*, vt 20, 10. Sir. 29, 9. Iam cum

per πεινῶντας h. l. intelligendi fint *infelices*, patet πλουτοῦντας vi oppofitionis effe felices. Senfus igitur verborum noftrorum eft: afflictos et miferos reddit felices.

54. 55. Ad omnem populum Iudaicum, beneficium Dei in fe collatum, Maria clarioribus verbis profitetur. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ] *curam habet*, *faluti confulit*, *Ifraelis filii fui*: ἀντιλαμβάνεσθαι proprie notat, *infirmum*, *vel proftratum*, *manibus prehendere et fubleuare*, hinc omnino, *curam alicuius fuscipere*, *habere*, *faluti et commodis alicuius confulere*. vid. *Elsnerus* ad h. l. et *Drefigius* de V. M. p. 173. Ita quoque hoc verbum, quo Alexandrini interpp. expreflerunt verba Hebraica עזר Ief. 49, 26. et סמך Pf. 118, 15. חזק Ief. 41, 9. legitur Sir. 3, 11. ἀντιλαβοῦ ἐν γήρᾳ πατρός σου· add. Act. 20, 35. et ap. Thucyd. 2, 61. mifero ac perturbato rerum ftatu hortatur Athenienfes Pericles ἀπαλγήσαντας τὰ ἴδια, τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι, *fepofito rerum priuatarum dolore*, *vnice falutis publicae curam fuscipere*. Caeterum populus Ifraeliticus faepius in libris V. T. vocatur *Dei filius*, vt Hof. 11, 1. Exod. 4, 22, 23. etc. μνησθῆναι ἐλέους κ. τ. λ.] *vt adeo perpetuo memor fit benignitatis*, (f. *beneficiorum*, vid. v. 50.) *quam promifit maioribus noftris*, *Abrahamo et huius pofteris*: λαλεῖν, דבר, (v. 55.) h. l. *promittere*, vt v. 70. Act. 3, 21. al. etiam Graecos verbis dicendi, notionem promittendi, tribuere folere, probauit *Elsnerus* ad v. 70. Praepofitio πρὸς h. l. in eadem orationis ferie iuncta eft datiuo et accufatiuo, quam in rem exempla plura e Polybio attulit *Raphelius* ad h. l. εἰς τὸν αἰῶνα fiue ἕως αἰῶνος, quae lectio verior videtur, cum eam plures optimae notae codd. tueantur, referri debet ad μνησθῆναι quod praeceffit. Caeterum locus parallelus eft Pf. 98, 3. vbi in verf. Alex. haec leguntur: ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.

57. 58. *Elisabetha, cum tempus pariendi aduenisset, peperit filium.* Verbum πλήθω, vt Hebr. מלא, vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 178 sqq. cum de tempore adhibetur, non tantum consummationem, sed etiam aduentum temporis indicat, vt h. l. 2, 21. 22. vbi v. *Krebsius.* Ita quoque cognatum συμπληροῦσθαι legitur Luc. 9, 51. — 58. καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι κ. τ. λ.] *et cum audiuissent vicini atque cognati, Deum tam insigni beneficio eam exornasse, congratulabantur ei.* μεγαλύνειν τὸ ἔλεος, *magnam facere benignitatem* i. e. magnum, insigne beneficium exhibere. Similis locus Gen. 19, 19. וַתַּגְדֵּל חַסְדְּךָ, vbi οἱ ό· καὶ ἐμεγάλυνας τὴν δικαιοσύνην σου· 1 Sam. 12, 24. μετ' αὐτῆς, *erga eam*, ex Hebraismo, pro datiuo αὐτῇ.

59. Et cum conuenissent (np. οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς, coll. v. 58.) *octauo die, vt concelebrarent festum circumcisionis pueri, patris Zachariae nomen ei imponere volebant.* Pro ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ legendum videtur ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי, cum diuersarum recensionum codd. optimis. Iudaei autem statim peracta circumcisione puero nomen imponere solebant, v. Gen. 21, 3. 4. sicuti puellis, tempore ablactationis. v. *Witsius* Miscell. Sacr. T. 1. p. 498. Sic apud Romanos quoque, octauo die puellae, nono pueri lustrabantur, iisque nomina imponebantur, qui dies dicebatur *lustricus* et *nominalis.* v. Macrob. Sat. 1, 16. Sueton. Ner. c. 6. *Casaubonus* ad Pers. Sat. 2. p. 197 sq. ἐκάλουν, *nominare volebant,* coll. v. 60. vid. not. ad v. 26. Caeterum apud Graecos quoque interdum puero recens nato, parentum, aut auorum nomina imposita esse, exemplis probarunt ad h. l. *Grotius* atque *Elsnerus.*

60 — 62. Elisabetha, cui Zacharias e templo reversus v. 23. significarat, quae ipsi euenerant, coll. v. 45. quaeque 1, 11 ss. enarrata leguntur, obstitit propinquorum voluntati, et affirmauit, Iohannis nomen filio esse

imponendum. Erat autem hoc nomen (vid. v. 14.) Iudaeis perquam vsitatum, v. 2 Regg. 25, 23. 1 Chron. 3, 15. 25. 12, 4. 12. Neh. 12, 13. Ier. 40, 8. 2 Macc. 2, 2. etc. neque cognati illud tanquam omnino inusitatum repudiabant, sed propterea, quod nemo in tota familia hoc nomine compellaretur. — 62. *ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ κ. τ. λ.*] *itaque nutu significabant patri illius, quo eum nomine appellare vellet.* Male ex his verbis Chrysostomus, Theophylactus, *Grotius*, *Lightfootus* alii, collegerunt, Zachariam non modo *mutum*, sed etiam *surdum* fuisse, et obseruarunt, vocabulum *κωφὸς* quod v. 22. extat, et *surdum* Luc. 7, 22. et *mutum* Luc. 11, 14. Matth. 9, 33. vt verbum חֵרֵשׁ et *mutus* et *surdus fuit*, significare. Sed obstat huic coniecturae verbum *σιωπᾶν* v. 20. quod etiam docet, quaenam significatio vocabulo *κωφὸς* v. 22. tribuenda sit, neque v. 64. legitur aurium vsum Zachariae redditum fuisse. Per nutum loqui solemus etiam cum bene audientibus. v. Ioh. 13, 24. Nec certum est vicinos illos per nutum cum Zacharia esse locutos; commode enim verba *ἐνένευον κ. τ. λ.* explicari possunt, nutu Zachariam arcessebant, verbis ac voce ei deinceps quaestionem propositurі. *τὸ* ante *τι* redundat, vid. ad Marc. 9, 23. et *Elsnerus* ad h. l. Sed *τι* positum est pro *κατὰ τί ὄνομα*, et hoc vim particulae *πῶς* obtinet. v. *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l.

63. 64. *Postulauit tabulam, et inscripsit ei verba haec: nominetur Iohannes: πινακίδιον, tabulam, pugillares.* v. *Segaarius* ad h. l. *ἔγραψε λέγων* hoc est, *scripsit hunc in modum*, s. *haec verba*, vt 2 Regg. 10, 6. Ioseph. Ant. 11, 3. de Cambyse: *κινεῖται πρὸς τὰ δεδηλωμένα, καὶ γράφει τάδε λέγων.* c. 4. *ἀντιγράφει τῷ Σισίνῃ, καὶ τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ, τάδε λέγων.* add. Ant. 13, 4. 1. v. *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. — 64. *ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ*] *postquam haec scripserat, repente facultatem loquendi recepit.* Qui opinan-

tur Zachariam in templo hemiplexia captum, et vſu linguae priuatum fuiſſe, monent, laetitiam, quam de puero nato perciperet, et ſtudium demonſtrandi, puero Iohannis nomen eſſe imponendum, effeciſſe, vt vſum linguae reciperet. Laudant hanc in rem locum Gellii 5, 9. *Filius Croeſi regis, cum iam per aetatem fari poſſet, infans erat: et cum iam multum adoleuiſſet, idem nihil fari quibat. Mutus adeo et elinguis diu habitus eſt. Cum vero in patrem eius bello magno victum, et vrbe, in qua erat, capta* (nempe cum Sardes, vrbem regiam, expugnaſſet Perſarum exercitus) *hoſtis gladio deducto regem eſſe ignorans, inuaderet: diduxit adoleſcens os, clamare nitens, eoque nixu atque impetu ſpiritus, vitium nodumque linguae rupit, planeque et articulate elocutus eſt, clamans in hoſtem, ne rex Croeſus occideretur. Tum et hoſtis gladium reduxit, et rex vita donatus eſt, et adoleſcens loqui prorſus deinceps incepit.* Valer. Max. 1, 8. extr. 3. *Nauſimenis Athenienſis vxor, cum filii ac filiae ſuae ſtupro interueniſſet, inopinati monſtri percullſa conſpectu; et in praeſens tempus ad indignandum, et in poſterum ad loquendum obmutuit.* ib. 4. *Aegles Samius athleta mutus, cum ei victoriae, quam adeptus erat, titulus et praemium eriperetur, indignatione accenſus, vocalis euaſit.* ἀνεῴχθη τὸ ϛόμα καὶ ἡ γλῶσσα ex Hebraiſmo omnino notat, *loqui coepit.* Verbum ἀνεῴχθη proprie quidem non accurate copulari poteſt cum vocabulo γλῶσσα, vnde nonnulli ad γλῶσσα ſubintelligunt ἐλύθη, v. Marc. 7, 35. quae tamen huius verbi ellipſis inſolentior, nec ea opus eſt, cum ſoleant optimi quique ſcriptores, verbum vnum duobus ſubſtantiuis iungere, quorum tamen alteri tantum proprie competat. Aeſchyl. Prom. 21. οὔτε φωνὴν, οὔτε μορφὴν βροτῶν ὄψει· vbi v. *Stanleius.* Virg. Aen. 7, 444. *Bella viri pacemque gerant.* Cic. p. red. in Sen. c. 9. *qui mihi primus afflicto et iacenti conſularem fidem, dexteramque porrexit.* add. Homer. Il. μ', 319. Sophocl. Electr. v. 432. v. *Raphelius* Obſſ. Xenophh. ad h. l. *Weſſelingius* ad Herodo. 4, 106. *Dorvillius* ad Charit. p. 706 ſqq. *Bur-*

manus ad Phaedr. 4. 17. 31. *Graeuius* ad Iuftin. 1, 9. 10. *Duckerus* ad Florum 2, 17. 12. 3, 21. 27. *Marklandus* ad Stat. Silu. 1, 82. *Heynius* ad Tibull. 1, 4. 66. Obferuari praeterea etiam debet, ἀνοίγειν refpondere verbo Hebraeorum פתח, quod non modo fignificat *aperire*, fed etiam *foluere* Gen. 24. 32. Ief. 5, 27. add. Marc. 7, 34. vt adeo verba verti poffint: os apertum, lingua foluta eft. καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεὸν, *et voca fua Dei benignitatem praedicauit.*

65. 66. καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτοὺς] *et omnes vicini obftupuerunt:* φόβος enim h. l. non *metum*, fed *admirationem* indicat, vid. ad Marc. 4, 41. διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα, *res omnis diuulgata eft, omnium ore ferebatur:* ῥήματα, *res, ea quae euenerant,* fic ῥῆμα legebatur fupra v. 37. refpondet Hebr. דבר, quod Alexandrini expreſſerunt Gen. 19, 22. per πρᾶγμα et Neh. 11, 24. per χρῆμα· vid. et Act. 10, 37. Matth. 18, 16. Graecis quoque interdum ἔπος et λόγος de re in facto pofita, dicuntur. v. *Stanleius* ad Aefchyl. Perf. 313. — 66. καὶ ἔθεντο πάντες — ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν] *alta mente repofta tenebant;* refpondet haec formula Hebr. הֵשִׂים עַל־לֵב atque de iis adhibetur, qui memori aliquid mente conditum tenent, qui diligenter aliquid confiderant. Sic apud Homer Odyf. α, 361. μῦθον ἐντίθεσθαι θυμῷ eft, confiderare fecum orationem, atque adeo videre qualis illa fit; rationem habendam orationis, eique parendum, cenfere. Similis formula τιθέναι εἰς τὰ ὦτα Luc. 9, 44. γράφειν φρενῶν ἔσω ap. Aefchyl. in Prometh. v. 788. τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔϛαι] *quis puer ille erit?* quam infignis vir puer hic aliquando erit! quam eximius, praeftans vir! eft autem τί pofitum pro τίς, vt Act. 12, 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. add. Theophr. Char. 28, 1. Sic Latini quoque ponere folent *quid* et *quod*, pro, *quis*, v. *Duckerus* ad Flor. 4, 2. 79. *Burmanus* ad Phaedr. 5, 10. 9. add. Ouid. Heroidd. 7, 168. 12, 25. 31. ibique

Heinsius, et interpp. ad Act. l. c. καὶ χεὶρ κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ] haec verba vulgo pro additamento scriptoris habent, et vertunt: *atque Deus ei auxilio suo aderat:* χεὶρ enim, monente Suida, est idem quod δύναμις, βοήθεια, quo sensu v. 51. βραχίων occurrebat, et similis formula est 2, 40. καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό. Rectius tamen *Storrius* Diss. exeget. in aliquot libror. historicor. N. T. locos P. 3. p. 33. arbitratur, esse haec verba partem orationis eorum, qui de natalibus pueri, eorumque singulari ratione audiuissent; vt adeo sensus sit: quam insignis vir hic puer aliquando erit, in quo, in cuius natalibus adeo luculenter et potenter prouidentia diuina eluxit! vt adeo respiciantur ea quae ante et post natiuitatem Iohannis euenerunt. Itaque καὶ — μεθ' αὐτοῦ positum est pro, μεθ' οὗ, vt supra v. 49. καὶ αὐτοῦ pro οὗ· infra 11, 44. καὶ — ἐπάνω ὤν.

67. 68. Hymnum, qui sequitur, Zachariam non cecinisse statim tum, cum vsum linguae recepisset, et puero nomen imposuisset, vel exinde apertissime apparet, quod Lucas, siue potius auctor Euangelii infantiae Iesu, nunc demum eum attulit. Serius ergo hoc carmen Zacharias composuit, et literis consignauit. Argumentum carminis hoc est: laetatur Zacharias de Messia breui apparituro, describit felicitatem, quam Messias Iudaeis largiturus sit, filiumque suum illius praecursorem fore, affirmat. ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου. vid. ad. v. 41. προφητεύειν est *laudes diuinas carmine celebrare*, quo sensu positum quoque extat Hebr. הִתְנַבֵּא 1 Regg. 18, 29. 1 Sam. 10, 5. 6. 2 Chron. 20. 37. vid. et *Schoettgenius* in Hor. Hebrr. ad h. l. — 68. εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, *laudibus celebrandus est dominus, Deus Israelitarum tutelaris*, v. ad v. 28. ὅτι ἐπεσκέψατο κ. τ. λ.] *nam succurret populo suo, eumque liberabit:* ἐπισκέπτεσθαι, de cuius verbi notionibus plura disputata sunt ad Matth. 25, 36. h. l. est, *succurrere, opem ferre, beneficiis ornare,*

atque idem valet quod ἐπιβλέπειν v. 48. et ἐπιμελεῖσθαι Luc. 10, 24. vid. et not. supra ad v. 25. ἐποίησε λύτρωσιν, *liberabit* Iudaeos ab hostibus suis et malis quibus premuntur.

69. καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν] *eriget nobis cornu salutis* h. e. si sensum spectamus, *regem potentem eundemque seruatorem excitabit, concedet nobis.* Formula κέρας σωτηρίας Hebraica est. Sed valde dissentiunt inter se interpretes, vnde metaphora deducta sit. v. *Wolfius* in Curis et *Koecherus* in Analectis ad h. l. Peculiari libello illustravit haec verba *Noesseltus*, v. eiusd. Opuscula ad interpretation. Sacrar. Scriptur. p. 81 sqq. Scilicet κέρας σωτηρίας, vt קֶרֶן יֶשַׁע 1 Sam. et Ps. ll. cc. videtur ei dictum esse *de galea*, *quae incolumitatem praestat* s. ita quasi caput munit, vt de ictibus hostium nihil sit metuendum. Inter veteres populos (verbis *Noesselti* vtor) multi cornua galeis applicabant, siue vt hostibus terrorem incuterent, v. Diod. Sic. 5, 30. T. 1. p. 353. ed. Wessel. siue vt duces facilius internoscerentur. v. Plutarch. in Pyrrho Opp. T. 1. p. 384. B. Francof. Etiam Dauides Ps. 60, 9. et 108, 9. Ephraimitas appellat מָעוֹז רֹאשִׁי *robur capitis mei*, et cum קֶרֶן etiam *de robore* dicatur, magna omnino inter illud et alterum vobabulum מָעוֹז similitudo intercedit; praeterea vocabulum יֶשַׁע, quod Ps. 18, 3. legitur, etiam Ies. 59, 17. cum galea conjungitur, add. Ephes. 6, 17. Dauidi dicitur Deus *rupes*, *propugnaculum*, *arx*, *clypeus*, nominibus e re bellica desumtis, qui contextus desiderat in קֶרֶן eandem significationem bellicam. Atque haec etiam aptissima sunt Zachariae hymno, propter ea quae v. 71. leguntur. Sed vt scite monuit *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. l. c. (qui ibi קֶרֶן ex lingua Arab. explicat, *vertex montis*) non potest exemplis idoneis probari, eiusmodi galeas cornibus ornatas apud Hebraeos vsu fuisse receptas; et cornua galeis non tam defensionis, quam potius ornatus caussa a veteribus addebantur; atque manet durities quaedam, quicquid contradixerit *Noesseltus*,

in coniunctione verborum ἐγείρειν κέρας. Aliam viam ingressus est *Fischerus* in Prolusf. de vit. Lexx. N. T. p. 214 ss. et ad *Leusdenium* de Hebraism. N. T. p. 40 sq. explicat verba nostra: *concedet nobis seruatorem, auctorem et praesidium* salutis hominum; κέρας σωτηρίας est ei id. qd. αἴτιος σωτηρίας, cum v. 71. sequatur σωτηρία i. σωτήρ· atque metaphoram desumtam putat *ab eminentiis et ansis altaris* in atrio templi Hierosolymitani collocati, cuius quatuor in angulis eminentiae, Hebraice dicebantur קְרָנוֹת, κέρατα, vid. Exod. 27. 2. Hae eminentiae, haec *cornua*, cum essent apud Iudaeos supplicum perfugia, vt arae et foci apud barbaros, v. 1 Regg. 1, 50. 1 Macc. 2, 48. hoc Iudaeorum illius aetatis more et instituto factum esse, monet, vt voc. קֶרֶן addito etiam perspicuitatis caussa vocabulo יֶשַׁע eleganter transferretur ad personam eius qui esset perfugium, praesidiumque salutis aliorum. Mihi tamen praeplacet vulgaris sententia plerorumque interpretum, et veterum et recentiorum, imaginem h. l. depromtam esse *ab animalibus cornutis*, quorum vis in cornibus consistit, quae cornibus sese defendunt, atque contra pugnantia repellunt. Et cum boues Hebraeis, agricultura victum inprimis quaerentibus, in honore fuerint, hinc imagines, quas inde sunt mutuati, nihil indecori habuerunt, et perquam frequenter ab agricultura imagines desumserunt. Est autem Hebraeis *cornu* in vniuersum, imago *roboris et potentiae*: Suidas: κέρας· ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων, τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων· Cyrilli Lex MS. Brem. κέρας, ἡ δόξα ἐστὶ καὶ ἡ δύναμις πολλάκις. Sic Ps. 89, 18. legitur: *Tu* (Ioua) *es decus roboris* (עֻזָּמוֹ) *eorum* (Israelitarum, quicquid habent virium ac roboris a te accipiunt) *et tuo beneficio exaltatur cornu nostrum* (augetur potentia nostra), תָּרוּם קַרְנֵנוּ. Ps. 148, 14. *exaltauit cornu populi sui* i. e. auxit potentiam populi sui. Sir. 47, 5. ἀνυψῶσαι κέρας λαοῦ αὐτοῦ· v. 7. συνέτριψεν αὐτῶν κέρας· add. Ps. 75, 5. Ier. 48, 25. Thren. 2, 3. 17. Ez. 29, 21. Est vero etiam

cornu nominatim, fymbolum *imperii*, *potentiae principalis et regiae*, *hoftes proflernentis:* Cyrill. Lex. MS. Brem. κέρας· πανταχῆ τὰ βασιλέων λέγεται. Theophylactus ad h. l. κέρας, ἡ δύναμιν σημαίνει — ἡ βασιλείαν. Hoc modo vocabulum קֶרֶן adhibitum exftat 1 Sam. 2, 10. *Ioua regi fuo potentiam dabit, et vncti fui cornu exaltabit*, add. Dan. 7, 7. 20. 8, 5. 6. et Pf. 18, 3. vbi legitur: יְהוָה מָגִנִּי *Ioua tu es clypeus meus*, haec verba explicantur v. 36. וַתִּתֶּן־לִי מָגֵן יִשְׁעֶךָ *dedifti mihi clypeum falutis tuae* i. auxilium tuum mihi in proeliis clypei inftar fuit. Iam verba quae v. 3. fequuntur: וְקֶרֶן יִשְׁעִי *tu es cornu falutis meae*, explicari debent: tu addis mihi cornua, erigis mihi cornua, quibus hoftes repellere et fuperare poffim. coll. Mich. 4, 13. Non ergo cum *Paulo* et *Rofenmüllero* Pf. 18, 3. קֶרֶן explicuerim, *vertex montis*, quod caeterae metaphorae omnes a locis praealtis adituque difficilibus fint ibi arceffitae. Nam proxime praeceffit מָגִנִּי, et recte adeo iudicauit *Noeffeltus* l. c. p. 39. contextum defiderare in קרן fignificationem bellicam. Iam hunc ipfum Pfalmi 18, 3. locum Zachariam refpexiffe, plurimi interpretes opinantur. Mihi vero *facerdos* refpexiffe potius videtur locum noftro fimillimum Pf. 132, 16. 17. Hic Pfalmus, vt plures interpretes rectiffime iudicarunt, v. *Dathius* et *Rofenmüllerus* ad Pf. l. c. compofitus eft tempore folennis dedicationis templi Salomonei. vid. 1 Regg. 8. 2 Chron. 5, 6. Legitur autem Pf. l. v, 16. *Sacerdotes eius* (Sionis) *omnis generis bonis ornabo, et pii eius femper habebunt de quo gaudeant* (cf. h. l. v. 74.). 17. *Ibi germinare faciam cornu Dauidi*, אַצְמִיחַ קֶרֶן לְדָוִד i. e. faciam, ut emineat potentia regis e Dauidis pofteris, fucceffloris ipfius; intelligitur Pf. l. c. Salomo. Dauides autem pro fucceffore memoratur, vt ap. Hof. 3, 4. דָּוִד eft *rex Dauidi fimilis*, et in altero membro v. 17. Pfalmi, legitur: *et parabo lucernam*, fplendorem, potentiam augebo, *vncto meo*. Magnam fimilitudinem inter hunc Pfalmi locum et noftrum locum intercedere, nemo facile negabit. Cum ergo κέρας fit

imago roboris et potentiae, ac nominatim potentiae regiae; cum hoc ipso fenfu fumatur Pf. 132, 17. quem locum Zachariae menti obuerfatum effe, perquam probabile eft; cum requiratur h. l. imago e re bellica defumta, quoniam v. 71. 74. hoftes populi commemorantur; cum Iudaei Zachariae aetate fperarint, Meffiam hoftes ipforum fugaturum effe et debellaturum; h. l. vero fermo fit de Meffia: nobis quidem perfuafiffimum eft, verba ἤγειρε κέρας σωτηρίας commode exprimi poffe: *excitabit, largietur nobis regem potentem, qui noftrae faluti profpiciat*, et Zachariam fi profa, nec poetica oratione vfus effet, dicturum fuiffe βασιλέα σωτῆρα. Atque hac explicatione verborum admiffa, non otiofum eft vocabulum κέρας, vt in interpretatione, quam *Fifcherus* protulit. Verbum ἐγείρειν, quod omnino notat, *oriri iubere, prodire facere, excitare*, in verfione Alexandrina refpondet verbis Hebraicis הרים 1 Sam. 2, 8. et הקים Gen. 49, 9. 1 Chron. 22, 19. Prou. 6, 9. et hoc pofterius verbum interpretes Alexandrini Iob. 11, 17. expreflerunt verbo ἀνατέλλειν, quod ipfum verbum iidem interpp. adhibuerunt Pf. 132, 17. Verbo autem ἐγείρειν de induftria Lucas vfus eft, quoniam, vt intelligenter monuit *Noeffeltus* l. c. p. 41. ἐγείρειν f. הקים f. הרים ab Hebraeis etiam tribuitur Deo, cum mittit Soteras, fiue doctrina, fiue virtute conftituentes rempublicam vel defendentes Iudd. 2, 16. 18. 3, 9. 15. Ief. 45, 13. etc. vt adeo hoc verbum apte referri potuerit ad κέρας σωτηρίας h. e. Meffiam, regem potentem, a Deo miffum, ad promouendam falutem populi. ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ] *ex familia Dauidis cultoris ipfius:* ἐν pofitum eft pro ἐξ, vt ab Hebraeis quoque ב poni folet pro מ, vid. Sir. 33. 34. vbi Syrus habet ܡܢ. Matth. 22, 37. coll. Luc. 10, 27. add. Deut. 6, 5. 2 Sam. 19, 4. 1 Chron. 27, 27. v. *Noldius* in Concordd. p. 147. Sic quoque Graeci fcriptores exteri praepofitione ἐν vfi funt, vt Lucian. de merc. cond. 26. ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πιεῖν. Athen. 11, 10, p. 483. πίνουσιν — ἐν πιθάκναις. Vid. *Cuperus* Obff. 2, 8.

Dorvillius ad Charit. p. 272. Etiam Latini fcriptores *in* vfurparunt pro *ex*, vt pluribus exemplis probarunt *Scheffe-rus*, *Gronouius* et *Burmanus* ad Phaedr. 1, 25. 3. *Schul-tingius* ad Sen. controu. 4. p. 290. T. 3. Gron. add. Obff. Mifcell. T. 7. p. 382. παῖς, Hebr. עבד, notat *cultorem*, vt Ief. 41, 8. 9. al.

70. καθὼς ἐλάλησε διὰ ςόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ] *ficuti per prophetas venerandos inde ab antiquiffimis temporibus promifit:* λαλεῖν, *promittere*, vt fupra v. 55. Formula autem ἀπ' αἰῶνος notare *antiquif-fima tempora*, docet locus Iofephi B. I. Praef. pag. 706. τὰ γοῦν πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα, *omnium igitur poft hominum memoriam calamitates.* Diod. Sic. 17, 1. πάν-τας τοὺς ἐξ αἰῶνος τῇ μνήμῃ τῶν ἔργων παραδεδομένους βα-σιλεῖς, *omnes reges, quorum facta ab omni aeuo memoriae prodita funt.* add. Act. 3, 21. ςόματος per Hebraifmum redundat. Caeterum *Noeffeltus*, *Fifcherus*, alii, hunc ver-fum recte parenthefi includunt, vt fupra v. 55. et v. 71. cum v. 69. copulant, vt adeo verbis σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, accuratius conftituatur, quomodo genti Iudaicae falutem largiturus fit ille, qui antea nominatus erat κέρας σωτηρίας· *excitabit nobis* κέρας σωτηρίας· (*ficuti promi-fit* etc.) *Seruatorem inquam* etc. Alii v. 70. cum 71. coniungunt, qua tamen ratione admiffa, paulo moleftius decurrit oratio.

71. 72. σωτηρίαν pro σωτῆρα vt Ioh. 4, 22. coll. v. 42. λύτρωσις pro λυτρωτής Luc. 2, 38. παράκλησις pro παράκλητος 2, 25. Pofterius membrum exacte refpon-det priori, οἱ μισοῦντες iidem funt, qui antea dicebantur ἐχθροί, populi hoftes. Intelliguntur gentiles, et inter eos inprimis Romani, v. Comment. in Matth. p. 74 fq. χείρ eft *poteftas*, vt ap. Iofeph. Ant. 17, 2. 4. κατὰ χεῖρα γὰρ ἐκείνῳ πάντα εἶναι· et alias faepius. — 72. ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν κ. τ. λ.] excitabit nobis fer-

vatorem — *vt demonſtret ſuam erga maiores noſtros benignitatem, et ſe memorem eſſe promiſſionis ſuae ſanctae.* Quaeritur, quomodo Zacharias dicere potuerit, Deum maioribus demonſtraturum eſſe benignitatem ſuam eo, quod miſſurus ſit ſeruatorem, eorum poſteros ab hoſtibus ipſorum liberaturum. Reſpondent: maiores Iſraelitarum nominantur, quia ipſis conferri videntur beneficia, quae propter ipſos contingunt poſteris. *Paulus* vero (cui Zacharias reſpexiſſe videtur locos Exod. 20, 6. Deut. 5, 10. 7, 9 ſeqq.) monuit, dicta haec eſſe conuenienter opinioni Iudaeorum, maiores, in orco, poſt mortem, curare fata poſterorum ſuorum. Laudauit hanc in rem locum Ioh. 8, 56. vbi vid. quae notauimus. Addi poterat locus Ieſ. 29, 22. *Iacobi poſteris dicit Ioua, qui Abrahamum redemit: non amplius Iacobus erubeſcet, nec facies eius expalleſcet; imo poſteri eorum ad ſanam mentem redibunt et pie me colent.* Sed his ambagibus non opus eſſe videtur. Nempe exiſtimabant Iudaei, maiores ipſorum participes fore felicitatis in regno Meſſiano exſpectandae. v. ad Matth. 8, 11. 19, 28. p. 547. Deus ergo Meſſiam mittens, eo ipſo demonſtrabat maioribus benignitatem ſuam. Ineſt autem verbis ſimul notio haec: maiorum noſtrorum cauſſa, eorum ratione habita, ſeruatorem nobis excitabit, concedet. *ποιῆσαι* et *μνησθῆναι* poſita ſunt pro *εἰς τὸ ποιῆσαι* et *εἰς τὸ μνησθῆναι.* Formula autem *ποιεῖν ἔλεος μετά τινος* notat *benignum ſe alicui praeſtare, benignitatem ſuam alicui demonſtrare, fauere, bene velle alicui*, atque adeo *μετὰ τῶν πατέρων* eſt id. qd. *τοῖς πατράσιν ἡμῶν.* Hebraei enim eodem modo formulae עָשׂוֹת חֶסֶד addere ſolent particulas עִמָּד et עִם. v. Gen. 24, 14. add. 26, 29. Ex. 20, 6. 34, 7. Deut. 5. 10. *Vorſtius* de Hebraiſm. N. T. p. 657. et *Leusdenius* de Hebraiſm. p. 128. *διαθήκη* eſt h. l. *promiſſio*, vt ברית Pſ. 25, 14. 89, 29. 2 Macc. 8, 15. Gal. 3, 15. *ἅγιος* autem, cum de promiſſione ſermo ſit, notat *ſancta* i. e. inuiolabilis, firma et certa. Aliis *ἁγία* eſt epitheton ornantis, et promiſſio *ἁγία*, *ſancta* dicta, vtpote a Deo data.

73. ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ] subintelligunt κατά· *secundum iusiurandum quod iurauit.* Sed fortior et viuidior existit oratio, si ὅρκον referamus ad μνησθῆναι· construitur hoc verbum etiam cum accusatiuo in vers. Alex. Ies. 63, 7. Gen. 9, 16. Ex. 20, 8. neque adeo necesse est, vt cum *Vitringa* Obss. S. 1, 17. legamus ὅρκου, aut cum *Elsnero* statuamus, ὅρκον positum esse pro ὅρκου, neque offendere potest, eidem verbo esse iunctum duplicem casum, similis constructionis exemplum aderat supra v. 55. vid. et *Fischerus* in Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 448. Iam vero verba exprimenda sunt: *vt se meminisse demonstret promissionis suae, iurisiurandi Abrahamo dati* i. e. promissionis interposito iureiurando confirmatae. Promissio ipsa legitur Gen. 22, 16 sq. add. Num. 26, 42. Aliorum explicationes vid. ap. *Wolfium* et *Koecherum* ad h. l. πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα pro τῷ Ἀβραὰμ τῷ πατρί· per Hebraismum; expressit Lucas notam datiui ל per praepositionem πρὸς, quoniam illa ipsa particula ל nonnunquam apud Hebraeos vim praepositionis אֶל obtinet.

74. 75. Sequitur descriptio et vberior explanatio promissionis Abrahamo datae. Veteris Testamenti prophetae aureum seculum, tempora Messiae depingentes, vtebantur imaginibus fere his: omnibus hostibus Iudaeorum feliciter superatis, tempora erunt pacata, vera pietas et religio restituetur, secure sacra facient Iudaei, ac suo modo Deum colent. Huius generis prophetarum oracula respexit Zacharias, et inde petiit explicationem suam loci Gen. 22, 16. vbi Abrahamo eiusque posteris felicitas summa promittitur. τοῦ δοῦναι ad antecedentia referendum. Similis locus Ier. 11, 5. ὅπως στήσω τὸν ὅρκον μου, ὃν ὤμοσα τοῖς πατράσιν ὑμῶν, τοῦ δοῦναι αὐτοῖς γῆν ῥέουσαν γάλα κ. τ. λ. Sed δοῦναι, Hebr. נָתַן, est h. l. *concedere, largiri,* velle; vid. not. ad v. 25. ἀφόβως, *tranquille, secure,* explicatur additis verbis his: ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, *ab hostibus omnibus liberatos.* — 75. λατρεύειν

αὐτῷ ἐν ὁσιότητι κ. τ. λ.] *vt eum colamus sanctitatis et pietatis verae, non fucatae studiosi:* ἐνώπιον αὐτοῦ, vid. ad v. 6. Verba τῆς ζωῆς ἡμῶν, cum ea omissa sint in codd. diuersarum recensionum plurimis et praestantissimis, pro additamento grammaticorum habenda sunt, nempe ab iis addita sunt, qui e V. T. scirent formulam יְמֵי חַיֵּינוּ admodum vsitatam fuisse Hebraeis.

76. 77. Iam sese conuertit Zachariae oratio ad puerum recens natum. καὶ σὺ παιδίον, προφήτης κ. τ. λ.] *tu vero infans, eris legatus Dei summi, praeibis enim dominum, vt ei viam pares.* Cum Zacharias paulo ante verba fecerit de Messia breui venturo; patet per τὸν κύριον Messiam intelligendum esse. cf. v. 43. Ioh. 1, 23. coll. v. 27. Mens autem Zachariae haec est: tu eris Messiae praecursor, doctor populi. προφήτης, *interpres voluntatis diuinae, legatus diuinus.* vid. ad Matth. 10, 41. ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ, v. Matth. 3, 3. — 77. τοῦ δοῦναι — αὐτῶν] *vt cognitionem salutis largiaris populo ipsius*, doctrinam salutarem ei tradas, *quo consequatur remissionem peccatorum.* Explanantur his verbis accuratius formulae προπορεύσῃ et ἑτοιμάσαι κ. τ. λ. Sed ἐν ἀφέσει positum est pro εἰς ἄφεσιν. Zacharias, sacerdos, a Messia inprimis exspectabat pietatis ac religionis restitutionem, vitae morumque emendationem, et peccatorum populi expiationem. vid. ad Matth. p. 75. Alii haec verba explicant: vt tradat doctrinam salutis, quae (salus) peccatorum venia continetur.

78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους — ἐξ ὕψους] *per summam Dei benignitatem, ob quam succurret nobis de coelo, sol oriens.* σπλάγχνα, *viscera*, per metaphoram, *misericordiam, benignitatem* indicat; v. ad Matth. 9, 36. est synonymum vocabuli ἔλεος, atque adeo per haec duo vocabula idem valentia, *summus amor, benignitas maxima* notatur. Per ἀνατολὴν ἐξ ὕψους intelligitur Messias, et metaphora deducta est h. l. a viatoribus, qui a recta via aberrarunt, quibus nox su-

peruenit, vt adeo nefciant, quo fe vertant, qui ortum folis auide exfpectant, quique, fole orto, recta via pergunt. Scilicet ἀνατολὴ, *ortus*, *origo*, pofitum eft pro ἀνατολὴ ἡλίου (vt 1 Regg. 7, 24. coll. Iudd. 5, 31.) vel ἥλιος ἀνατέλλων, *fol oriens*. Ac de fole h. l. effe cogitandum, docet ipfe vfus vocabuli ἀνατολὴ, quod de ortu folis κατ' ἐξοχὴν adhibetur, vt verbum ἀνατέλλειν, vid. ad Matth. 4, 16. docet verbum quod fequitur ἐπιφᾶναι, docent adiecta formula ἐξ ὕψους (ὕψος enim, vt Hebr. מָרוֹם, eft *coelum*. v. Pf. 71, 19. 73, 8. al.) verba oppofita τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, et loci prophetarum, quos Zacharias refpexit, Ief. 60, 1. 2. *furge, laetare, nam lux tua oritur* (כִּי־בָא אוֹרֵךְ) *et Ioua maieftatem fuam tibi praebet confpiciendam.* 2. *Aliae gentes fpiffis tenebris funt inuolutae, tibi vero Ioua exorietur.* add. Ief. 9, 1. coll. Matth. 4, 14 fs. confirmant denique loci Euangelii Iohannis, vbi Chriftus dicitur φῶς τῶν ἀνθρώπων 1, 4. φῶς τοῦ κόσμου 8, 12. add. 9, 5. et 1 Ioh. 1, 4. 5. τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει. Neutiquam ergo adftipulari poffum interpretibus iis, qui metaphoram defumtam effe autumant *a furculo ex radice arboris propullulante*, et nomine ἀνατολὴ *progenies*, *proles*, expreffum effe Hebr. צֶמַח, quo vocabulo prophetae Meffiam infigniuerint, quam in rem laudant Ief. 4, 2. Zach. 3, 8. 6, 12. Verbum ἐπισκέπτεσθαι, (vid. ad v. 68. et Matth. 25, 36.) quod coniungendum puto cum verbis ἐξ ὕψους, h. l. eft *fuccurrere*, atque adeo verba reddi debent: *fuccurret nobis de coelo fol oriens*, hoc poetice dictum eft pro, fuccurret nobis de coelo auctor felicitatis noftrae (nam lux eft perpetua felicitatis imago), Meffias, qui de coelo in has terras venit, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Ioh. 3, 13. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ib. v. 31. Reliqui, quos vidi interpretes, coniungunt verba ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, *fuccurret nobis lux illa quae coelitus exorietur.* Sed formula ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἐξ ὕψους adhibita eft, vt appareret, non effe fermonem de ortu folis proprie fic dicto.

79. ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις] *vt adfulgeat iis qui in denfiffima caligine verfantur:* ἐπιφᾶναι pofitum eft pro εἰς τὸ ἐπιφᾶναι. Verbum autem ἐπιφᾶναι paffim legitur de fole et aftris, v. Act. 27, 20. Ael. H. V. 13, 1. de Atalanta, ἐπέφηνε ὥςπερ ἀςήρ. add. Polyb. 3, 11. et *Raphelius* ad h. l. Iam cum lux in literis facris perpetua fit felicitatis imago; caligo, miferiae et calamitatum: fenfus verborum omnino eft: vt reipublicae Iudaeorum priftinum fplendorem reftituat, vt populum fuum infelicem feliciffimum reddat. Poffet quidem φῶς fignificare *doctorem*, ἐπιφᾶναι *religionis luce colluftrare*, et σκότος atque σκιὰ θανάτου referri ad populum in ignorantia verfantem; vid. ad Matth. 4, 16. verum quo minus h. l. haec verba ita capiamus, impediunt ea quae v. 71 — 75. praeceſſerunt, quae aperte docent, imagines v. 78. 79. propofitas, latiori fenfu de felicitate in vniuerfum effe fumendas. τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης] *vt dirigat pedes noftros in viam felicitatis.* ὁδὸς εἰρήνης, *via felix*, eft ea, qua feliciter, fecure, incedere poffis, alias ὁδὸς εὐθεῖα, via recta, plana. Etiam Alexandrini Iob. 11, 18. בטח expreſſerunt εἰρήνη. Via autem faepius eft imago vitae, viuendi confuetudinis. Meffias ergo cum dicitur monftrare viam felicem; hoc eft, largiri vitam fecuram, tranquillam et beatam. Eadem imago Pf. 40, 3. καὶ ἔςησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου.

80. τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι] *puer autem adoleuit, et animi incrementa cepit*, coll. 2, 40. fiebat quotidie fapientior, prudentior, fanctior et melior puer. καὶ ἦν ἐν — πρὸς τὸν Ἰσραήλ] *et commoratus eft in deferto, vsque ad illud tempus, quo fe oftenderet Ifraelitis* i. e. quo munus fuum aufpicaretur. Per ἔρημον defertum Iudaeae intelligendum eft. ἡμέρα autem ἀναδείξεως de illo die explicari debet, quo Iohannes munus fuum aufpicatus eft. Nam ἀνάδειξις de *creatione, inauguratione*, et *fufceptione muneris*, a fcriptoribus Graecis exteris quoque ad-

hibitum esse, demonstrarunt exemplis e Plutarcho, Strabone, Polybio et Diodoro Siculo, prolatis pluribus, *Elsnerus*, *Raphelius* Obss. Polybb. et *Wetstenius* ad h. l.

CAPVT II.

1. Haec sectio non accurate cohaeret cum iis, quae cap. 1. extr. leguntur. Hoc enim si statuere vellemus, sequeretur exinde, Iesum tunc demum natum esse, cum iam Iohannes adoleuisset, quod tamen historiae temporum aperte repugnaret. Sed formula *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, illo tempore*, referri debet ad 1, 36. 38. 57. 58. *ἐξῆλθε δόγμα*] *edictum promulgatum est: δόγμα, decretum, edictum*, vt Act. 17, 7. Ioseph. Ant. 12, 9. 6. *δόγμα συγκλήτου — ἐγράφη τὸ δόγμα ὑπὸ εὐπολέμου·* vnde *δογματίζειν decernere*, 2 Macc. 10, 8. *ἐδογμάτισεν δὲ μετὰ τοῦ κοινοῦ προστάγματος*. Hesychius: *δόγματα, προστάγματα*. cf. *Suiceri* Thes. Eccl. T. 1. p. 932. Verbum autem *ἐξέρχεσθαι*, cum *de lege, de edicto* sermo est, notat *ferre, promulgare*, vid. LXX. Dan. 2, 13. 9, 25. Esth. 1, 19. vbi in Hebr. est יצא. *παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου*] Imperator Romanorum erat Caesar Octauianus Augustus. *Caesaris* nomen acceperat a Iulio Caesare per adoptionem, et *Caesares* primitus vocabuntur omnes, qui ad hanc familiam pertinebant, postea vero imperii haeredes, et ipsi imperatores, vocati sunt Caesares. Sueton. V. Aug. c. 7. *Postea* Caesaris, *et deinde* Augusti *nomen assumsit: alterum testamento maioris auunculi: alterum, Munacii Planci sententia: cum, quibusdam censentibus*, Romulum *appellari oportere, quasi et ipsum conditorem vrbis praeualuisset, vt* Augustus *potius vocaretur, non tantum nouo, sed etiam ampliore co-*

gnomine: quod loca quoque religiofa, et in quibus augurato quid confecratur, augufta *dicuntur. Augufti* cognomentum e decreto fenatus, honoris cauffa accepit. *ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην*; fcl. *γῆν· vt omnium Iudaeae incolarum nomina in tabulas referrentur.* Quaeritur quid per *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* fignificetur? Alii *imperium Romanorum*, alii *Iudaeam* his verbis indicari arbitrantur. Scilicet *Romanorum imperium*, ex faftu Romanorum, qui fe iactarent terrarum dominos, dicebatur *κατ' ἐξοχὴν orbis terrarum*, v. Cic. epp. 3, 8. 4, 1. atque adeo a Graecis fcriptoribus *ἡ οἰκουμένη*. v. not. ad Matth. 24, 14. *Elsnerus, Palairetus* et *Wetftenius* ad h. l. Ergo poteft h. l. per *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Romanorum imperium* intelligi. Sed *ἡ οἰκουμένη* vocatur etiam *Iudaea*. v. Luc. 21, 16. coll. 20, 21. Act. 11, 28. Iofeph. Ant. 8, 13. 5. *ὁ βασιλεὺς* (Ahabus) *περιπέμψας κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοὺς ζητήσοντας τὸν προφήτην Ἠλίαν, mifit per omnes terrae Iudaeorum partes, qui Eliam prophetam perquirerent.* Nam ab Hebraeis *Iudaea* dicebatur vel הָאָרֶץ vel כָּל־הָאָרֶץ Ruth. 1, 1. 2 Sam. 24, 8. v. *Fifcherus* Proluff. de vit. Lexx. p. 86. 113. et *Keuchenius* ad h. l. Ergo poteft per *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Iudaea* intelligi, praefertim cum ea in plures regiones ac partes defcripta et diuifa effet. Iam cum nullus fcriptor Graecus vel Latinus, qui gefta Augufti diligentiffime confignarunt, huius relationis nominum in tabulas mentionem fecerit, quam rem, vtpote maxime memorabilem, fi ad omnes terras Romanorum imperio fubiectas pertinuiffet, neutiquam filentio praeteriiffent; cum v. 2. (fin aliter locus genuinus) diferte praefectura Syriae nominetur: extra omnem dubitationem pofitum effe arbitramur, per *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* intelligendam effe nonnifi *Iudaeam*, quicquid contradixerint alii, quorum fententias vid. ap. *Wolfium* in Curis ad h. l. Neque adeo mirandum eft fcriptores profanos hanc *ἀπογραφὴν*, cum ea fuerit defcriptio non *facultatum*, fed *capitum* f. *hominum* tantum, quippe rem leuioris momenti, intactam reliquiffe.

Vocabulum nimirum ἀπογραφή, vt verbum ἀπογράφεσθαι, duplici fenfu frequentatur, notat vel: *cenfum, defcriptionem hominum et facultatum*, vel tantum: *hominum*. v. *Perizonium* ad Ael. H. V. 4, 25. et *Wetfteniumu* ad h. l. Sed ille cenfus, de quo h. l. fermo eft, erat nonnifi relatio nominis vniuscuiusque in tabulas, cuius cauffa erat curiofitas vel ambitio Augufti. Scilicet Iudaea tunc temporis nondum erat prouincia Romana, Archelao demum, poft nouem annorum imperium, relegato, tributaria facta et Syriae annexa eft. Herodes magnus adhuc regnabat, et huic tributa foluebant Iudaei; cum vero Herodes, vt reliqui reges focii, imperio Romano fubiectus effet; poterat omnino Auguftus iubere capitum numerationem, non vero defcriptionem facultatum et pecuniae exactionem. Hinc etiam Iudaei promti haec mandata exfequebantur; fed cum ille cenfus ageretur, qui Act. 5, 37. commemoratur, turbas mouebant.

2. Vt fuorum temporum lectoribus eo accuratius indicaret fcriptor nofter tempus natiuitatis Chrifti, addit: αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου· quae verba proprie reddi debent: *haec nominum in tabulas relatio prima erat Proconfule Syriae Quirino.* At enimuero tunc temporis, auctoribus fcriptoribus Romanis et Iudaeis, non *P. Sulpitius Quirinus*, fed *Sentius Saturninus* Syriae praefes erat (etiam Tertullian. adu. Marc. 4, 19. fcribit: *fed et cenfus conftat actos fub Augufto in Iudaeam, per Sentium Saturninum*, v. *Grotius* ad h. l.); hunc fequebatur *Quintus Varus*, et hunc excipiebat *Quirinus*, poftquam Archelaus tetrarcha ab Augufto in exilium miffus, et Iudaea in prouinciam redacta erat a. v. 759. v. Iofeph. Ant. 16, 13. Itaque hanc difficultatem vario modo remouere ftuduerunt interpretes. a) *Scaliger*, *Cafaubonus*, *Lardnerus*, *Hammondus*, *Schulzius Anmerkk. zu Michaelis* etc. vertunt. *hic erat primus cenfus, quem agebat Quirinus* poftea *Syriae praefes.* Quam quidem ver-

borum verſionem ita defendunt: Lucas hanc deſcriptionem nominauit πρώτην, vt ea diſcerneretur ab illa altera, cui Quirinus, cum Syriae praefectus eſſet, poſtquam Archelaus Herodis filius relegatus erat, praefuerat; hic cenſus decennio poſt habitus, Act. 5, 37. fuit nobiliſſimus, ille tempore natiuitatis Chriſti inſtitutus, minus cognitus erat; ne ergo cum illo nobiliſſimo confunderetur, ſcripſit Lucas πρώτη. Iam cum ipſa deſcriptio eſſet extraordinaria, ne Iudaea videretur in prouinciam Romanam redacta, et Syriae praeſidi ſubiecta eſſe, egit quidem Sentius Saturninus, tunc temporis Syriae praefectus, cenſum, ſed Auguſtus miſit Quirinum, tanquam vicarium ſuum, eumque Saturnino ad hoc negotium peragendum adiunxit. Verbum ergo ἡγεμονεύειν eſt latiori ſignificatu poſitum. Lucas vero de induſtria Quirinum nominauit, cum hic, propter illum cenſum, qui Act. 5, 37. deſcribitur, maxime memorabilis eſſet. Plura tamen huic ſententiae obſtant. Primo enim, ſi haec ſcriptoris mens fuiſſet, ſcribere debuiſſet τοῦ ἡγεμονεύοντος, vt monuit *Storrius* Diſſ. exeget. in libror. N. T. hiſtoricor. aliquot locos P. 2. p. 32. Deinde, quamquam verbum ἡγεμονεύειν haud raro latiori ſignificatu vſurpatur, v. not. ad Matth. 10, 18. tamen, vt *Ruſius* Harm. Euang. ad h. l. obſeruauit, vix probari poterit, dici aliquid factum ἡγεμονεύοντός τινος, et per ἡγεμονεύοντα non intelligi ordinarium prouinciae praeſidem, ſed extraordinarium ad hoc vel illud munus delegatum. Praeterea perquam obſcure ſic ſcripſiſſet Lucas. Denique pro lubitu ſic fingitur, Quirinum bis cenſum in Iudaea inſtituiſſe, cum omnes iſtius aeui ſcriptores tradant, ſemel tantum Quirinum in Syriam praeſidem eſſe miſſum. b) Alii, vt *Eraſm. Schmidius*, *Bynaeus* de Nat. I. pag. 329. *Clericus*, *Perizonius* in Diſſ. de Auguſtana orbis terrarum deſcriptione, *Heumanus*, *Storrius*, *Boltenius* et *Süſkindius* Symbolar. ad illuſtranda quaedam Euangelior. loca P. 2. (Tubingae 1803. 4.) p. 43. verba noſtra vertenda eſſe praecipiunt: *haec de-*

fcriptio facta eft, (np. ab Herode, vid. ad v. 1.) *prius-quam Quirinus effet Syriae praefectus. Prior* eft actus hic cenfus, notiore *ifto qui habitus eft praefide Syriae Quirino* Act. 5, 37. Inferuit ergo Lucas, ex horum interpretum fententia, per parenthefin hunc verfum, ne hic cenfus confunderetur cum illo maxime notabili, omnibusque exofo, de quo Act. l. c. fermo eft. Pofitiuus πρώτη vim habet comparatiui προτέρα (faepius enim pofitiuus ponitur pro comparatiuo, v. *Kypkius* ad Ioh. 1, 15. *Glaffius* Phil. S. p. 48.) et genitiui ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου a comparatiuo reguntur. Sed haec interpretatio a fimplicitate fermonis Lucae aliena eft. *Boltenius* notat πρώτη refpondere Syriaco ܩܕܡ ܡܢ idque Lucam nimis preffiffe, adeoque reddidiffe πρώτη. c) *Michaelis* in *Einleit.* p. 69. et *Anmerk.* ad h. l. p. 369. legendum effe coniicit: πρώτη ἐγένετο πρὸ τῆς ἡγεμονεύοντος. Valefius ad Eufeb. H. E. in notis p. 10. pro Κυρηνίου legendum effe fufpicatur Σατουρνίνου, quae tamen coniecturae parum probabiles funt, et dura eft ellipfis poft articulum τῆς, verborum, ἀπογραφῆς τῆς γενομένης. d) *Paulus* αὕτη, mutandum effe cenfet in αὐτῇ, vertit: *edictum prodiit Augufti, vt nomina et facultates omnium in tabulas referrentur: fed ipfa prima defcriptio nominum et facultatum inftituta eft Proconfule Syriae Quirino*, attamen iam tum Iudaei Palaeftinenfis in oppida patria proficifcebantur. Sumit ergo cum *Caluino* ad h. l. *Valefio* ad Eufeb. l. c. et *Wetftenio* ad h. l. coepiffe ἀπογραφὴν fub Sentio Saturnino, duraffe eam per integrum decennium et amplius, atque abfolutam demum effe fub Quirino; fufpicatur praeterea, Auguftum tunc temporis cenfum iuffiffe, quod iam tum in animo habuiffet, poft Herodis magni mortem, Iudaeam in prouinciam tributariam redigere. e) *Venema* olim fufpicabatur fcripfiffe Lucam, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη· ἡ β (i. e. ἡ δευτέρα) ἐγένετο ἡγεμ. τῆς Σ. K. *haec eft prima defcriptio; fecunda vero facta eft Syriam procurante Quirino.* v. Selecta e fcholis *Valckenarii* in

libros quosdam N. T. edit. *Waſſenberghio* (Amſtel. 1815. 8.) p. 70. f) Alii Lucam erraſſe putarunt v. *Ammon bibl. Theol. B.* 2. p. 271. et eiusd. Comment. de cenſu Quirini ad locum Luc. 2, 2. Erlang. 1810. 4. *Thieſſius* in *Krit. Kommentar Th.* 2. p. 385. Sed Lucam in re tunc temporis cognitiſſima erraſſe non probabile eſt. g) *Pfaffius* in Diſſ. Crit. de genuinis N. T. lectionibus (Leid. 1716.) p. 235. *Valckenarius* l. c. *Venema* in Coniect. Critt. *Verſchurii* Opuſculis ſubiectis p. 367. ſtatuunt, verba v. 2. eſſe ſcholion in margine primum adſcriptum ab aliquo, qui confuderit cum priori, hanc Cyrenii ſ. Quirini deſcriptionem, et hoc ſcholion poſtea a librariis in ordinem eſſe translatum. Quae quidem coniectura cummaxime probabilis eſt. Omnes quidem codd. hunc verſum exhibent; ſed vt ad Marc. 1, 27. 15, 25. et Ioh. 13, 21. obſeruauimus, haud raro omnes libri ſcripti falſam lectionem et interpolationem continent. Praeterea notandum eſt, Gregorium Nazianzenum in Orat. ſua IX. verba praecedentia et ſequentia adhibere ita, vt quae hoc commate extant, legiſſe non videatur Opp. T. 1. p. 156. Caeterum Κυρήνιος lingua Graecorum effertur, qui Latino ſermone *Quirinus* dicitur (non *Quirinius*, vt *Grotius* voluit), quia Graeci literam Latinam Q. ignorant, et per K exprimunt. Nec minus vſitatum eſt Graecis, Romanorum nominibus et cognominibus, quamuis deſinant in VS, dare terminationem in ΙΟΣ. v. *Deylingius* Obss. S. P. 2. p. 326. et interpp. ad Tacit. Ann. 2, 30. add. 3, 48.

3. 4. Iudaeorum cenſus fiebat per tribus, gentes et familias, hinc neceſſe erat, vt quisque (πάντες ſcl. Ἰουδαῖοι) proficiſcerentur εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, *in vrbem patriam* h. e. eam vrbem, quae olim fuerat familiae ſuae ſedes patria. — 4. ἀνέβη, *proficiſcebatur*, vid. ad Matth. 20, 17. ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. cf. not. ad Matth. 4, 15. εἰς πόλιν Δαβὶδ, *in oppidum Dauidis patrium*, vbi natus et educatus erat, 1 Sam. 17, 2.

Βηθλεὲμ, vid. ad Matth. 2, 1. Quare Iofephus fe cum Maria contulerit Bethlehemum, huius rei ratio redditur verbis: διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ] *quoniam erat ex familia Dauidis et Beniaminita:* πατριὰ et οἶκος differunt, ita, vt πατριὰ h. l. fit *tribus*, quae plures οἴκους, plures *familias* complectebatur; Hefychius: πατριὰ φυλή· fed οἶκος fit familia.

5. Mariam non minus quam Iofephum e gente Dauidis fuiffe, exinde colligitur, quod fe vna cum Iofepho Bethlehemum contulerit, vt ibi nomen fuum profiteretur, fi enim ex alia tribu vel familia fuiffet, in alia vrbe nomen fuum profiteri debuiffet. Feminarum autem nomina, Iudaeorum more, nonnifi tum in tabulas publicas referebantur, fi effent fratribus deftitutae, et opum paternarum haeredes v. Num. 36, 8. 9. Cum ergo Maria iter moleftum vltimo grauiditatis menfe fusceperit, et profecta fit Bethlehemum, vt nomen fuum tabulis publicis infcribendum curaret; inde concluditur, eam fuiffe haeredem patris, filio deftituti, quae eandem ob cauffam, quod haeres effet, etiam lege obftricta teneretur, viro cuidam eiusdem tribus nubere. v. *Michaelis Mofaifches Recht* Th. 2. §. 78. Alii, qui fine idonea ratione negant, Mariam e gente Dauidis fuiffe, atque nomen fuum profiteri debuiffe, interpungunt poft ἀπογράψασθαι, atque verba σὺν Μαριὰμ, referunt ad remotius ἀνέβη, vt adeo h. l. tantum Mariae comitatus notetur, et Maria profecta effe putanda fit cum Iofepho, huius amore adducta, vel alia quauis de cauffa. Sed verba σὺν Μαριὰμ haud dubie referenda funt ad verbum propius ἀπογράψασθαι, ita tamen, vt fimul quoque pendeant a verbo ἀνέβη, quod praeceffit. τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ] *femina ipfi defponfata.* Pro μεμνηστευμένῃ codd. nonnulli habent ἐμνηστευμένῃ, vt Iones et Attici loquuntur. vid. Obff. Mifcell. Vol. 4. p. 289. μνηστεύομαι verbum de puella, quae defpondetur viro,

proprium, vid. Matth. 16, ibique not. Luc. 1, 27. vocatur ita Maria, quoniam Iosephus eam adhuc habebat vt sponsam Matth. 1, 24. 25. ἡ ἔγκυος, *grauida*, Hebr. הרה Ier. 31, 8. Sir. 42, 2.

6. 7. ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν] *tempus partus aduenerat.* Gen. 25, 24. וַיִּמְלְאוּ יָמֶיהָ לָלֶדֶת, Alex. καὶ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν· vid. ad 1, 57. τὸν πρωτότοκον, *primogenitum*, vid. ad Matth. 1, 25. — 7. καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν ἐν τῇ φάτνῃ] *fasciis eum inuolutum, in stabulo quodam reposuit.* σπαργανοῦν *fasciis inuoluere*, inprimis ponitur de infantibus recens natis, qui deuinciuntur, ne corpus tenerum distorqueatur. Hesych. ἐσπαργάνωσεν· περιετύλιξεν, ἔδησεν, ἔσφιγξεν. Auctor. Etymol. M. σπάργανον — λέγονται δὲ αἱ πρῶται φασκίαι σπαργανώματα, ἔνθα δεσμοῦνται αἱ παῖδες ῥυθμιζόμενοι ἐπὶ τὸ ὀρθότερον. Artemidor. Oneirocrit. 4, 73. ἀποθανεῖν πρὸ ὥρας, ἐν σπαργάνοις. v. *Wetstenius* ad h. l. Vocabulum autem φάτνη, non tantum *praesepe* significat, h. e. locum pabuli vel foeni, vt 13, 15. Xenoph. de Re Equ. 4, 1. sed omnino *quemvis locum praeseptum, stabulum ipsum*, vt in vers. Alex. Prou. 14, 4. Hab. 3, 16. vnde et a Latinis *praesepe* pro stabulo ponitur. Virg. Aen. 7, 275. *stabant ter centum nitidi in praesepibus altis.* Ibid. v. 18. *atque in praesepipus vrsi Saeuire.* vbi Seruius: *caueis, vbi aluntur; non enim reuera praesepia habent.* Sic h. l. φάτνη significat *stabulum, vestibulum aedium*, locum patentem et subdialem, *in quo domini pecora stabant, et supellex rustica*, qui locus Graece αὐλή Ioh. 10, 1. v. *Perizonius* ad Ael. H. V. 3, 4. Latine *herctum* (v. *Ernestii* Clau. Cic. h. v.) *cohors*, (v. *Gesneri* Thes. L. L. h. v.) dicebatur. cf. *Ernestii* Diss. de vocc. κατάλυμα et φάτνη ad Luc. 2, 7. inserta eiusd. Opuscc. theoll. p. 595 sqq. ed. sec. Est ergo h. l. intelligendum *stabulum deuersorii*, φάτνη τοῦ καταλύματος, non vt alii volunt spelunca quaedam pastoritia, stabulum quoddam extra Bethlehe-

mum, non arte, ſed natura factum, quae interpretatio nititur potiſſimum auctoritate patrum eccleſiaſticorum Graecorum Latinorumque, qui paſſim illud ſtabulum vocant σπήλαιον, v. *Suiceri* Theſ. Eccleſ. ſub h. v. et *Wetſtenius* ad h. l. ſed, vt recte monuit ad h. l. *Roſenmüllerus*, patrum narrationes de eiusmodi περιστάσεσι non ſunt admodum fide dignae. Praeterea articulus illud ipſum ſtabulum deſignat, quod ad deuerſorium illud pertinebat; et v. 11. non legitur ἐγγὺς τῆς πόλεως, ſed ἐν πόλει Δαβίδ, add. Matth. 2, 1. Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ, et ſi v. 8. per τοὺς ποιμένας intelligendi eſſent poſſeſſores illius ſtabuli, ſiue ſpeluncae, extra oppidum, ſcribi debuiſſet οἱ ποιμένες, non ποιμένες ſimpliciter. διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι] *quoniam non erat in deuerſorio ipſo locus vacuus:* κατάλυμα *deuerſorium*, καταλύειν *deuertere*, Luc. 9, 12, 19, 7. Apollod. 3, 7. 6. Etymol. M. — κατάλυμα — ξενοδοχεῖον. Non autem intelligitur deuerſorium *publicum*, ſed *priuatum*, peregrinantes Iudaei, cum illis temporibus ius hoſpitalitatis floreret, deuerſabantur apud amicos et cognatos.

8. καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες] *et paſtores in illa ipſa regione* (Bethlehemitica) *ſub dio agebant.* ἀγραυλεῖν eſt, *ſub dio agere, in agris verſari*; hinc Hom. Il. σ', 162. ποιμένες ἄγραυλοι ſunt, *paſtores in agris verſantes*; add. Apollon. Rhod. 4, 317, cf. *Kypkius* ad h. l. *Graeuius* Lectt. Heſiodd. c. 15. verba vero ſequentia accuratius conſtituunt h. l. notionem verbi ἀγραυλεῖν, eſſe nimirum illud de excubiis nocturnis interpretandum, vnde et Heſychius, ἄγραυλοι explicat οἱ ἐν ἀγροῖς διανυκτερεύοντες. φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς] *noctu excubias agebant.* φυλακαὶ τῆς νυκτὸς eſt id. qd. φυλακαὶ νυκτεριναὶ, *vigiliae nocturnae*, phraſis Hebraica eſt שׁוֹמְרִים מִשְׁמָרוֹת, quae ſaepius in V. T. recurrit, v. c. de vigiliis ſacerdotum, qui in templo excubabant, ita, vt alternis vicibus vigilarent, Num. 3, 7. Ezech. 40, 46. 44, 15. quoniam vero φυλακὴ eſt vocabulum generalius,

et tam de cuftodia diurna, quam nocturna ponitur, hinc additur τῆς νυκτὸς, etiam Latini dicere folent, *vigiliae noctis*. Plin. H. N. 2, 17. Ex his vero ipfis verbis patet, diem Chrifti natalem non incidiffe in Decembrem, quo nos memoriam eius recolimus. Hac enim gelida tempeftate, praefertim in montanis Bethlehem, qui tractus eft afperior et frigidior, paftores cum gregibus ruri per noctem neutiquam degere poffunt. v. Efr. 10, 9. (*Harmar*) *Beobachtt. üb. d. Orient*, Th. 1. p. 3. 15. 18. 23. add. *Lightfoot*. Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. Omnino noftris temporibus de tempore natiuitatis Chrifti nihil certi conftitui poteft, vid. *Ammon*. Opufcc. p. 38. cum notitiae hiftoricae, quae afferuntur, pluribus difficultatibus premantur, cum nullum veftigium reperiatur, primis feculis folenni ritu Chrifti natalitia in coetu chriftianorum celebrata effe, vid. *Niemeyeri* Coniecturae ad illuftrandum filentium plurimor. N. T. fcriptorum de primordiis vitae I. C. Hal. 1790. 4. p. 12. et fequenti aetate, cum talis cultus inftitutus effet, variauerit traditio. vid. Marfhius l. c. et notata infra ad 3, 1.

9. Quae h. l. de angelorum apparitione leguntur, *Paulus* ita explicanda effe cenfet: Chrifti parentes, Bethlehemi, a familia paftoritia, hofpitio fuerant excepti, et Maria, fpei plena, fe Meffiam parituram effe, hofpitibus, quam fpem foueret, aperuerat. Noctu paftores in agris excubias agentes, confpiciebant lucem fubito ortam, phaenomenon quoddam, vel ignem fatuum eximiae magnitudinis. vid. *Shaw* Reifen p. 289. Hoc phaenomenon, haec lux fubito orta, ex opinione paftorum erant genii coeleftes, qui ipfis annuntiarent, Mariam peperiffe Meffiam. Solebant enim Hebraei omnia, quorum cauffae proximae laterent, ad auctores inuifibiles referre, ipfasque naturae effectiones repentinas, inufitatas, nominare Dei angelos. v. Pf. 78, 48. 49. Ex. 12, 23. Obff. noftr. ex libris apocryphis V. T. p. 24. Iam paftores hoc modo de fer-

vatoris natiuitate certiores facti, miffis omnibus, quo accuratius rem cognofcerent, Bethlehemum abibant, Iefum natum in ftabulo reperiebant, et quae ipfi cogitauerant, atque inter fe locuti fuerant, voces geniorum fuiffe putabant ac dicebant. Alii ftatuunt, illam noctem, qua Iefus Bethlehemi, vbi plures paftores habitarent, natus effet, colluftraffe lucem fubito ortam, phaenomenon quoddam; huius rei traditionem ore propagatam, et locum Pf. 118, 24 — 26. auctori Euangelii occafionem dediffe rem ita exornandi, vt h. l. exornata legitur. Caeterum digna eft quae defcribatur *Shawii* narratio, quam *Paulus* quoque ad h. l. attulit. *Da ich im Anfang des Aprils bey Nacht durch das Thal Ephraim reifete, wurden wir über eine Stunde lang durch ein Irrlicht* (ignis fatuus) *begleitet, das fich auf fehr verfchiedene Art veränderte. Zuweilen war es kugelförmig, zuweilen zugefpitzt, wie die Flamme eines Lichts, zuweilen breitete es fich aus, und umgab unfere ganze Gefellfchaft mit feinem blaffen unfchädlichen Licht. Auf einmal zog es fich zufammen, und verfchwand plötzlich. Aber in weniger als einer Minute zeigte es fich wieder, wie vorher, und lief fehr gefchwind von einem Ort zum andern, wie ein Strich von Schiespulver, den man anzündet. Zuweilen verbreitete es fich über mehr als zwey bis drey Morgen Landes auf den benachbarten Bergen, und entdeckte uns alle Sträuche und die dicken Büfche, die darauf ftunden.* ἄγγελος κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς] *fubito apparuit iis genius coeleftis.* Verbum ἐφίστημι adhibetur de rebus omnibus, quae praeter fpem et exfpectationem eueniunt, v. *Gron.* ad Arrian. Exp. Al. p. 64. *Wetftenius* ad h. l. inprimis dii et daemones fubito mortalibus apparentes, ἐφιστάναι dicuntur auctoribus Graecis vid. Anacr. 3, 6. Herodot. 2, 141. Ariftoph. Pac. 427. add. Luc. 24, 4. Act. 12, 7. cf. Obff. Mifc. Vol. 10. p. 14 fq. καὶ δόξα κυρίου περιέλαμψεν αὐτοὺς] *fplendor diuinus eos circumfulfit:* δόξα eft id. qd. φῶς, vt Act. 12, 7. 1 Cor. 15, 41. vid. *Elsnerus* ad Rom. 1, 23. Sic et Latinorum *gloria* occurrit, v. *Schultingius* ad Senec. p. 61. fed δόξα

κυρίου eſt lux eximia, magna, nam Hebraei nomina Dei aliis nominibus haud raro iungunt, ad indicandam rei alicuius magnitudinem, praeſtantiam, excellentiam; vid. Pſ. 36, 7. 60, 11. Ion. 3, 3. Act. 7, 20. vbi *ἀϛεῖος τῷ Θεῷ* eſt *admodum, maxime formoſus.* *ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν*] *magno terrore percutiebantur.* Haec loquendi ratio eſt Hebraeis et ſcriptoribus Graecis admodum frequens atque vſitata. Aeſchin. Socr. 2, 22. *μαρτυρεῖν μαρτυρίαν·* Plat. Phaed. 35. *λύπην λυπεῖται.* add. Ier. 31, 3. Ion. 1, 20. vid. *Barneſius* ad Eurip. Iph. Aul. v. 1182. *Segaarius* Obſſ. pag. 89. Caeterum genium coeleſtem videre, periculoſum eſſe putabant. vid. Iudd. 13. 22. et not. ad Luc. 5, 8. Hinc metus paſtorum.

10 — 12. *μὴ φοβεῖσθε — παντὶ τῷ λαῷ*] *nolite timere, annuntio rem vobis et omni populo laetiſſimam.* *χαρὰ* *res laeta, cauſſa, materia laetandi.* Iac. 1, 2. Ariſtoph. Plut. 637. *λέγεις μοι χαράν* ſchol. *χαρᾶς ἄξιον.* Eurip. Suppl. 333. *διπλοῦν χάρμα* eodem ſenſu legitur. *εὐαγγελίζομαι* h. l. eſt id. qd. *λέγω, ἀπαγγέλλω, annuntio*, vt Luc. 4, 43. al. *παντὶ τῷ λαῷ, omni populo*, intelligitur populus Iudaicus, cum ad hunc res illa proxime pertineret. — 11. *σωτὴρ, Χριϛὸς κύριος*, vid. ad Matth. 1, 1. 21. *ἐν πόλει Δαβὶδ* referri debet ad *ἐτέχθη.* — 12. *σημεῖον, nota, ſignum*, quo rei alicuius veritas poſſit cognoſci.

13. *πλῆθος ϛρατιᾶς οὐρανίου*] *copiae coeleſtes.* Hebraei angelos, quibus Dei thronus cinctus et circumſeptus erat, v. ad Matth. 18, 10. vocabant צבאות השמים. v. 1 Regg. 22, 19. 2 Chron. 18, 18. Neque tamen nimis premenda eſt ſignificatio vocabuli *ϛρατιά*, hoc enim nomine nonniſi magna multitudo et copia indicatur. Etym. M. *ϛρατιὰ δὲ κοινῶς τὸ πλῆθος τῶν πολλῶν, καὶ τῶν ἀγγέλων ὁμοίως.* Cum ergo h. l. additum legatur *πλῆθος*, ſignificatur immenſa geniorum coeleſtium multitudo.

Conftat enim duo vocabula idem valentia iuncta, ex Hebraeorum loquendi confuetudine rei magnitudinem et copiam notare. Enallage στρατιᾶς αἰνούντων frequens eft, v. 19, 37. Apoc. 19, 14. et *Segaarius* ad h. l. *αἰνούντων καὶ λεγόντων, Deum laudantium, et quidem hisce verbis.*

14. δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία] Haec verba vario modo ab interpretibus expofita funt, vid. *Wolfius* in Curis et *Koecherus* in Analectis ad h. l. Nempe disceptarunt interpretes, A) num *duas* aut *tres* fententias hoc carmen complectatur. Ac *Rufius* quidem Harm. Euang. *Segaarius* Obff. ad h. l. et *Noeffeltus* Exercitt. ad interpret. Script. S. p. 172. cenfuerunt, duas tantum, non tres, (vt plures voluerunt) fententias hoc carmen complecti, ita, vt quae tertia videatur, corollarium potius fit, vel interpretatio alterius, qui praecefferat, verfus; vix enim, fi tres fententiae propofitae effent, omitti potuiffe καὶ ante εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις, etiam Luc. 19, 38. quo loco hoc ipfum carmen, aut paene idem illud repetatur, non nifi duas fententias legi. Contra *Kraftius* Obff. Sacr. Fafc. 5. p. 147. monuit, traiectam effe h. l. copulam καὶ et eiusmodi traiectiones copulae non effe adeo infolentes, fed aliis quoque in locis litterarum facrarum deprehendi. Laudauit hanc in rem Pf. 18, 3. *Clypeus meus, et cornu, falus mea, arx edita mea.* Pf. 45, 9. *Myrrha et aloe, cafia, omnia veftimenta tua.* Qui tamen loci funt ab hoc noftro alieni, et in doxologia duo folent effe membra, vt iam notauit *Moshemius* Obff. Sacr. 1, 2. p. 106. B) Quaefiuerunt porro interpretes, vtrum h. l. legantur verba affeuerantium, ita, vt fubaudiendum fit ἐστί· an verba optantium, ita, vt fubintelligendum fit ἔστω. Qui ἔστω fubintelligunt, notant, hoc effe in doxologiis frequentius, prouocant etiam ad Matth. 21, 9. Luc. 19, 38. vbi fupplendum fit ἔστω· Sed ἐστί mente adiiciendum h. l. effe, docuerunt *Noeffeltus* l. c. qui hanc in rem laudauit 1 Petr. 4, 11. ᾧ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ

τὸ κράτος κ. τ. λ. et *Kraftius* l. c. p. 149. cuius verba sunt: Angeli dicuntur *Deum laudasse*, differunt vero *laudare* et *optare*, quia laudantur praesentia, quae tanquam celebratione digna denuntiantur, agnoscuntur atque depraedicantur, vel tanquam certa caussa insequentium bonorum cum applausu declarantur. Atque hoc in praesenti cantico fieri, res ipsa docet. C) Disceptarunt denique etiam interpretes de sensu verborum εἰρήνη et εὐδοκία, atque nonnulli D) lectionem in fine versus mutandam esse censuerunt.

Nempe a) plures verba nostra vertunt: *laudetur Deus in coelis* (ab angelis, vid. Luc. 15, 7. 10. not. ad Matth. 6, 10.), *super terram felicitas veniat, et fauorem Dei experiantur homines.* Alii: *laudetur Deus, nam in terris est pax* (ac si scriptum esset: ἐπὶ γῆς γὰρ εἰρήνη νῦν γέγονε) *et hominibus propitius ac reconciliatus est Deus.* Per εἰρήνην intelligunt vel *salutem hominibus collatam* vel *pacem terrenam*, quam Christi aetate in toto terrarum orbe floruisse putant, v. *Deylingii* Obss. S. p. 148. cf. tamen quae contra monuit *Schroeckhius* in *Kirchengesch.* Th. 1. pag. 373. Ad εὐδοκία subintelligunt genitiuum Θεοῦ, quod tamen supplementum durum videtur *Noesselto* l. c. p. 172. b) *Paulus* εὐδοκία interpretatur, *concordia inter homines*; εἰρήνη *salus*, et particulam καὶ exprimendam esse censet per *nam.* *Heumanus* εὐδοκία intelligit, *de beatitatis quodam sensu, dem Wohlbehagen.* Sed vt recte animaduertit *Noesseltus* p. 173. hae interpretationes non habent consentientem loquendi consuetudinem, nec idoneis firmari testimoniis possunt. In edit. secunda *Paulus* verba nostra explicanda censet: *Im Himmel preist man Gott, denn nun ist auf Erden Friede, unter Menschen das wohlgefälligste* i. *das willkommenste! Laudatur Deus in coelo, nam in terra pax, hominibus gratissima.* *Heumanus* etiam opinatur, particulam καὶ significare v. 14. *item*, vt 1 Tim. 5, 18. 2 Tim. 2, 19. Matth. 23, 18. et additam esse ab Euangelista, vt in-

telligeretur, diuerſis choris ceciniſſe angelos, alios: δόξα Θεῷ ἐν ὑψίςοις· alios: ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Quae tamen coniectura h. l. ſaltem non neceſſaria eſt. *Boltenius* carminis verba in linguam vernaculam ita transferenda putat: *Preis Gott auf ſeinem Throne! im Lande herrſche Segen! jedem gehe es nach Wunſch!* ſiue: *Die Menſchen haben jetzt, was ſie wünſchen. Laudetur Deus celſiſſimus! terrae contingat felicitas! quilibet* (Iſraelita v. 10.) *optatis ſuis potiatur!* ſ. *nunc tenent homines quod optauere.* c) *Tittmanus* in Diſſ. ſuper loco Luc. 2, 8. 14. Viteb. 1777. 4. ſecutus *Albertium* in Obſſ. Philol. ad h. l. verba noſtra vertit: *laudetur Deus in coelo; laudetur in terra! nam inſigniter amat homines*, vt adeo verba vltima contineant cauſſam, ob quam Deus ſit celebrandus. Vocabulum εἰρήνη idem eſſe putat quod δόξα, *laus, celebratio*, vt Luc. 19, 38. Ductus eſt, ſcribit l. c. p. 13. hic vocis εἰρήνη ſignificatus ex lingua Hebraica, in qua, vt ſatis conſtat, vocabula שָׁלוֹם et יְשׁוּעָה dicuntur tanquam ſynonyma, et prius quidem ab interpretibus Graecis redditur interdum eleganter σωτηρία, quod vocabulum et ipſum in libris ſacris N. T. adhibetur in laudum formulis, iungiturque τῷ δόξα, tanquam ſynonymum Apoc. 19, 1. 7, 10. At deſidero locum, vbi εἰρήνη reſpondeat Hebr. כָּבוֹד, locum, vbi ſit *laus, celebratio*; nam locus Luc. 19, 38. vbi legitur: εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίςοις eſt plane ἀπροςδιόνυσος, admiſſa enim ibi hac vocabuli εἰρήνη ſignificatione, tautologia exiſteret; et Apoc. l. l. c. c. σωτηρία, vt acute vidit *Eichhornius*, eſt *victoria*, Hebr. יְשׁוּעָה 2 Regg. 5, 1. 1 Sam. 14, 45. Ieſ. 59, 17. al.

E) Nonnulli denique, quod attinet verba ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, lectionem mutandam eſſe ſtatuerunt. *Moerlius* in Schol. Crit. et Philol. ad Cod. S. loca p. 124. legendum coniecit εὐδοκίᾳ, vt ſenſus ſit: *Deo in excelſis ſit gloria, et in terra ſit pax, quae oritur e gratia Dei erga homines, quam oſtendit in natiuitate filii ſui. Alex. Morus,*

Beza, Hammondus, Richardus Simon, Millius Prolegg. n. 675. *Bengelius*, pro εὐδοκία refcribendum effe putarunt εὐδοκίας, quam lectionem, praeter interpretem Latinum, qui vertit: *hominibus bonae voluntatis*, etiam codd. nonnulli et patres tuentur. Defendit eam quoque *Noeffeltus* l. c. atque verba καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας vertit: *nunc regnat in terra pax inter homines gratiofos Deo*; vt adeo ἄνθρωποι εὐδοκίας fint, homines quibus praecipue Deus fauet (*εὐδοκία, beniuolentia* id. qd. ἀγάπη Phil. 1, 15. 17.), homines ii, qui in Dei populo numerantur, inprimisque qui fide Chriftum amplectuntur, coll. Eph. 1, 5. 2, 14. 15. Monuit praeterea *Noeffeltus*, cum librarii ἀνθρώπους εὐδοκίας nusquam in Script. S. commemoratos reperiffent, animis autem eorum obuerfaretur formula εὐδοκία ἔν τινι, aut vox coeleftis: οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα, Matth. 3, 17. facile pro εὐδοκίας eos fcribere potuiffe εὐδοκία. At codd. plures et diverfarum recenfionum praeftantiffimi, verfiones item, et patres legunt εὐδοκία, haec lectio vulgaris commodum fenfum praebet; *in fubito et magno gaudio*, vt appofite animaduertit *Wetftenius* ad h. l., *oratio folet effe abrupta*; vocabulum ignotius, forma infolentior, vt Critici norunt, nonnunquam falfa lectio eft; facile denique demonftrari poteft, quomodo lectio εὐδοκίας orta fit; nempe librarii infcii et incuriofi oculos coniecerunt in praecedens ΟΙΣ, et ita fcripferunt ΕΥΔΟΚΙΑΣ, aut grammatici, cum viderent particulam καὶ, quam fibi explicabant *et*, non adiectam effe verbis ἐν ἀνθρώποις εὐδ. propterea haec ipfa verba coniungenda putarunt cum praecedentibus, et nominatiuum εὐδοκία mutarunt in genitiuum. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* Bd. 7. pag. 306. ftatuit, verba textus archetypi וְשָׁלוֹם עַל הָאָרֶץ לְאַנְשֵׁי רָצוֹן a Luca ipfo non fatis accurate expreffa effe per ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, cum potius ea interpretari debuiffet ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας.

Iam quid mihi de hoc loco videatur, paucis exponere liceat. Cum praecesserint v. 13. verba: *αἰνούντων τὸν Θεὸν καὶ λεγόντων*, quae ex Hebraica loquendi ratione exprimi debent: *laudantium s. hymnum canentium hisce verbis* etc. (vt infra v. 28. *εὐλόγησε — εἶπε*, *Deum laudibus celebrauit hunc in modum*): in promtu est v. 14. non continere posse enuntiationem hanc: *Deus laudatur* a geniis *in coelo*, vt nonnulli male vertunt verba: *δόξα ἐν ὑψίστοις τῷ Θεῷ*, sed continere debere *laudes Dei ipsas*, ipsam celebrationem beneficii diuini, de quo v. 11. fuerat sermo, adeoque haec verba potius reddenda esse: *laudibus celebrandus, laudibus dignissimus est Deus celsissimus*, et formulam *δόξα Θεῷ* scil. *ἐστὶ* idem valere quod Luc. 1, 68. *εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεός*. Frigida quoque existeret sententia, si cum aliis vertere vellemus: *laudetur* (*ἔστω*) *Deus in coelo* a geniis coelestibus, cum genii coelestes ipsi pastoribus apparuisse legantur. vid. et notata supra sub B. Nota est periphrasis Dei, *ἐν ὑψηλοῖς ὁ κύριος*, *Deus in coelo*, בַּמְּרוֹם Ps. 92, 6. *ὁ τὰ ὑψηλὰ ναίων*, *qui in coelo versatur*, Iob. 22, 12. *ἐν τοῖς ὑψίστοις* Matth. 21, 9. Sir. 43, 11. h. e. Deus Summus, Optimus Maximus, et ita etiam h. l. verba *ἐν ὑψίστοις Θεὸς* capienda sunt. Nec obstat, quod articulus *τῷ* ante *ὑψιστος* omissus sit, est etiam in hac formula omissus Luc. 1, 32. 35. 76. Matth. 21, 9. *καὶ*, Hebr. ו, reddi debet *nam*, et *εἰρήνη* (scl. *ἐστὶ*) שָׁלוֹם notat h. l., vt centies, *felicitatem*, *Glück blüht auf Erden auf*. *εὐδοκία* est *amor*, *beniuolentia*, vt Eph. 1, 5. 9. Phil. 1, 15. Rom. 10, 1. respondet enim *εὐδοκεῖν* in versione Alexandrina verbo חָפֵץ, quod cum אהב tanquam synonymum coniungitur 1 Sam. 18, 22. hinc *εὐδοκεῖν amare*, Matth. 3, 17. 17, 5. 12, 18. construitur autem verbum *εὐδοκεῖν* cum praepositione *ἐν*, vt Hebraicum חָפֵץ cum בְּ; v. 1 Sam. 19, 2. 2 Sam. 15, 26. *Fischerus* ad *Leusdenium* de Hebraism. N. T. p. 140. et Prolus. de vit. Lexx. p. 331. atque adeo *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία* est idem quod *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκεῖ* nempe *ὁ Θεὸς* quod vocabulum proxime praecessit. Hoc autem addita-

mento sententiae praecedentis vis plenior redditur, inseruit illud illustrationi sententiae antecedentis: *felicitas terrae contingit.* Similis locus Ps. 42, 12. *Quid trepidas anima mea, et me conturbas? Deo confide,* nam *eum aliquando celebrabo*, sed vt accuratius demonstretur, cui confidendum sit, additur: *Seruatorem meum, Deumque meum* i. qui me amat, et tuetur. Itaque verba nostra exprimenda sunt hunc in modum: *laude dignissimus est Deus celsissimus, nam terrae contigit felicitas, homines amat.*

15. *ἀπ' αὐτῶν* scl. *ποιμένων. καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες*] *καὶ* pleonastice positum est, ad morem ו Hebraeorum, vnde et Syr. atque Vulgatus hanc particulam neglexerunt. Neque minus *ἄνθρωποι* redundat, sicuti Hebraeorum אנשים in formula אנשים הרועים. Eodem modo Graeci vocabulum *ἀνὴρ* aliis nominibus iungunt, ita, vt abundet, sic *ἀνὴρ ςρατηγὸς* Herodot. 6, 192. *ἀνὴρ βασιλεὺς* Palaeph. fab. 38. *ἀνὴρ μάντις* Herodo. 6, 83. v. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Segaarius* ad h. l. *Weiskius* de Pleonasmis Graecis p. 45. quod cum non reputarent librarii et grammatici, in codd. nonnullis verba *καὶ οἱ ἄνθρωποι* omissa sunt. *διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ*] *eamus agedum Bethlehemum*, nam *δὴ* est h. l. particula exhortandi, et respondet Latinorum *agedum.* Neque *ἕως* est versus Bethlehemum, in vicinia substituri, sed ipsam vrbem ingressuri, sic *ἕως* saepius legi, iam notauit *Grotius*, et hanc interpretationem confirmat h. l. verbum *διέλθωμεν*, et quae v. 11. leguntur: *ἐν πόλει Δαβίδ. καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς κ. τ. λ.*] *vt accuratius cognoscamus hanc rem quae ibi euenit, quam nobis significauit dominus: ῥῆμα, res*, vid. ad 1, 37. *γνωρίζειν* est *significare, aperire, quibus signis res cognosci et ab aliis discerni possit;* pluribus hanc verbi significationem probarunt *H. Stephanus* in Thes. L. Gr. *Iensius* Ferc. Literar. p. 36. et *Loesnerus* ad h. l.

16. 17. *ἦλθον σπεύσαντες*] *festinanter, missis omnibus, profecti sunt. ἔρχεσθαι, proficisci*, vt v. 44. quo

fenfu faepius verba הלך et בוא in V. T. leguntur, quae interpretes Alexandrini modo verbo πορεύειν, modo verbo ἔρχεσθαι expreſſerunt. A ſcriptoribus exteris quoque, nominatim ab Herodoto, eodem fenfu adhiberi verbum ἔρχεσθαι, exemplis pluribus docuit *Raphelius* Obſſ. Herodott. p. 225. σπεύδειν autem aliis verbis iunctum, vim aduerbii obtinet, vt adeo h. l. reddi debeat *feſtinanter*, *celeriter*, vt 19, 5. 6. Act. 22, 18. 2 Macc. 11, 37. Verbo ἀνεῦρον nulla emphaſis ineſt, nec ſignificat, *diligenter inquiſitum inuenerunt*, vt opinatus eſt *Raphelius* Obſſ. Polybb. ad h. l. ſed vim habet ſimplicis εὗρον coll. v. 12. Heſychius: ἀνευρόντες, εὑρόντες. vid. et *Münthium* ad h. l. Male etiam interpres Vulgatus, διεγνώρισαν vertit, *cognouerunt*, cum potius vertendum ſit: *diuulgarunt*, *rumorem ſparſerunt*, *enarrarunt aliis quae viderant*. Eſt enim verbum h. l. transitiue accipiendum, et ſignificationem, quam verbo ſubſtituimus, flagitant verba v. 18. καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν.

19. 20. συνετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα] *hanc omnem rem animo ſeruabat*. Dan. 7, 28. καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου συνετήρησα. add. Heſiod. Ἔργ. 491. et not. infra ad v. 51. συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, *animo voluebat*, *rem accurate perpendebat*, haec enim verbi ſignificatio videtur huic loco conuenientiſſima eſſe, vt adeo συμβάλλειν ſit id. qd. διαλογίζεσθαι, nam huic quoque verbo interdum additur ἐν ταῖς καρδίαις Marc. 2, 6. Luc. 5, 22. ἐν ἑαυτῷ Luc. 12, 17. ἐν ἑαυτοῖς Matth. 16, 8. Similis formula extat ap. Homer. Il. α, 297. σὺ δ' ἐνὶ Φρεσὶ βάλλεο σῇσι. add. δ' 39. Theocrit. Id. 25, 163. Herodot. 7, 51. 8, 68. vid. *Raphelius* Obſſ. Herodott. ad h. l. et *Valckenarius* Animaduu. ad Ammon. p. 76. Alii aliter; v. *Wolfium* et *Koecherum* ad h. l. Neque tamen ſilentio praetereunda eſt *Boltenii* ratio, qui verba noſtra ita interpungit: ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, et ver-

tit: *Maria hanc omnem rem, quam enarrauit, animo servabat, Maria behielt alle diese Dinge, die sie erzählet hat, in ihrem Herzen* f. *Alles diess wusste sich Maria, welche es erzählet hat, wohl zu erinnern.* Sed vt probe monuit *Ammonius* Opuscc. Nouu. p. 35. nexus et constructio huic interpunctioni et interpretationi repugnant, et συμβάλλειν *referre, colloqui,* iunctum habet articulum τινὶ, aut pronomen αὐτῷ, vt Act. 17, 18. — 20. ἐπέστρεψαν] *redibant* np. ad greges. Pro ἐπέστρεψαν plures codd. legunt ὑπέστρεψαν, et hanc lectionem *Griesbachius* atque *Matthaeius* in ordinem receperunt. Saepius praepositiones ἐπὶ et ὑπὸ a librariis in verbis compositis permutatae sunt. vid. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 249. ὑπέστρεψαν autem h. l. vt et *Schleusnerus* in Lex. sub v. ἐπιστρέφω suspicatus est, e glossemate extitisse videtur. δοξάζοντες, αἰνοῦντες sunt verba eiusdem significationis, *laudantes, celebrantes Deum,* ita δοξάζειν legitur quoque 4, 15. 5, 25. 26. all. καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτοὺς, *sicuti iis praedictum fuerat.*

21. *Cum octauus* a partu *dies aduenisset, quo puer circumcidendus esset,* etc. constat Hebraeorum pueros *e legis praescripto,* κατὰ νόμον, Gen. 17, 12. 21, 4. Leuit. 12, 3. octauo die circumcisos esse, coll. Luc. 1, 59. Post παιδίον deest verbum περιετμήθη, et integra formula haec est: τότε περιετμήθη καὶ ἐκλήθη, *tunc circumcisus et vocatus est.* Sed pro παιδίον cum optimis et plurimis codd. ac verss. legendum est αὐτὸν, et sic recte quoque rescripserunt *Griesbachius* atque *Matthaeius;* vulgaris lectio παιδίον glossema sapit. Caet. vid. not. ad. 1, 38. 59.

22. Puerperae Hebraeorum, per quadraginta fere dies domi se continere debebant, v. Leuit. 12, 4 sqq. *Michaelis Mos. Recht,* Th. 4. §. 192. intra quod tempus impurae erant; praeterlapsis vero his diebus, sacrificium purgatorium offerre debebant, et ditiores quidem immolabant agnum, pauperes vero columbas aut turtures, Le-

vit. 12, 8. vid. *Schoettgenius* et *Lightfootus* ad h. l. tunc etiam ſi partus erat filius primogenitus. (quoniam primogeniti Deo conſecrati erant, et primogenita ex animalibus puris immolari debebant nullo aere redimenda) poſitis quinque ſiclis, redimi quaſi debebat, v. *Michaelis* l. c. §. 227. 276. Sic etiam apud gentiles puerperae, vtpote impurae luſtrabantur. v. *Spanhemius* ad Callim. h. in Iou. v. 16. h. in Delum v. 111. *Barneſius* ad Eurip. Iph. in Taur. v. 382. Cenſorinus de die natali c. 2. Itaque *cum appropinquaſſet purgationis tempus*, Maria et Ioſephus cum filio ſe contulerunt Hieroſolymam. Pro αὐτῶν h. e. *Mariae et filii*, quae quidem lectio plurimorum codd., verſ. et patrum auctoritate nititur, in libris nonnullis legitur αὐτοῦ, librariorum vitio, qui oculos coniiciebant in vltimam ſyllabam vocabuli καθαρισμοῦ, vel αὐτῶν mutabant in αὐτοῦ, quoniam praeceſſit v. 21. αὐτοῦ, αὐτὸν et v. 22 ſequitur αὐτόν· alii aeque male legunt αὐτῆς, quae lectio haud dubie originem ſuam debet ſuperſtitioni grammatici, neſcio cuius? qui non intelligebat, quomodo Euangeliſta Chriſto tribuere poſſet impuritatem, neque ſecum reputabat, eſſe h. l. ſermonem de impuritate externa, non vero morali. Et quamquam purificationis lex ad ſolam matrem expreſſe pertinebat, dubitari tamen nequit, quin et infans ea fuerit comprehenſus; cum enim etiam is, qui immundum contrectaret, immundus haberetur; quamdiu immunda erat mater, erat etiam infans, qui in ſinu eius geſtabatur, et lacte eius alebatur. vid. *Lud. de Dieu* ad h. l. Itaque lectio αὐτῶν omnino vera et genuina eſſe videtur. κατὰ τὸν νόμον — παραςῆναι τῷ κυρίῳ] *e legis Moſaicae praeſcripto, ſecum duxerunt puerum Hieroſolymam, vt eum offerrent domino.* Erat enim lege conſtitutum, vt omnes Iſraelitarum filii primogeniti conſecrarentur Deo, et eſſent futuri ſacerdotes, Exod. 13, 2. cum vero poſtea tribui Leuiticae ſacrorum peragendorum cura demandaretur, Num. 8, 16 ſqq. reliqui primogeniti Deo quidem offerebantur, accipiebat eos ſacerdos, ſed poſtquam parentes

filium quinque ficlis quafi redemerant, Num. 18, 15. 16. eum iis reddebat. Eo fenfu h. l. legitur παραςῆσαι τῷ κυρίῳ· adhibetur autem hoc ipfum verbum κατ' ἐξοχὴν de hoftiis, quae aris admouentur, et oblationibus, quae Deo confecrantur, vt Hebr הִקְרִיב et Lat. *admouere*, vid. *Taubmanus* ad Virg. Aen. 12, 2. 70. et *fiftere* Stat. Theb. 4, 445. vid. et *Schleusneri* Lex. h. v. Neque minus verbum ἀνάγειν de facrificiis vfurpari folet. v. *Elsnerus* ad h. l. et Act. 7, 41.

23. 24. Iam ipfa verba Mofis, quae leguntur Ex. 13, 2. afferuntur. ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον κ. τ. λ.] *omnis mafculus primogenitus domino facratus eft.* ἄρσεν διανοῖγον μήτραν proprie eft, *mafculus aperiens vuluam* f. *matricem* i. e. vno verbo, primogenitus, qui eatenus aperire vuluam dicitur, quatenus primus nafcitur. Defumta eft haec formula ex Exod. 13, 2. vbi in textu Hebraico legitur: כָּל־בְּכוֹר פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם quae verba οἱ ό expreffernnt: πρωτότοκον πρωτογενὲς διανοῖγον πᾶσαν μήτραν. Sed μήτρα eft *vulua*, *matrix*, vt Rom. 4, 19. ἅγιον τῷ κυρίῳ] *domino facrum.* Sicut קדשׁ et ἁγιάζειν fignificant *feparare, deftinare ad aliquid*, quae eft propria horum verborum fignificatio, ita quoque ἅγιον dicitur id, quod a communi vfu fegregatum, et ad peculiares vfus deftinatum eft. Hinc pecora dicebantur *Deo facra;* hinc etiam primogenitus dicebatur ἅγιος h. e. *Deo facratus*, vt h. l. κληθήσεται, *efto*, vid. ad 1, 32. futurum habet h. l. vim imperatiui, et particula ὅτι redundat. — 24. καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν] *et vt offerrent facrificium*, nempe purgatorium; genitiuo articuli, qui e Graeca quidem ratione abeffe debebat, expreffit Lucas, more Alexandrinorum interpretum, particulam ל, quam Hebraei ita addere infinitiuis folent, v. Iudd. 1, 14. 1 Chron. 17, 6. *Fifcherus* Prolufl. de vit. p. 742. referenda autem funt haec verba ad παραςῆσαι τῷ κυρίῳ v. 22. nam quae v. 23. continet verba, ea in parentheſi pofita funt. κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ τοῦ κυρίου] *ficuti lex*

domini praecipiebat Leu. 12, 8. ζεῦγος τρυγόνων ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, *par turturum, aut duos pullos columbarum: ζεῦγος iugum, par*, Hebr. צֶמֶד Leuit. 12, 8. שְׁתֵּים 5, 11. vbi v. LXX. Pro νεοσσοὺς in aliis libris legitur νοσσοὺς, quae lectio verior videtur. Attici enim dicebant νεοττὸς et νεοττίον, fed Alexandrinorum lingua vfurpabat formas nominum νοσσὸς et νοσσίον. vid. *Fifcheri* Proluff. de vit. p. 676.

25. Quisnam fuerit Simeon ille, cuius h. l. mentio fit, qui Mariae et filio faufta quaeuis apprecatus effe dicitur, prorfus ignoratur. Fuiffe enim eum Hillelis filium, Gamalielis, qui Act. 5, 34. commemoratur, patrem, vt plures voluerunt, idoneis argumentis probari nequit. cf. omnino *Wolfius* in Curis, et *Koecherus* in Analectis ad h. l. eum fenem fuiffe colligi poteft e v. 26. 29. coll. 36. 37. Vocatur ille vir δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, *vir probus et pius: δικαιὸς*, vid. ad 1, 6. εὐλαβὴς autem proprie idem eft quod εὐληπτος, v. Thom. Mag. et ex eo Phauorinus v. εὐλαβεῖσθαι, atque indicat vel *hominem, qui facile capi et prehendi poteft*, vel *rem, quae facile tractari atque prehendi poteft*, qua paulo rariori fignificatione legitur ap. Lucian. in Timon. T. 1. p. 114. ed. Graeu. ἡ πενία δ' ἔμπαλιν ἐξώδης τε καὶ εὐλαβής· Sed quoniam eiusmodi homines *timidi* et *cauti* effe folent, hinc vfurpatur, cum de iis, *qui timent, verentur, follicili funt*, vnde εὐλαβὴς *timidus*, εὐλαβεῖσθαι *timere, vereri*. vid. Aefchin. Socr. 2, 16. Hefychius: εὐλαβεῖσθαι, φοβεῖσθαι. v. Pollux 5, 122. εὐλάβεια, *timor*, Sapient. 17, 8. add. *Carpzouius* Exercitt. Philon. ad Hebr. 5, 7. *Cafaubonus* ad Ariftoph. Equitt. v. 253. *tum* de iis, *qui cauti funt et prouidi*, vnde εὐλάβεια *prouida cura*, et εὐλαβεῖσθαι id. qd. φυλάττεσθαι, quo ipfo verbo illud explicuit Hefychius. Ariftoph. Auu. 375. ἡ γὰρ εὐλάβεια σώζει πάντα. Suidas εὐλαβὴς, ὁ εὖ τῶν πραγμάτων ἐπιλαμβανόμενος, ὁ μὴ προχείρως τι ποιῶν. Speciatim vero notat eum, *qui follicitus eft et dili-*

gens, *quod attinet Dei cultum*, *resque diuinas*, *religiofum*, *qui Deum reueretur*, vnde et h. l. in quibusdam codd. pro εὐλαβὴς e gloffemate legitur εὐσεβής. Sic Philo de Cher. p. 113. A. φιλοφροσύνην καὶ εὐλαβείαν Θεοῦ, *humanitatem et pietatem erga Deum* dicit. v. *Loesnerus* ad h. l. In verfione Alexandrina εὐλαβὴς refpondet Hebr. חסיד Mich. 7, 2. et εὐλαβεῖσθαι verbo ירא Ex. 3, 6. 1 Regg. 18, 29. προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ] *qui exfpectabat folatium Ifraelitarum* : παρακαλεῖν, quod eft omnino *aduocare*, *arceffere*, v. *Schleusneri* Lex. h. v. in fcriptis Helleniftarum inprimis eo etiam fignificatu occurrit, vt fit, *confolari*, *recreare*, *leuare*, quocunque demum modo id fiat, et in verfione Alexandrina refpondet verbis Hebraeorum נחם et נוד Pf. 22, 5. 93, 19. vnde et Tertullianus adu. Marcion. 4, 14. eo fenfu vfus eft formula *aduocare languentes*, et in N. T. faepius ita legitur, vt 2 Cor. 1, 4. 7, 6. Matth. 2, 18. hinc παράκλησις eft *folatium*, *confolatio*, 2 Cor. 1, 3. coll. v. 38. huius cap. Hoc loco tamen, vt nemo non intelligit, abstractum pofitum eft pro concreto, ita, vt idem fit, quod alias παράκλητος, *confolator*. Sic Nah. 3, 7. pro מְנַחֲמִים Alexandrini habent παράκλησιν. Vulg. *confolatorem*; idem vero vocabulum Hebraicum Aquila et Theodot. Iob. 16, 2. expreſſerunt παρακλήτους, vbi οἱ ό habent παρακλήτορες. Nomen autem confolatoris (מנחם) Iudaeos crebro Meffiae impofuiffe, eos formula προςδέχεσθαι τὴν παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ, de Meffiae aduentu faepius vfos effe, ab eoque tunc temporis liberationem a calamitatibus externis, quibus premebantur, a iugo Romanorum exfpectaffe, *Capellus*, *Lightfootus*, *Wetftenius* ad h. l. et *le Moyne* Diff. ad Ier. 23, 6. docuerunt. Itaque haec verba noftra commode reddi poffunt: *Meffiam* (τὸν Χριστὸν τοῦ Κυρίου) *exfpectabat*. καὶ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ᾽ αὐτὸν] *fpiritu diuino agebatur*, quae verba continent defcriptionem prophetae, coll. Ief. 61, 1. h. e. noftro loco, vt omnis orationis contextus docet, hominis, cui reuelatio diuina contigit.

Nempe Simeonis tempore Meſſiae aduentus a Iudaeis auide exſpectabatur, et erant tunc temporis multi, qui Hieroſolymis in templo fere quotidie conuenirent, precibusque et piis ſermonibus ad Meſſiae aduentum, quem proxime futurum ſperabant, ſeſe praepararent. v. *Schoettgenius* Hor. Hebrr. ad h. l. Horum in numero erat quoque Simeon, vtpote vir δίκαιος et εὐλαβής. Ei igitur, haud dubie per ſomnium, contigerat illa promiſſio, quae v. 26. legitur, ſe Meſſiam eſſe viſurum; hinc, quoniam Simeoni vere haec felicitas contigit, quoniam ipſe tam praeclara auguratus eſt, de infante in templo praeſente; auctor Euangelii infantiae Ieſu notauit, Simeonem actum fuiſſe a Spiritu Sancto, πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν. Dum ergo Maria in templum venit, ſacerdoti nomen, et oppidum patrium infantis nominat, ſeque e Dauidis familia oriundam dicit, fortaſſis etiam ea, quae nocte illa, qua Ieſus natus erat, euenerant, narrat, Simeon, qui impellente ſpiritu in templum venerat, vid. not. ad v. 27. qui modo in templo, ante Mariae ingreſſum, Meſſiae aduentus accelerationem a Deo ardentibus precibus efflagitaverat, quem pueruli formoſitas allexerat, intelligit, iam promiſſionem, quae ipſi contigerat, eſſe impletam, hunc eſſe ſeruatorem populi futurum.

26 — 28. καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον, *et erat ei promiſſum.* De verbo χρηματίζεσθαι vid. ad Matth. 2, 12. μὴ ἰδεῖν τὸν θάνατον] *mortem non experiri*, i. *non mori;* quo eodem ſenſu alias legitur γεύεσθαι θανάτου Matth. 16, 28. vbi v. not. Formula ipſa Hebraica eſt רָאָה־מָוֶת Pſ. 89, 49. et ſimilis ei eſt alia apud Eurip. Heraclid. 515. ᾅδην εἰςιδεῖν, *orcum intueri* i. mori. πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριςὸν Κυρίου, *priusquam vidiſſet Meſſiam*, priusquam viuendo attigiſſet tempus Meſſiae. 27. καὶ ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερὸν] *et impellente ſpiritu venit in templum* h. e. vt bene explicuit *Roſenmüllerus* in Scholiis ad h. l. orta eſt in animo ipſius cogitatio, quam eiicere

ex animo non poterat, ſibi hoc ipſo die eſſe templum adeundum. ἐν, vt Hebr. ב *per*, Alex. Exod. 35, 29. ב reddiderunt διά. τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς — τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ] *vt reſpectu pueri perficerent id, quod lege conſtitutum erat*, nempe vt puerum offerrent Deo, παραςῆσαι τῷ κυρίῳ v. 22. et ſacrificarent καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν v. 24. τὸ εἰθισμένον, *legis praeceptum*, nam Alexandrini Hebr. משפט vertunt modo ἐθισμὸς 1 Regg. 18, 28. vbi Symmach. habet ἔθος, modo ἐντολή, modo δικαίωμα, quae adeo ſunt vocabula idem valentia, atque leges et ritus ceremoniales a Ioſepho paſſim τὰ ἔθη dicuntur, vt Ant. 16, 6. 7. quod voc. etiam de lege, inſtituto occurrit ap. Xen. Cyr. 1, 6. 19. p. 77. Hutchinſ. 2 Macc. 4, 2. de Antiocho Epiphane, παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνισεν, *illegitimos ritus inſtituit de nouo*. Etiam Latini vſurparunt *mores* pro legibus; Virg. Aen. 1, 268. vbi Seruius: *Leges etiam mores dici non dubium eſt.* Sic et *inſtituta* Cic. p. Marcell. c. 9. adhibuit, pro quo c. 8. dixerat *ſeueris legibus*. — 28. καὶ αὐτὸς, *ipſe quoque*, Simeon, praeter parentes et ſacerdotem, *vlnis eum excepit*, minus recte *Beza*, καὶ explicuit *tunc*.

29. Praeceſſerat v. 26. Simeoni ſeni, v. ad v. 25. contigiſſe promiſſionem, ipſum mortem non ſubiturum eſſe, priusquam Meſſiam vidiſſet. Huius promiſſionis recordatus (vnde additur κατὰ τὸ ῥῆμά σου), precabatur: νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου] *nunc dimittis cultorem tuum, domine* ſ. *nunc eum mori iubes*, *me* (felicem, ἐν εἰρήνῃ) *discedere ex hac vita iubes*; ἀπολύεις ſcl. ἐκ τοῦδε τοῦ βίου. Tob. 11, 8. καὶ προςδραμοῦσα Ἄννα ἔπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ἴδον σε, παιδίον, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποθανοῦμαι. Verbum ἀπολύειν proprie notat *ſoluere id quod connexum eſt*, hinc *liberare*, 2 Macc. 6, 22. hinc *dimittere*, et adhibetur de iis, *qui domum*, aut, *in patriam aliquem dimittunt* Polyb. 3, 85. ἀπέλυσε εἰς τὴν οἰκίαν. add. Act. 15, 33. vbi v. *Krebſius* et *Loesnerus*.

Eleganter autem hoc ipſum verbum a Graecis quoque ſcriptoribus adhibetur ad ſignificandam mortem. v. *Gatackerus* de ſtylo N. T. p. 45. add. *Segaarius* ad h. l. In verſione Alexandrina eo ſenſu adhibitum extat Num. 20, 29. *εἶδε πᾶσα ἡ συναγωγὴ, ὅτι ἀπελύθη Ἀαρών, vidit totus coetus mortuum eſſe Aaronem.* Gen. 15, 2. *ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος*, vbi in textu Hebr. extat verbum הֹלֵךְ. Aqu. ibi habet *ἀπέρχομαι·* Symmach. *πορεύομαι.* Plenius alias legitur *ἀπὸ τῆς γῆς* Tob. 3, 13. *τοῦ σώματος* Porphyr. de Abstinent. Anim. 4, 9. *τοῦ ζῆν* Ael. H. V. 13, 20. *ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν* ib. 5, 6. v. *Wetſtenius*, *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. *ἐν εἰρήνῃ* referri debet ad *ἀπολύεις*, *morior tranquillus*, *beatus*, quod mihi haec felicitas contigit, *εἰρήνη* enim, vt Hebr. שָׁלוֹם, in genere notat, *felicitatem quamcunque.* Neque adſtipulari poſſum *Fiſchero*, qui Proluſſ. de vit. p. 244 ſs. vocem *ἀπολύειν τινὰ ἐν εἰρήνῃ* ſimpliciter ſignificare praecipit, *iubere aliquem mori* ſ. *defungi morte ſua* (Sen. ep. 69. *Bella res eſt*, *mori ſua morte. Mors ſua* eſt *αὐτόματος θάνατος*, quaſi naturalis et fatalis, qui nulla extrinſecus vi coactus venit, v. Gell. 13, 1.) cum Hebraei de eo, qui morte ſua moriatur, vſurparint formulam בּוֹא אֶל־אֲבוֹתֶיךָ בְּשָׁלוֹם Gen. 15, 15. ſed qui occidatur, neque adeo morte defungatur ſua, de eo dixerint לֹא הוֹרֵד בְּשָׁלוֹם שְׁאוֹל 1 Regg. 2, 6. Attamen *Fiſcherus* ipſe fatetur, ſe non magnopere repugnare iis, qui Gen. l. c. בשלום ita accipiunt, vt Abrahamus dicatur non viſurus eſſe moleſtias atque incommoda, quae poſteris eius in Aegypto ſubeunda et perferenda erant. Contextus vero ipſe h. l. flagitat, vt formulae *ἐν εἰρήνῃ*, eam vim tribuamus, quam ei ineſſe diximus, ac frigida profecto procederet ſententia, ſi his verbis nil amplius ſignificaretur, quam *nunc iubes me mori.* Caeterum ex huius verſus verbis quoque haud improbabiliter colligitur, Simeonem tunc temporis fuiſſe ſenem.

30 — 32. *His enim ipſis oculis meis vidi ſeruatorem a te conſtitutum*; *σωτήριον* h. l. vt *σωτηρία* 1, 71. po-

situm est pro σωτὴρ, *seruator*, *Messias*, et quidem σου, *a te constitutus*, *missus*. σωτήριον in versione Alexandrina respondet Hebr. ישׁועה Ps. 98. 3. 1 Sam. 2, 1. — 31. ὃ ἡτοίμασας — τῶν λαῶν] *quem destinasti omnibus populis*: κατὰ πρόςωπον πάντων τ. λ. idem quod ἐνώπιον π. τ. λ. vtrumque respondet Hebraeorum לִפְנֵי, vid. Ps. 23, 5. Esth. 5, 14. Luc. 24, 11. vtrumque, vt לפני centies redundat, et sic h. l. κατὰ πρ. π. τ. λαῶν est id. qd. πᾶσι τοῖς λαοῖς. 32. Ostenditur, quonam sensu Messias dictus sit auctor felicitatis omnium gentium. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν] *lumen quod collustrabit gentes*, doctorem omnium gentium, qui doctrinae melioris luce gentes illustrabit. Repetendum est εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου. Sperabant autem illa aetate, sapientiores Iudaei, Messiam veram pietatem ac religionem restituturum esse, gentes susccepturas esse auitam Iudaeorum religionem, et ita cum Iudaeis coniunctum iri, v. ad Matth. 3, 2. 8, 11. 25, 32. quae opinio pluribus V. T. locis nitebatur, vt Ies. 42, 6. 49, 6 ss. 60, 1 sqq. 66, 22. al. Respicitur autem h. l. inprimis locus Ies. 42, 6. vbi legitur: *dabo te lucem gentibus*, לְאוֹר גוים, *vt aperias oculos coecorum* etc. i. e. vt eas ab idolis auertas, atque Iouam, verum Deum, vnice colendum esse doceas. Iam vocabulum φῶς haud raro in libris N. T. significat *doctorem*, quatenus est promotor φωτὸς, *lucis*, religionis verae, quatenus sua doctrina animos hominum illustrat, ignorantiam depellit, adeoque eos felices reddit, v. ad Matth. 4, 16. Ioh. 1, 4. atque hoc sensu etiam h. l. φῶς sumendum est, cum ob additum εἰς ἀποκάλυψιν, tum ob locum Ies. 42, 6. et ea quae paulo post v. 34. 35. leguntur. εἰς ἀποκάλυψιν] quibus tenebrae sunt obductae, ea *reteguntur*, dum *collustrantur* a lumine. Cum ergo Christus dicatur h. l. lumen ad retegendos gentiles tenebris obductos, *consequente* posito, *antecedens* significatur, quod nimirum Christus eos luce sua *illustraturus* i. edocturus sit. v. *Storrius* Diss. exeget. in libror. histor. N. T. aliquot loca P. 1. p. 67. Verbo autem ἀποκαλύπτειν, non

minus quam ἀνακαλύπτειν vim *relegendi* inesse, v. Susan. 32. 2 Sam. 22, 16. coll. Ps. 18, 16. contra *Pricaeum*, qui h. l. legere malebat ἀνακάλυψιν, recte obseruauit *Storrius* l. c. Alii, cum ἀποκαλύπτεσθαι sit etiam *apparere*, *innotescere*, nam quae reteguntur, apparent, innotescunt, verba Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν vertunt: *lumen quod appareat*, i. *doctor qui innotescat*, et ad Φῶς e v. 31. repetunt ὃ ἡτοίμασας, quem voluisti esse doctorem qui innotescat. Sensus idem manet. καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ, *et populi tui Israelitici decus*, qui augeat hoc modo, et promoueat honorem, splendorem populi Israelitici. δόξα, *decus*, vt 1 Thess. 2, 20. κῦδος Hom. Il. 9, 669. Alii, qui ad δόξαν repetunt εἰς, vertunt: *et populum tuum felicem reddat*.

33. 34. καὶ ἦν Ἰωσὴφ — αὐτοῦ] *quae Simeonis de Iesu dicta Iosephus et mater eius mirati sunt*. Sed pro Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ haud dubie cum *Griesbachio*, auctoritate praestantissimorum codd. legendum est, ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ· vulgaris lectio e glossemate extitit. — 34. καὶ εὐλόγησεν — αὐτοῦ] *Tum bona et fausta quaeuis iis apprecatus est Simeon, et inprimis Mariam ita allocutus*. εὐλογεῖν, vid. ad. 1, 28. 1 Macc. 2, 69. καὶ, *inprimis*, v. Marc. 1, 6, Luc. 11, 46. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν Ἰσραήλ] *hic erit auctor felicitatis et infelicitatis multorum Israelitarum*. Scilicet formula κεῖσθαι εἰς τι notat, *constitutum*, *destinatum esse ad aliquid*, vt Phil. 1, 17. 1 Thess. 3, 3. κείμεθα εἰς τοῦτο nempe τὸ ὑπομένειν τὰς θλίψεις, *ad perferendas calamitates destinati sumus*, *haec est sors nostra*. Similis formula τεθῆναι εἰς τι Ies. 49, 6. vbi οἱ ό· τέθεικά σε εἰς Φῶς ἐθνῶν, *destinaui te gentium doctorem*. Itaque h. l. οὗτος κεῖται *hic constitutus*, *destinatus est* i. e. omnino, huius sors erit. Verbum porro πίπτειν respondet Hebr. נפל et proprie notat, *cadere*, *prolabi*. Deinde vero etiam frequenter ita ponitur, vt sit *perire*, *interire*, 1 Cor. 10, 8. Hebr. 3, 17. Rom. 11, 11. Num. 14, 32. omninoque *miserum*, *infelicem fieri*,

Act. 15, 16. Apoc. 14, 8. Atque ita, de miseria et infelicitate legitur etiam vocabulum πτῶσις praeter h. l. Sir. 3, 31. 20, 18. Baruch. 4, 23. add. Ies. 51, 17. Ez. 26, 15. 18. Ergo vi oppositionis ἀνάστασις est *felicitas*. Solent vero Hebraeorum scriptores admodum frequenter felicitatem eiusque restitutionem comparare cum resurrectione. v. Ies. 26, 19. Ez. 37, 1 sqq. Hos. 6, 2. Caeterum ἀνάστασις per metonymiam indicat h. l. *auctorem felicitatis* (vt ζωὴ Ioh. 1, 4.) et πτῶσις *auctorem infelicitatis*, vt Sir. 13, 13. add. ib. 1, 21. Ergo verba nostra commode exprimi possunt: erit auctor felicitatis et infelicitatis multorum Israelitarum. Hoc explicandum est ex euentu. Multi Israelitarum eum Messiam agnoscent, doctrinam ipsius probabunt, et hoc modo felicitatem suam promouebunt, multi vero eum repudiabunt, et ita sibi miseriam contrahent. καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγομένων repetendum est οὗτος κεῖται. Sed σημεῖον est *signum*, *documentum*, *exemplum*, Hebr. אוֹת Ez. 14, 8. vbi de idolorum cultore dicitur eum fore εἰς σημεῖον poenae i. insigne exemplum hominis grauiter puniti. Itaque κεῖται εἰς σημεῖον ἀντιλογίας est, *erit insigne exemplum reiectionis et contemtionis*, *hominis reiecti et repudiati*, i. e. quam plurimi popularium ipsius sese ei opponent, eum repudiabunt. ἀντιλέγειν non tantum significat, *se alicui verbis*, sed etiam *factis opponere*, sicuti ריב Hos. 4, 4. et סרר Ies. 65, 2. vbi οἱ ό habent: πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα· add. Tit. 2, 9. Rom. 10, 21. Hebr. 12, 3. Ioh. 19, 12. vbi v. *Kypkius*.

35. Animi dolores acerbi et graues, a Graecis inprimis et Hebraeis vocantur *vulnera animi*, et hominum animi *sagittis* vel *gladiis*, vel alio modo transfigi dicuntur. Hom. Il. ί, 3. πένθει δ' ἀτλήτῳ βεβολήατο πάντες ἄριστοι. Il. τ', 125. τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν. Diod. Sic. 13, 58. οἱονεὶ νυγμοὺς εἰς τὴν ψυχὴν λαμβάνουσαι περιπαθεῖς ἐγένοντο· vbi v. *Wesselingius*. add. *Valckenarius* ad Eurip. Phoenn. 1098. Ioseph. Ant. 8, 8, 3.

πληγέντες δὲ ὑπὸ τῶν λόγων, ὡς ὑπὸ σιδήρου, καὶ ἀλγήσαντες. Virg. Aen. 12, 168. *Sic exhortata reliquit Incertum, et trifti turbatum vulnere mentis.* Rutilius 1, 451. *Nam iuueni offenfo faeui poft tela doloris Dicitur humanum displicuiffe genus.* add. Pf. 37, 15. Haec eadem imago etiam noftro loco legitur, et fenfus verborum καὶ σὺ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, quae in parenthefi pofita funt, eft: haec filii tui fors multos tibi procreabit dolores. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν — διαλογισμοὶ] *vt adeo hoc modo multorum animi fenfa et cogitata manifeftentur:* apparebit tunc, quo quisque animo in Deum et Meffiam fit. διαλογισμοὶ, vt Hebr. מחשבות, ponitur de cogitationibus et opinionibus quibuscunque, fiue bonis et rectis, fiue malis et prauis. H. l. in vtramque partem eft accipiendum, nam v. 34. praeceffferat, κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν.

36. Quonam fenfu Anna h. l. memorata, προφῆτις dicta fit, disfentiunt interpretes, nec certo definiri poteft. Alii exiftimant eam propterea hoc nomine infignitam effe, quod fuerit dono futura praedicendi inftructa, quo fane fenfu vocabulum προφῆτις extat Apoc. 2, 20. et Hebr. נְבִיאָה 2 Regg. 22, 14. Alii ftatuunt, eam ita dictam effe, quod fuerit vxor prophetae, vt נְבִיאָה occurrit Ief. 8, 3. Rurfus aliis προφῆτις eft h. l. *cantatrix, poëtria,* cum נבא notet quoque, *carmina in laudem Dei canere,* et נביא fit *vates, poëta,* 1 Chron. 25, 1. 2. 4. 1 Sam. 10, 5. et נביאה *poëtria* Exod. 15, 20. v. not. ad Matth. 13, 35. 7, 15. *Koppius* denique Exc. 3. in ep. ad Ephef. nomen προφῆτις explicat, *Deo facra et deuota, eine Heilige.* Confirmatur haec interpretatio quodammodo iis, quae v. 37 extr. leguntur. προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, vid. ad 1, 7. ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς] *cum marito cui virgo nupferat, feptem vixerat annos;* hoc ipfum, et quod iam fuerit vidua circiter octoginta et quatuor annorum, καὶ αὕτη (fcl. ἐγέ-

νετο) *χήρα*, *ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων* v. 37. de induftria commemorauit fcriptor, quoniam viduae, quae non repetierant, marito mortuo, nuptias, apud Iudaeos, aliasque gentes, illis temporibus, maxime honoratae erant. Ioſeph. Ant. 18, 6. 6. *τιμία δ' ἦν Ἀντωνία Τιβερίῳ εἰς τὰ πάντα, συγγενείας τε ἀξιώματι, Δρούσου γὰρ ἦν ἀδελφοῦ τοῦ αὐτοῦ γυνὴ, καὶ ἀρετῇ τοῦ σώφρονος. Νέα γὰρ χηρεύειν παρέμεινε, γάμῳ τε ἀπεῖπε τῷ πρὸς ἕτερον, καίπερ τοῦ Σεβαστοῦ κελεύσαντός τινι γαμεῖσθαι, καὶ λοιδοριῶν ἀπηλλαγμένον διεσώσατο αὐτῆς τὸν βίον.* Val. Max. 2, 1. 3. *Quae vno contentae matrimonio fuerant, corona pudicitiae honorabantur — multorum matrimoniorum experientiam quaſi illegitimae cuiusdam intemperantiae ſignum eſſe credentes.* v. ibi interpp. add. *Spanhemius* ad Callim. h. in Pall. v. 34. interpp. nominatim *Grotius* et *Wetſtenius* ad 1 Tim. 5, 2. *Vitringa* de Synag. Vet. L. 3. P. 1. c. 4.

37. *ἡ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ*] *non diſcedebat a templo* h. e. aſſidue templum, cultumque Dei publicum frequentabat. Laudauit *Elsnerus* ad h. l. Apulei. Metamorph. L. 2. p. 382. qui de ſuo ſingulari in Iſide colenda ſtudio ſcribit: *deae miniſteriis adhuc priuatis appoſitus, contuberniisque ſacerdotum indiuiduus, et numinis magni cultor inſeparabilis.* *νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν*] nempe *Θεῷ*: vt Act. 26, 27. *ieiuniis et precibus aſſiduis Deum colebat.* Sermo eſt non tantum de ieiuniis publice lege praeſcriptis, et precibus ſolennibus, ſed etiam de ieiuniis priuatis. vid. ad Matth. 6, 16. *νύκτα καὶ ἡμέραν* h. e. aſſidue, Act. 26, 7. *ἀδιαλείπτως* 1 Theſſ. 1, 3. 2, 13. *πάντοτε* Phil. 1, 4. His ergo vocibus omnibus exprimitur notio vniuerſalis haec: erat cummaxime pia.

38. *ἐπιστᾶσα*, *accedens*, 10, 40. *αὐτῇ τῇ ὥρᾳ*, *eo ipſo temporis momento*, qui nimirum Simeon Chriſti parentibus talem filium gratulabatur. *ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ*] *Deum laudibus celebrabat.* Verbum enim *ἀνθομολογεῖ-*

σϑαι simpliciter notat, *laudare*, *celebrare*, et Alexandrini verbum הודה modo vertunt αἰνεῖν Gen. 49, 8. (vbi Aquila habet ἐξομολογεῖσϑαι) modo ἐξομολογεῖσϑαι Pf. 118, 19. 21. atque ἀνϑομολογεῖσϑαι Pf. 79, 13. Dan. 4, 34. vid. *Fifcherus* Prolufl. de vit. Lexx. N. T. pag. 125 fqq. et *Kypkius* ad h. l. περὶ αὐτοῦ, *de hoc ipfo puero.* τοῖς προςδεχομένοις λύτρωσιν] *qui exfpectabant liberatorem.* Nam λύτρωσις pofitum eft pro λυτρωτὴς quod vocabulum Act. 7, 35. extat, et refpondet in verf. Alex. Hebr. גֹּאֵל, *redemtor*, *vindex*, Pf. 19, 15. 78, 35. ergo, qui exfpectabant Meffiam, qui ipfos a miferiis et calamitatibus, quibus premerentur, a iugo Romanorum liberaturus effet. Verba vltima ἐν Ἱερουσαλὴμ referenda funt ad πᾶσι neque hoc πᾶσι nimis vrgendum, non omnibus, fed omnino pluribus ciuibus Hierofolymitanis, neque putauerim fermonem effe tantummodo de iis, qui tunc temporis in templo aderant, fed de aliis quoque pluribus, qui Annam, vtpote feminam nobilem, falutatum conuenerant. Caeterum ἐν in nonnullis libris deeft, et facile ob praecedentem fyllabam ιν omitti potuit; τοῦ Ἰσραὴλ, quod in aliis libris extat, pro gloffemate habendum eft.

39. 40. ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα] *poftquam omnia perfecerant*, parentes Iefu, poftquam hunc filium primogenitum Deo obtulerant, et facrificium folenne peregerant, v. 22. 24. εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν Ναζαρὲτ, redibant tunc temporis Bethlehemum, et ferius fe conferebant Nazaretham. v. ad Matth. 2, 1. — 40. ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας] *adoleuit*, *animi incrementa cepit*, *et quotidie fapientior apparuit.* ηὔξανε ad corpus Iefu referendum eft. πνεύματι a codd. nonnullis abeft, *Millius* ex 1, 80. in hunc locum migraffe arbitratur. Sed omiffum eft partim propterea, quoniam nec infra v. 52. legitur, partim quoniam fuperfluum videbatur, cum fequatur πληρούμενον σοφίας, quae tamen verba explicationis cauffa addita funt. καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ᾽ αὐτό] *et*

Deus ei fauebat, coll. v. 52. quomodo fuerit ἡ χάρις Θεοῦ ἐπ' αὐτὸ, illa ipfa verba docent ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας. Neutiquam ergo audiendi funt *Wetftenius* et *Raphelius*, qui χάριν Θεοῦ explicant de venuftate et elegantia, dignitate formae in puero, vt omnes intelligerent, eum a Deo ita ornatum effe; cui explicationi nec fauet locus parallelus v. 52.

41. Narratio, quae fequitur, oftendit, mature Iefum facultates animi praecipuas, et amorem religionis infignem prodidiffe. ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος — τοῦ πάσχα] *parentes ipfius quotannis* (κατ' ἔτος fcl. ἕκαστον) *proficifcebantur Hierofolymam fefto Pafchatos.* Lex Mofaica praecipiebat, vt ter quotannis omnes mares coram Deo apparerent tribus feftis folennioribus, fefto pafchatos, pentecoftes et tabernaculorum. v. Exod. 23, 14 — 17. 34, 18. 22. 23. Deut. 16, 16. cf. *Michaelis Mofaifches Recht*, Th. 4. §. 183. Neque arbitror feftum Pafchatos propterea vnice commemoratum effe, quod Iefu temporibus non fatis accurate illa lex fit obferuata, fed quod illo tempore officio fuo fatisfeciffe putauerint Iudaei, fi quouis anno femel Hierofolymam effent profecti; haec enim interpretum nonnullorum coniectura nullis argumentis certis et indubitatis poteft comprobari, et aduerfatur ei etiam Iofephi atque Mariae pietas, quae alias praedicatur; imo potius hanc ob cauffam vnice fefti Pafchatos iniicitur mentio, quoniam hoc tantum fefto, *una cum uxore* Hierofolymam proficifcebatur Iofephus, reliquis vero feftis eam non habebat comitem. Feminae enim non lege tenebantur ad iter illud Hierofolymitanum fuscipiendum, fed propria religione femel anno facros coetus Hierofolymis inuifebant; apparebat ergo exinde fingularis Mariae pietas, quae femel quotannis Hierofolymam proficifceretur, ad facra ibi cum marito facienda; ficuti Hanna et Peninna Elcanae vxores 1 Sam. 1, 7.

42. *καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα*] fuiſſe Iudaeorum illis temporibus conſuetudinem pueros, qui duodecimum aetatis annum attigiſſent, ad dies feſtos concelebrandos Hieroſolymam deducendi, haud ſine probabilitatis ſpecie demonſtrarunt ad h. l. *Lightfootus* et *Wetſtenius*, qui iidem docuerunt, puerum duodecim annorum, ideo vocatum eſſe בן התורה *filium legis*, et בן מצוה *filium praecepti* h. e. ad quem lex diuina, praecepta diuina pertinerent, qui iis eſſet inſtituendus. *ἀναβάντων αὐτῶν*] *cum proficiſcerentur*, iter tendebat Hieroſolymam, hinc *ἀναβαίνειν* vid. ad Matth. 20, 17. In codd. diuerſarum recenſionum optimis, verba *εἰς Ἱεροσόλυμα* non extant, et videntur omnino e v. 41. a grammaticis margg. codd. adſcripta fuiſſe. *κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς*, *ex more huius feſti*, ſolebant Iudaei illis diebus Hieroſolymam proficiſci. Iam vero, vel ſubintelligendum eſt, *τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη*, *tunc et ipſe* (Ieſus) *vna cum iis profectus eſt*, vid. ad 2, 21. vel verba *ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα* referri debent ad *ὑπέμεινεν* v. 43. ita vt interiecta verba a reliquis parentheſeos nota ſeiungantur, quod tamen omnino durius videtur.

43. *καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας*] *poſtquam dies legitimos feſti peregerant*, intelliguntur ſeptem azymorum dies, Exod. 12, 14. Leuit. 23, 6. 7. Deut. 16, 3. quorum primus et vltimus inprimis ſancti erant, quibus nemini negotiis vacare licebat, Exod. 12, 26. quod quidem reliquis diebus licitum erat, quamquam et iis quoque immolabatur, Deut. 16, 2. et epulae ſacrificales celebrabantur, Deut. 12, 7. 18. 14, 26. *ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ*] *ipſis redeuntibus remanſit Ieſus puer Hieroſolymis.* Vt parentes Ieſu a negligentiae et incuriae crimine liberarent interpretes, obſervarunt, Ieſum non prima vice tunc temporis perueniſſe Hieroſolymam, ſed eo, iam alio tempore, fuiſſe perductum; cui tamen coniecturae obſtare videtur modus nar-

randi καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα v. 42. Equidem potius e v. 44. vbi legitur, parentes Iesu existimasse, puerum esse in comitatu cognatorum, amicorumque, coniicerem, eum et antea in coetu eorum versatum esse, vt adeo parentes ipsius minime negligentiae accusandi sint. Sed nihil certi hanc in rem proferri potest, cum scriptor noster ipse non copiosius rem exposuerit. Inepta quoque et ridicula quaestio est, quam nonnulli mouerunt, vnde Iesus tunc victum acceperit? num mendicauerit? cum pro hospitalitate illorum temporum facile hospitium Iesus inuenire posset, et vero etiam de cognatis ipsius haud dubie plures Hierosolymis remansissent. καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ] *et ignorabant Iosephus atque mater ipsius*, nempe eum remansisse Hierosolymis. Plures codd. exhibent ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, quae lectio verior videtur. vid. not. ad v. 33.

44. Arbitrabantur parentes, puerum comitem sese adiungisse cognatis et amicis, aliisque ciuibus Nazarethanis; horum nimirum alii praecedebant, alii subsequebantur, (erat enim pro more Orientis, magna multitudo viatorum), omnes noctu sub dio in agris pernoctabantur, si quis die a suis discesserat, tunc ad eos se recipiebat, hinc h. l. legitur, ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν, parentes progressi sunt cura vacui, vnius diei iter. Neque adeo necesse est, vt statuamus, peculiares fuisse virorum feminarumque coetus, Iosephum existimasse puerum cum feminis, Mariam, eum cum viris proficisci, nam ipsa orationis series haud obscure docet, Iosephum et Mariam vna fuisse, in itinere ipso. συνοδία (a σύνοδος, vt ab ἔξοδος est ἐξοδία· vid. *Bosius* Animaduu. ad Script. Grr. p. 187.) est, *societas itineris*, *eine Karavane*, vt h. l. et differt a συνοδεία ita, vt hoc vocabulum ipsum actum indicet, qui verbo συνοδεύειν exprimitur, *iter a pluribus susceptum*, vnde et *Küsterus*, in Suidae glossa, συνοδία· τὸ μετά τινος συμπεριπατεῖν legendum praeci-

piebat συνοδεία, improbante *Segaario* ad h. l. qui recte animaduertit, discrimen illud inter vtrumque vocabulum saepius fuisse neglectum. Sic ap. Arrian. Epictet. 3, 26. οὕτω ποιοῦσι καὶ τῶν ὁδοιπόρων οἱ ἀσφαλέστατοι, ἀκήκοεν ὅτι λῃστεύεται ἡ ὁδὸς, μόνος οὐ τολμᾶ καθεῖναι ἀλλὰ περιέμεινε συνοδίαν ἢ πρεσβευτοῦ, ἢ ταμίου ἢ ἀνθυπάτου, καὶ προσκατατάξας ἑαυτὸν παρέρχεται ἀσφαλῶς. add. Ioseph. Ant. 6, 12. 1. v. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. *Dan. Heinsius* in Exercitt. Sacr. *Lud. de Dieu*, aliique, qui eos sequuntur, συνοδία vertunt h. l. *familia*, vt adeo idem sit quod συγγένεια, et prouocant partim ad locos scriptorum ecclesiasticorum, partim ad Neh. 7, 5. 64. Sed non necesse est, vt h. l. a vulgari vocabuli significatione recedamus, cum συνοδία diserte distinguatur a συγγενέσι et τοῖς γνωστοῖς. Comitatus erat amplior; solebant enim incolae vnius vel etiam plurium vicinorum locorum cateruatim iter Hierosolymitanum ingredi, et oppida patria cateruatim quoque repetere, neque adeo omnes Nazarethani et Galilaei, poterant esse parentum Iesu *cognati* et *amici* (Suidas: γνωστοὶ· φίλοι), sed hi erant cum aliis in comitatu, et inter hos cognatos atque amicos quaerebant parentes filium. ἦλθον, *profecti sunt*. vid. a. v. 16. Pro ζητοῦντες v. 45. cum optimis codd. legendum videtur ἀναζητοῦντες. cf. ad not. Marc. 14, 40. 51.

46. μεθ' ἡμέρας τρεῖς] *die tertio currente*, primo die repetebant Nazaretham, altero die reuersi sunt Hierosolymam, tertio die puerum in templo inueniebant. Sic Matth. 27, 36. εἶπε μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι, coll. Matth. 17, 23. Marc. 9, 31. Luc. 9, 22. vbi est τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, vid. not. ad Marc. 8, 31. ἐν τῷ ἱερῷ) templi partes erant, Sanctum, in quod non nisi sacerdotibus ingredi licebat, et Sanctum Sanctorum, quod semel quotannis pontifici patebat, neque cuiquam in templo ipso sedere licebat. Itaque per se intelligitur,

ἱερὸν non ipfum templum fignificare poffe, (vid. de discrimine vocc. *ἱερὸν* et *ναὸς* not. ad Matth. 21, 12.) fed potius intelligendum effe atrium feu conclaue templi f. fynagogam quandam in conclaui quodam templi vid. *Lightfootus* Hor. Hebrr. et Talmudd. *Schoettgenius* Hor. Hebrr. ad h. l. et *Deylingius* Obff. S. P. 3. p. 222. *καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων κ. τ. λ.*] *fedentem inter doctores, eosque audientem et interrogantem: ἐν μέσῳ* i. e. fimpliciter *inter*, nam *μέσον*, vt Lat. *medium*, faepius redundat, et Hebraicum בתוך ponitur pro ב. v. Luc. 8, 7. coll. Matth. 13, 7. et *Vorftius* de Hebraifm. p. 369 fq. Ex his ipfis autem verbis plures collegerunt, Iefum egiffe tunc temporis perfonam doctoris, non difcipuli. vid. Wolfius in Curis ad h. l. *Deylingius* l. c. Ante Gamalielis enim tempora, difcipulos *ftantes* audire folitos effe doctores fuos, v. *Lightfootus* ad h. l. de Iefu vero h. l. tradi, eum *fediffe*, nec tantum fcribi eum *fediffe*, fed *fediffe inter doctores*, eorumque fubfellia occupaffe. Doctores nimirum illos cum e quaeftionibus et refponfionibus Iefu intellexiffent, eum fapientia plus quam humana effe praeditum, recepiffe eum in medium fui, quo propius conferre cum ipfo et diligentius animaduertere, atque admirari poffent fapientiam illius in quaerendo et refpondendo paene admirabilem. Contra tamen monuit *Vitringa* de Synagoga Vet. 1, 1. p. 167. nullum poffe exemplum idoneum difcipulorum coram magiftris ftantium e N. T. afferri; omninoque falfam effe Rabbinorum traditionem, quod poft Gamalielis demum obitum, *fedentes* difcipuli didicerint legem, pluribus oftendit *Basnagius* Annal. ad an. Dom. §. 10. p. 206. vid. et *Wolfius* atque *Koecherus* ad h. l. Neque nimis vrgenda funt, vt iam fupra notauimus, verba *ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων*, his enim non nifi hoc indicatur, Iefum inter illos, in illorum confeffu, in fynagoga locum fuum occupaffe. Neque verba *ἐπερωτῶντα αὐτοὺς* docent, Iefum doctoris perfonam egiffe; nam Iudaeorum magiftri, difcipulos fuos ita

instituebant, vt eos interrogarent, et ab iis vicissim interrogarentur. vid. *Lightfootus* et *Wetstenius* ad h. l.

47. 48. Cum vero e pueri tam quaestionibus, quam responsionibus, singularis ingenii bonitas et felicitas eluceret, omnes auditores *ἐξίσαντο*, et ipsi parentes *ἐξεπλάγησαν* v. 48. nam ad *ἰδόντες αὐτὸν* subintelligi debet *οἱ γονεῖς αὐτοῦ*· parentes cum puerulum in consessu doctorum viderent, obstupuerunt. Caet. *ἐξίσαντο* et *ἐξεπλάγησαν* sunt synonyma; de verbo *ἐξίστημι* cf. notata ad Matth. 12, 23. Hesychius: *ἐξέστην, ἐθαύμασα, ἐξεπλάγην*. Ps. 48, 6. verbum תמה οἱ ὁ expresserunt *ἐθαύμασαν*, Symmachus vero *ἐξεπλάγησαν*. *ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ*] *Wolfius* in Curis ad h. l. haec per Hendiadyn dicta esse censet, et explicat: *ἐπὶ ταῖς συνεταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ*, *super prudentibus responsis eius*. Male tamen, vt opinor. Etenim non est tantummodo sermo de Iesu *συνέσει*, quae ex responsionibus ipsius, sed de ea quoque, quae ex eiusdem interrogationibus (*καὶ ἐπερωτῶντα αὐτοὺς* v. 46.) apparebat. Itaque *σύνεσις* est omnino *intelligentia*, *prudentia*, בִּינָה, Deut. 4, 6. Prou. 9, 10. quo sensu legitur etiam apud Philon. de opif. mund. p. 35. *τὴν ἀδιάφθορον σύνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν ᾗ γνωρίζεται τὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ*, *incorruptam intelligentiam sagacitatemque, qua honesta et turpia agnoscuntur*. *ἀποκρίσεις* *rectae et accuratae responsiones*. — 48. *τέκνον τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως*; *fili, cur ita nobiscum egisti?* quare nobis hunc moerorem, hanc sollicitudinem procreasti? *τί* positum est pro *διατί*, לָמָה, *quare*. *ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε*] *ego et parens tuus te sollicito animo quaesiuimus*, vbicunque locorum. Verbum *ὀδυνᾶσθαι* est de parturientis doloribus proprium, vt *ὀδύνη* in versione Alexandrina Gen. 35, 18. Ier. 22, 23. deinde vero omnino notat, *graui dolore affici, maximopere anxium et sollicitum esse*, Aeschin. Socr. 3, 7. Aristoph. Plut. 722. Ran. 650. Act. 20,

38. et ὀδύνη de *graui dolore quouis* adhibetur. v. Xen. Mem. 1, 3. 12. Aeſchin. Socr. 3, 5. Heſychius: ὀδυνᾷ, λυπεῖ, κατωπονεῖ.

49 ſq. *Reſpondit Ieſus, quare me quaeſiuiſtis*, tanta cura, tanto labore, vbique locorum? *num ignorabatis me oportere eſſe in domo patris mei?* hic me quaerere debebatis. τί ὅτι explicandum eſt per τί ἐςὶ vel τί γέγονεν ὅτι, vt Ioh. 14, 22. ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου] Iuuencus Hiſt. Euang. 1, 300 ſq. *An nondum ſentis genetrix, quod iure paternis ſedibus et domibus natum inhabitare neceſſe eſt?* Nempe debet ſubintelligi, vt vel contextus flagitat, οἰκήμασι vel τόποις, et ſenſus formulae eſt, *verſari in domo paterna*. Ita iam Syrus interpres, Origenes, Euthymius, et Theophylactus haec verba intellexerunt, qui poſterior interpretatus eſt ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, et Ieſus ipſe Ioh. 2, 16. templum vocauit τὸ οἶκον τοῦ πατρός. Neque inſolens eſt haec loquendi ratio aliis ſcriptoribus. Sir. 42, 10. ἐν τοῖς πατρικοῖς αὐτοῦ, *in domo patris ſui*. Gen. 41, 51. Hebraica verba ואת כל בית אבי *et omnem domum patris mei*, οἱ ό vertunt: καὶ πάντων τῶν τοῦ πατρός μου. Hom. Il. ω, 309. δός μ' ἐς Ἀχιλλῆος — ἐλθεῖν. Theocrit. 2, 76. ἤδη δ' εὖσα μέσον κατ' ἀμαξιτὸν, οὗ τὰ Λύκωνος· ſchol. ὅπου εἰσὶ τὰ οἰκήματα τοῦ Λύκωνος. Terent. Adelph. 4, 2. 43. *vbi ad Dianae veneris, ito ad dextram*. Cic. epp. ap Diu. 14, 8. *haec autem regio, in qua ego ſum, noſtrorum eſt cum oppidorum, tum praediorum, vt et multum eſſe mecum, et cum abieris, commode et* in noſtris *eſſe poſſitis*. cf. *Krebſius* ad h. l. Alii tamen interpretes, quos nominatim induxerunt *Wolfius* et *Koecherus*, quosque ſecuti ſunt *Loesnerus*, *Boltenius*, alii, ſubintelligunt πράγμασι vel προςτάγμασι, *num ignoratis, quod mihi peragenda ſint patris mei negotia?* Concedo quidem lubenter hanc quoque interpretationem leges linguae ferre, quamquam non adeo frequenter haec elliptica formula occurrit, attamen contextus ei noſtro loco minime fauet. Nam Maria

dixerat, quare hoc fecisti? nos te vbique locorum quaesivimus? Ergo non de negotio aliquo, sed de loco verba facit. Iesus autem, qui nominauit templum οἴκημα τοῦ πατρὸς. partim hac voce respexit verba Mariae ὁ πατήρ σου κἀγὼ, partim eam attentam reddere voluit ad suam cum Deo coniunctionem, in memoriam ei reuocare singularia prouidentiae diuinae documenta, quibus ipsum a primâ inde infantia Deus exornasset, et ei ita sollicitudinis vanitatem ostendere. Adiicit scriptor, parentes hoc ipsius dictum non plane intellexisse.

51. 52. κατέβη μετ᾽ αὐτῶν, *rediit vna cum parentibus suis.* vid. ad v. 42. ἦν ὑποτασσόμενος, *debita officia iis praestitit.* ὑποτάσσεσθαι non tantum ponitur de iis, qui vi sub imperium ditionemque redacti sunt, de subditis et seruis, sed etiam de iis, qui sponte se dediderunt, de vxoribus Eph. 5, 22. et liberis 1 Cor. 15, 28. Hebr. 12, 9. Ier. 34, 16. v. *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς] *haec omnia mente recondita tenebat.* Nempe Hebraei verba שמר et נצר vel simpliciter, vel addito בלבו ita ponunt, vt significent, *animo aliquid figere, conditum aliquid mente tenere,* Gen. 37, 11. Dan. 7, 28. atque adeo formula διατηρεῖν πάντα ἐν τῇ καρδίᾳ respondet formulae ἐν θυμῷ πάντα φυλάσσεσθαι, quae legitur apud Hesiod. Ἔργ. 27. πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα non explicandum, *haec omnia verba, hos sermones,* haud dubie enim si haec Euangelistae mens fuisset, scripsisset: τὸ ῥῆμα τοῦτο, vt v. 50. sed potius, *hanc rem omnem.* vid. ad 1, 37. — 52. Verbum προκόπτειν proprie notat: *praesecare, praecidere,* et adhibetur vel de iis, qui dumeta atque virgulta praescindunt, quo reddatur iter commodum et peruium, vel qui ramos et surculos inutiles amputant, quo laetiores fructus arbores ferant. Deinde vero per metaphoram est *progressus facere, incrementa capere,* vt h. l. v. *Wetstenius, Kypkius, Krebsius,* et *Loesnerus* ad h. l. *Graeuius* ad Lucian. T. 2. p. 746. interpp.

ad Thom. Mag. p. 741. et Obff. noftr. ex libris apocryph. ad 1 Tim. 4, 15. σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ] *fapientia et aetate*, vt aetate profecit, ita etiam fapientia progreffus eft. ἡλικία eft *aetas*, vt Ioh. 12, 21. Hebr. 11, 11 Eph. 4, 13. v. *Fifcheri* Ind. fub h. v. et nos ad Matth. 6, 27. Alii per ἡλικίαν intelligunt *ftaturam*, vt Luc. 19, 3. καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, *vt et Deo et hominibus vehementer probaretur.* cf. 1 Sam. 2, 25. vbi de Samuele puero eadem leguntur

---

CAPVT III.

1. Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος] *Anno autem imperii decimo quinto Tiberii Caefaris.* Tiberius tertius, fi feriem imperatorum a Iulio Caefare exordiamur, erat Romanorum imperator, Augufti priuignus, ex Liuia natus. v. Sueton. V. Tib. Iofeph. Ant. 18, 2. 2. Commemoratur h. l. annus XV. τῆς ἡγεμονίας Tiberii, et cum Lucas e fententia plurium interpretum hunc annum cum anno Chrifti tricefimo v. 23. coniunxerit, exinde eruere ftuduerunt, annum Chrifti natalem non minus quam annum aetatis Chrifti, in quem baptifmus ipfius inciderit. Verum enimuero varius eft annorum Caefareorum, inprimis Augufti et Tiberii, vt deinceps videbimus, numerandorum modus; praeterea non attulit Lucas, quot annos habuerit Iohannes, anno Tiberii decimo quinto, imo voluit tantum, hoc anno Tiberii memorato, lectoribus fuis definire muneris a Iohanne fuscepti initia, vt fcienter ad h. l. monuit *Paulus;* nec definiit Lucas, quo tempore, poft coeptum Iohannis munus publicum, ad eum venerit Iefus, vt baptizaretur, (attamen

jam dudum Iohannem doctoris publici partes agere coepiſſe, cum Ieſus ad eum veniret, exinde patet, quoniam v. 21. coll. Matth. 3, 5. legitur, iam tum Iohannis famam omnibus Iudaeae partibus innotuiſſe); nec accurate Lucas annum aetatis Chriſti conſtituit, ſed indefinite v. 23. ſcripſit, *ὡςει ἐτῶν τριάκοντα*. Itaque loci noſtri ope annus Chriſti natalis accurate definiri nequit. Omnino libri Euangeliſtarum non ſuppeditant argumenta ſatis euidentia, quibus annus natiuitatis Chriſti certo conſtitui poſſit, v. *Ammonii* Opuſcc. theol. p. 38. neque teſtimonia extant eorum, quorum auctoritas tantum valeret, vt nil dubitationis relictum eſſe, affirmare poſſimus. Ipſi ſcriptores eccleſiaſtici antiquiores non conſenſerunt in conſtituendo anno natiuitatis Chriſti. Irenaeus adu. Haereſ. 3, 25. anno imperii Auguſti XLI. Chriſtum natum eſſe ſtatuit; Epiphanius Haereſ. 51. n. 22. a. imp. Aug. XLII. Tertullian. adu. Iudaeos c. 8. a. imp. Aug. XLIII. Ex hactenus dictis facile intelligetur, qui factum ſit, vt viri docti tot diuerſas ſententias de anno Chriſti natali amplecterentur. *Harduinus* Chriſtum natum eſſe contendit A. V. 747. *Anton Capellus, Keplerus, Anton. Pagius*, A. V. 748. *Petauius, Vſſerius, Bengelius* A. V. 749. *Schroeckhius* A. V. 750. ſiue imp. Aug. 41. *Baronius, Scaliger, Caluiſius* A. V. 751. Aerae vulgaris auctor, *Dionyſius Exiguus*, Abbas Romanus, qui Sec. VI. vixit, et primus numerare annos a natiuitate Chriſti docuit, Chriſtum A. V. 753. natum eſſe iudicauit. Sed aeram Dionyſianam non ſatis accuratam eſſe, affatim oſtenderunt chronologi recentiores, disſenſerunt tamen in eo, quot anni computationi Dionyſianae adiiciendi ſint; alii tres, plerique ad minimum quatuor, alii plures annos addendos eſſe ſtatuerunt. Nos quidem, quod has quaeſtiones chronologicas attinet, cum ſummis in hac parte doctrinae viris modeſte confitemur, nobis non liquere. *Caſaubonus* Exerc. p. 87. *prouerbium Rabbinorum in nonnullis neceſſario vſurpandum, et exſpectandus Elias, qui duros atque hodie inextricabiles Scripturae nodos ſoluat.* *Hoc melius,*

quam de omnibus temere pronuntiare, quod illis solenne est, qui aliquid fateri se ignorare turpe dicunt: etiam in iis rebus, ad quarum indagationem, praeter nudas coniecturas, humana industria nihil hodie potest afferre. Conf. omnino quos laudarunt *Wolfius* in Curis ad h. l. *Fabricius* in Bibliographia antiquar. p. 342. *Moshemius* Comment. de rebus Christian. ante Constantin. M. p. 62. add. *Hambergeri* Diss. de epochae christ. quae aera Dionysiana audit, ortu et auctore. Ien. 1704. 4. *Magnani* libell. Problema de anno Natiu. Chr. defendens Christum natum esse anno VIII. ante aeram vulgarem. Rom. 1772. 8. (coll. *Ernestii Neuest. theol. Biblioth.* B. 3. p. 623.) eandem sententiam propugnavit *Horixius* in Obss. hist. chronologicis de anno Christi. Mogunt. 1789. 8. *Vhlandi* Diss. hist. chronol. Christum anno ante aer. vulg. IV. exeunte natum esse. Tubing. 1775. *Wernsdorfii* Exerc. in nouissimam litem de nati Christi anno, Viteberg. 1776. 4. *Koerneri* Progr. de die natali Seruatoris. Lips. 1778. 4. Eiusd. Progr. quot Paschata Christus post baptismum celebrauerit. Lips. 1779. 4. *Maknightii* Comment. Harmonicus in IV. Euangelia T. 1. p. 115 sqq. *Schroeckhii Christl. Kirchengesch.* Theil. 1. pag. 401 sqq. Theil 16. p. 176 sqq. *Pauli Kommentar* ad Matth. 2, 15. 27, 45. *Gableri Journal für auserles. theol. Literat.* B. 1. p. 244 sqq. et *Eichhornii Einleit. in d. N. T.* Th. 1. p. 642 sqq. Reuertimur iam eo, vnde declinauimus. Vulgari de more, anni XV. τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου numerantur a morte Augusti, mortuus autem est Augustus, auctore Suetonio V. Aug. c. 100. mense Augusto, A. V. 767. qui hanc computationem sequuntur, dissentiunt tamen in eo, vtrum totus iste annus 767. primus τῆς ἡγεμονίας Tiberii numerari debeat; licet non ante XXVIII. m. Augusti reuera inceperit; an habendus sit A. V. 768. Tiberii primus. Alii, vt *Herwartus* in noua et vera Chronolog. c. 248. *Vsserius* Annal. a. m. 4015. *Vossius* Chron. S. c. 7. *Pagius* diss. de Periodo Graeco-Romana pag. XIII. apparatu Chronol. ad ann. Baron. pag. 39. *Clericus* in Diss. 1. Harmoniae

eius fubiuncta, *de annis vitae Chrifti* p. 7. alii, principatus Tiberii initium ab eo tempore, quo collega imperii factus eft, repetunt. Tacit. Annal. 1, 3. *Drufoque pridem extincto, Nero folus e priuignis erat: illuc cuncta vergere: filius, collega imperii, confors tribuniciae poteftatis affumitur, omnesque per exercitus oftentatur.* Sueton. V. Tib. 20. 21. *A Germania in vrbem poft biennium regreffus* (Tiberius Nero) *triumphum, quem diftulerat, egit — Dedicauit et Concordiae aedem — Ac non multo poft, lege per confules lata, vt prouincias cum Augufto communiter adminiftraret* etc. Velleius Paterc. 2, 121. *et fenatus populusque Romanus, poftulante patre eius, vt aequum ei ius in omnibus prouinciis exercitibusque effet — decreto complexus effet — Vrbem reuerfus — dilatum — egit triumphum.* Disfentiunt ergo Suetonius atque Velleius Paterculus, in definiendo imperii proconfularis Tiberii, et cum Augufto gefti, principio, ad minimum anni fpatio. Velleio enim auctore, qui tradit Tiberium imperii collegam renuntiatum effe, priusquam triumphum acturus, e Germania reuerteretur, triennium inde a renuntiatione illa ad mortem Augufti effluxit. Contra Suetonio auctore, qui refert Tiberium, poft habitum triumphum, (quem eum habuiffe conftat A. V. 765.) ab Augufto in focietatem imperii effe receptum; per duos annos imperii collega fuit, mortuus enim eft Auguftus A. V. 767. Iam qui contendunt Lucam hoc loco refpexiffe illud tempus, quo Tiberius in imperii conforitum effet affumtus, ad fententiam fuam ftabiliendam, his potiffimum argumentis vtuntur. Lucas ad defignandum Tiberii principatum non adhibuit vocabulum μοναρχία aut βασιλεία, (Commodus ap. Herod ὁ i. 1, 5. ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα, *imperatorem*, v. et *Segaarius* ad h. l.) fed nomen ἡγεμονία, quod de quouis imperio, de quauis dignitate ac poteftate vfurpari folet, vid. not. ad Matth. 10, 18. et de ipfo Pilato vfus eft verbo ἡγεμονεύειν. Nulla idonea proferri poteft ratio, cur non licuerit Lucae initium principatus imperii ab eo tempore

deriuare, quo factus eſſet Auguſti collega, cum inprimis in prouinciis, qualis Iudaea fuit, pari dignitate haberetur atque Auguſtus. Non improbabile eſt, Lucam ſecutum eſſe morem Scripturae. In hiſtoria enim Regum, et in Ieremia, anni Nabuchodonoſoris, regis Babyloniae, ab eo tempore numerantur, quo pater filium in ſocietatem imperii recepit. *Paulus* contra, qui vulgarem computandi morem ſequitur, ad Matth. 27, 45. inter alia monuit, vocabulum ἡγεμονία, *principatus*, etiam de Romanorum imperatoribus vſitatum fuiſſe, et Tiberium a Suetonio c. 42. atque Plinio 14, 22. ante et poſt Auguſti mortem vocatum eſſe *principem*; ipſum quoque Auguſtum, *principem* dictum eſſe a Tacito Ann. 1, 4. obſeruat praeterea non poſſe proferri ſcriptoris Romani locum, vbi repetitum ſit initium principatus Tiberii ab eo tempore, quo conſors imperii factus eſſet. ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας] *Pontio Pilato procuratore Iudaeae.* Qua ratione de Pilato, qui proprie fuerit ἐπίτροπος, (vnde et h. l. in codd. nonnullis et gloſſemate, legitur ἐπιτροπεύοντος) adhiberi potuerit verbum ἡγεμονεύειν, pluribus a nobis oſtenſum eſt ad Matth. 10, 18. vid. et *Kypkius*, *Krebſius*, *Loesnerus* et *Segaarius* ad h. l. Mittebantur ad Iudaeam gubernandam, poſtquam in formam prouinciae Romanae erat redacta, (v. ad Matth. 2, 22.) procuratores. Primus horum procuratorum erat *Coponius*, ſecundus *Marcus Ambiuius*, tertius *Annius Rufus*, quartus *Valerius Gratus*, quintus qui h. l. nominatur *Pontius Pilatus*. v. *Wetſtenius* ad h. l. καὶ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας κ. τ. λ.] *Herode Galilaeae, Philippo vero, huius fratre, Ituraeae ac Trachonitidis tetrarcha, et Lyſania Abilenes tetrarcha.* Ἡρώδου intelligitur Herodes Antipas, v. ad Matth. 14, 1. (vbi etiam dictum eſt de vocabulo τετράρχης) cuius frater erat Philippus. v. Matth. 2, 22. Cum *Lyſaniae* illo tempore Abilenes, paruae, Syriae, inter Antilibanum et Damaſcum regionis, (a principe eius vrbe, Abela, nomen nactae) reguli, ſiue tetrarchae, nulla a Ioſepho,

aliisque hiftoriarum fcriptoribus, mentio facta fit: nonnullis, vt *Valefio* ad Eufeb. H. E. 1, 10. p. 16. *Michaeli*, *Paulo* (in edit. pr. Comment.), aliis, fufpecta vifa eft lectio τετραρχοῦντος, eaque deleta, verba καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς referenda putarunt ad ea quae praeceflerunt, ita, vt Philippus tetrarcha, etiam dictus fit tetrarcha Abilenes; verba autem Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς explicanda effe monuerunt, *Abilenes cui olim Lyfanias praefuerat*. Verum codices obftant, et fcribendum etiam fuiffet καὶ τῆς Ἀβιληνῆς Λυσανίου vel καὶ τῆς Λυσανίου Ἀβιληνῆς. *Paulus* in edit. Commentarii fui fecunda, τῆς ante Ἀβιληνῆς delendum, et τετραρχοῦντος, vltimo loco pofitum, ad Φιλίππου referendum effe cenfet. Lyfaniam h. l. memoratum, ex Herodis familia fuiffe falfo putauit Eufebius H. E. 1, 9. huius enim nominis inter Herodis pofteros nullum veftigium deprehenditur apud Iofephum, qui tamen Herodiadum gentem fatis accurate defcripfit. Meminit Iofephus Ant. 14, 13. 3. Lyfaniae cuiusdam, quem patri, Ptolomaeo Mennaei filio, Ituraeae regulo fucceffiffe dicit. Neque tamen de hoc Lyfania per temporum rationem hoc loco fermo effe poteft; cum hic Lyfanias triginta circiter annis ante Chriftum natum, ab Antonio, iuffu Cleopatrae, Aegypti reginae, vt idem Iofephus Ant. 15, 4. 1. refert, interfectus fit. Sublato hoc Lyfania, eius tetrarchia varios dominos habuit. Primum imperium in eam obtinuit Cleopatra, cum haec interiiffet, Auguftus hanc regionem, certi pretii impofita penfione, locauit Zenodoro cuidam, Iofeph. B. I. 1, 20. 4. poftea Zenodori, qui et aliis regionibus praefuerat v. Iofeph. Ant. 15, 10. 1 fqq. 16, 9. 1. B. I. 1, 20. 4. ditionem omnem, atque adeo Lyfaniae quoque regionem, Auguftum Herodi Magno donaffe, interpretes nonnulli contendunt. Sed vt docte demonftrauit *Flattus* Symbolar. ad illuftranda quaedam Euangelior. loca P. 1. p. 21. P. 3. p. 23 ff. Auguftum, omnem omnino cui Zenodorus praefuerat ditionem, atque adeo etiam Abilenen Herodi tribuiffe, e Iofepho probari ne

quit. Ipſe enim Ioſephus Ant. 15, 10. 1 ſq. omnes regiones Zenodoro ſubiectas et ab Augusto Herodi conceſſas, enumerauit, Abilenen autem Lyſaniae non commemorauit. Herode mortuo, partem ditionis Zenodori Philippo Herodis filio Auguſtus attribuit, regiones ei datas Ioſephus B. I. 2, 6. 3. Ant. 17, 11. 4. nominauit, ſed Abilenes Lyſaniae nullam mentionem fecit. Itaque Lucas Philippum, Abilenes Lyſaniae tetrarcham, dicere non potuit. Iam cum temporum rationes non permittant, vt de Lyſania illo Ptolomaei filio cogitemus, alius Lyſanias, ex illius Lyſaniae forſitan familia, intelligendus eſt, cui data erat a Romanis poſt Zenodori mortem (vtrum nullo an aliquo tempore interiecto, non conſtat) antiquioris illius Lyſaniae tetrarchia. De Lyſania iuniore a Luca memorato, Ioſephus quidem nullibi claris verbis et diſerte locutus eſt, (nam cum Λυσανίου βασιλείαν ſ. τετραρχίαν ſ. οἶκον commemorat, celebriorem illum et antiquiorem intelligit, a quo regio iſta nomen habuit et ſequentibus quoque temporibus retinuit v. *Flattus* l. l. P. 1. p. 30. P. 3. p. 29.), ſed vt appoſite monuit *Flattus* P. 1. p. 29. „saepiſſime alia quoque facta hiſtorica, vnius tantum ſcriptoris auctoritate pro certis habentur, et iure habentur, ſi nec ſcriptoris fides vniuerſe ſit ſuſpecta, nec facta ipſa per interiores rationes reddantur dubia, quorum neutrum in hac cauſſa locum habet. Neque mirum videri poteſt Ioſephi de hoc, quem Lucae auctoritate ſumimus, Lyſania ſilentium. Etenim nullus afferri poteſt locus, in quo per contextum, et librorum ſuorum conſilium *neceſſe* fuiſſet Ioſepho, rerum Iudaicarum, et quae cum his erant coniunctae, non Abilenes hiſtoriam narraturo, diſerte ſignificare hunc minorem Lyſaniam.“ cf. et *Krebſius* ad h. l. atque *Deylingius* Obſſ. Sacr. P. 2. p. 255 ſq.

2. 3. ἐπ᾽ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα] *pontificibus ſummis Hanano et Caiapha*: ἐπὶ *ſub, tempore*, vid. Marc. 2, 26. ἀρχιερέων verior lectio videtur, altera illa ἀρχιε-

ρίως, quae multis in codd. extat, correctionem redolet, profectam ab iis, quos offenderent duo ἀρχιερεῖς vno eodemque tempore, hoc loco, quo voluerit Lucas definire muneris a Iohanne fuscepti initia, memorati, cum ex inftitutis Iudaeorum vnus tantum eodem tempore pontificis fummi munere fungeretur. Diuerfae autem funt interpretum fententiae, qua ratione duo illi ἀρχιερεῖς h. l. dicti fint. cf. *Wolfius* et *Koecherus* ad h. l. Sunt, qui ftatuant, Hananum et Caiapham, alternis, fummo facerdotio, eo tempore effe functos. Sed huic fententiae aperte repugnat Iofephus, qui Ant. 18, 2. 2. tradit, Valerium Gratum a Tiberio, poft Annium Rufum, in Iudaeam miffum, vt ibi procuratoris partes ageret, pontificatum vel quater mutaffe, et primo quidem hac dignitate exuiffe *Hananum*, eamque transtuliffe in *Ifmaelem*, et hoc paulo poft remoto, fuffeciffe *Eleazarem*, Hanani pontificis fummi filium, fed anno elapfo, et hunc decedere iuffiffe ab illa dignitate, eamque contuliffe *Simoni*, quo, poft annum elapfum etiam remoto, facerdotem fummum conftituiffe *Iofephum*, cui cognomen Caiaphas. Retinuiffe autem Caiapham hanc dignitatem vsque ad Vitellii in Syriam aduentum, idem Iofephus docet Ant. 18, 4. 3. Fallunt ergo, qui Hananum et Caiapham in pontificatu vices permutaffe exiftimant. Alii putant, Caiapham dictum effe pontificem maximum, quod illo tempore hoc munere vere fungeretur, Hananum vero, quod olim hoc munere functus effet. Sed fic non apparet, cur ex illis qui ante Caiapham pontifices fuerunt, Hananus diferte nominatus fit, cur hunc virum pontificium Caiaphae praepofuerit Lucas, nec alium quempiam nominauerit, v. c. Ifmaelem aut Eleazarem, aut Simonem, qui omnes propius ad Caiaphae accederent tempora, quam Hananus. Rurfus alii opinati funt, vocabulum ἀρχιερεῖς h. l. non munus facerdotale, fed ciuile fignificare. Nempe Hananum fuiffe principem Synedrii, qui נָשִׂיא vocabatur, Caiapham autem proximum ab illo obtinuiffe locum, ei competentem, qui olim אַב בֵּית דִּין *pater domus iudicii* di-

cebatur. Sed praefidem Synedrii dictum fuiffe ἀρχιερέα, atque ciuile officium fignificaffe hoc nomen, idoneis argumentis demonftrari nequit; et ex ipfa hiftoria temporum illorum patet, Caiapham et fummum fuiffe pontificem, et praefediffe fynedrio. v. et Matth. 26, 57. 59. *Lightfootus* de minifter. templi Hierofol. c. 5. fect. 1. p. 688. Opp. T. 1. Longe igitur probabilior eft eorum fententia, qui contendunt, *Caiapham* tunc temporis pontificem maximum, *Hananum* vero, ipfius fuiffe vicarium, ab Hebraeis סגן dictum. vid. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. *Cafaubonus* exercitt. Anti-Baron. 13. fect. 3. *Scaliger* de Emendat. tempor. in Prolegg. *Krebfius* ad h. l. et Act. 4, 6. Neque dici poteft indignum fuiffe Hanano, qui olim ipfe fummo functus effet facerdotio, poftea pontificis egiffe vicarium. Maxima enim auctoritate et dignitate floruiffe hunc fummi pontificis vicarium, vel exinde patet, quoniam ei, vrgente neceffitate, ipfum Sanctum Sanctorum ingredi licebat. v. *Lightfootus* ad h. l. et *Camp. Vitringa* Obff. S. T. 2. Lib. 6. c. 23. p. 489 fs. Neque infolens videri poteft, pontificis fummi vicarium dictum effe et ipfum, ἀρχιερέα. Nam cum ii, qui fummo facerdotio functi, illa vero dignitate priuati effent, dicerentur, vt conftat, ἀρχιερεῖς, profecto eodem, imo maiori iure, Hananus, vir et ipfe pontificius, et fummi facerdotis vicarius, dici poterat ἀρχιερεύς. Quid multa? de vicario pontificis maximi, hoc nomine vfus eft Iofephus Ant. 17, 6. 4. Neque vrgendum effe videtur, quod Lucas Hananum praepofuerit Caiaphae. Eum parum curaffe arbitror ordinem in hisce nominibus collocandis, imo fatis ei fuiffe, nominaffe illos, penes quos in facris tunc temporis fumma effet poteftas. Qui nihilominus tamen cauffam, cur id factum fit, fcire cupiat, ei cum *Krebfio* ad Act. 4, 6. refpondeo: factum eft haud dubie, quia Hananus Caiaphae focer erat, quia fumma dignitate et auctoritate apud populum valebat, et filios fuos ad idem ampliffimum honorificumque munus euexerat. ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ

Ἰωάννην — ἐν τῇ ἐρήμῳ] *Deus mandata dedit Iohanni in deserto commoranti:* ἐν τῇ ἐρήμῳ. vid. 1, 80. Matth. 3, 1. Quaenam fuerint mandata illa, ex euentu intelligitur, vt nimirum praecurforis Chrifti partes ageret, populum ad vitae animique emendationem excitaret, et baptizaret. Formula autem ἐγένενο ῥῆμα Θ. ἐπὶ Ἰω. tota Hebraica eft, refpondet Hebraic. הָיָה דְבַר־יְהוָה אֵלָיו Ier. 1, 2. vbi Alexandrini habent: τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ὁ ἐγένετο ἐπὶ κ. τ. λ. — 3. καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν — Ἰορδάνου] *veniebat igitur in regionem Iordani adiacentem.* vid. ad Matth. 3, 5. κηρύσσων βάπτισμα κ. τ. λ. vid. ad Matth. 3, 2. Marc. 1, 4.

4. 5. Laudatur locus Ief. 40, 3 fs. vid. Matth. 3, 3. Plenius hunc locum attulit Lucas, (qui in archetypo nonnifi v. tertium Ief. laudatum reperiffe videtur,) quam eum attulerunt Matth. l. c. et Marcus 1, 3. Secutus autem eft Lucas in excitandis memoriter hisce verbis verfionem feptuagintauiralem. 5. πᾶσα Φάραγξ πληρωθήσεται κ. τ. λ.] *omnes valles compleantur, montes et colles omnes deprimantur.* Quae hoc in verfu leguntur, faciunt ad exornationem imaginis v. 4. propofitae, cuius fenfum expreffimus ad Matth. 3, 3. Φάραγξ, Hebr. גַּיְא, *hiatus terrae*, it. *vallis*, vt h. l. Baruch. 5, 7. Ael. H. V. 13, 1. Schol. ad Ariftoph. Equit. 248. Φάραγξ δὲ, τὸ ἀπόσχισμα τῆς γῆς, ὃ τὸ παρεμπίπτον ὕδωρ πίνει. Suidas: Φάραγξ, ἡ κοιλότης τῆς γῆς. v. *Bielii* Thef. et *Schleusneri* Lex h. v. βουνὸς, *collis, cliuus*, Hebr. גִּבְעָה, quod Alexandrini expreſſerunt βουνὸς Ief. l. c. Exod. 17, 9. 10. Num. 23, 9. Deut. 33, 15. al. vt et Symmach. atque Theodotion Prou. 8, 25. Alienum eft hoc vocabulum a puritate Graeca, auctore Phrynicho p. 156. Graeci dixerunt λόφος. Reiicitur etiam ab Aelio Dionyfio ap. Phauorin. v. κολώνη, vt barbarum, et ab Euftathio, qui Libycum illud dicit ad Hom. Odyf. τ', p. 1854. 21. κεῖται δὲ καὶ ἐν Ἡροδότῳ βάρβαρος λέξις, ὁ βουνὸς, λιβυκὴ γάρ· qua in re fecutus eft Euftathius auctoritatem Herodoti 4, 199. qui Cyrenaeorum

vocabulum eſſe tradit; hinc vero nomen hoc facile transire potuiſſe in Aegyptum, atque adeo Alexandriam, recte obſeruauit *Sturzius* in diſſ. de dialecto Alexandrina p. 52. vid. et *Caſaubon.* ad Athen. p. 199. 52. *Valckenarius* ad Herodo. 4. 158. *Salmaſius* de Helleniſtica p. 111. Caeterum conferri poteſt cum verbis noſtris locus Strabonis 5. p. 360. A. *ἔςρωσαν δὲ καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδοὺς, προςθέντες ἐκκοπάς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων, per regiones itinera ſtrauerunt, colles exciderunt, et cauitates ingeſta materia complanarunt*, vbi vid. *Caſaubonus.* *καὶ ἔςαι τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι, εἰς ὁδοὺς λείας*] *obliqua in recta, et aſperae viae redigantur in planas.* Poſt *τραχεῖαι* ſubaudiendum eſt *ὁδοὶ*, vt *ὁδὸν* poſt *εὐθεῖαν*. Opponuntur ſibi inuicem *τραχεῖαι ὁδοὶ* et *λεῖαι*, vt ap. Latinos *aſper* et *laeuis*, *arduus* et *planus.* v. *Boſius* Exercitt. Philoll. p. 19. *τὴν τραχεῖαν κακίας ὁδὸν, aſperam viam vitiorum* dixit Philo 3 vit. Moſis p. 674. A. v. *Loesnerus* ad h. l. *λείας* Heſych. *ὁμαλὰς, εὐθείας.*

6. *καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*] *omnes enim videbunt ſeruatorem*, Meſſiam, *a Deo miſſum:* ita enim h. l. explicanda ſunt verba Ieſaiae, quae Lucas accommodauit. vid. ad 2, 30. Alii ea interpretantur: *omnes experientur* (ראה) *frui, experiri* Eccleſ. 9, 9. al. vt *ὄπτεσθαι* Ioh. 3, 36.) *ſalutem a Deo paratam*; quo ſenſu verbum *ὄπτεσθαι* vſurpatum legitur in verſione Alex. Ieſ. l. c. verba Hebraica ibi ſunt: וְנִגְלָה כְּבוֹד יְהוָה LXX. *καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα κυρίου*, (haec verba Lucas locum memoriter laudans, omiſit) וְרָאוּ כָל־בָּשָׂר יַחְדָּו כִּי פִּי, *et videbit omnis populus haec dicta eſſe a Ioua*, LXX. habent: *καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι κύριος ἐλάλησε·* videntur ergo legiſſe ישער pro יחדו. Ingenioſa eſt et perquam probabilis coniectura *Michaelis*, cui et adſtipulatur *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. in exemplari quo vſi eſſent Alexandrini, in vocabulo יחדו palluiſſe literas דו, cumque iis יחדו frigidum eſſe videretur, eos conieciſſe legendum eſſe ישער illudque reddidiſſe *τὸ σωτήριον.*

7 — 9. Vid. ad Matth. 3, 7 sqq. Vocabulo οἱ ὄχλοι neutiquam significatur *omnis populus*, qui ad Iohannem accesserat, vt eum docentem audiret, ab eoque baptizaretur, sed vt e Matth. l. c. apertissime patet, intelligendi sunt Pharisaei ac Sadducaei. Et satis constat, per τοὺς ὄχλους nonnumquam notari, *quosdam e turba, e populo*, vt Ioh. 7, 20. 12, 34 al. quo sensu etiam infra v. 10. flagitante orationis serie, hoc ipsum nomen capiendum est. Facile autem est intellectu, qui factum sit, vt in archetypo Lucae commemorarentur οἱ ὄχλοι, in Matthaei contra archetypo, Pharisaei et Sadducaei. Nempe audiuerant nonnulli remotius stantes, Iohannem quosdam allocutum esse verbis: γεννήματα ἐχιδνῶν κ. τ. λ. cum autem ignorarent eum haec dixisse Pharisaeis ac Sadducaeis, rem referentes aliis, dicebant: dixit Iohannes τοῖς ὄχλοις, quibusdam qui accesserant etc. Alii contra propius adstantes, viderunt Iohannem orationem suam conuertisse ad Pharisaeos et Sadducaeos. Ex diuersis igitur narrationibus haec discrepantia orta est. Quod caeteroquin sermones Iohannis cum Sadducaeis et Pharisaeis, cum portitoribus et militibus habitos, a Luca h. l. memoratos, a Matthaeo praetermissos attinet, extra omnem dubitationem positum est, Lucam tantummodo fragmenta illorum sermonum nobis exhibuisse, quae in archetypo notata reperisset. Quis enim credat, Iohannem hominibus illis nulla alia praecepta dedisse, nullas alias virtutes commendasse, nulla alia officia inculcasse, quam quae h. l. v. 11. 13. 14. commemorata reperiuntur? disertis vero etiam verbis v. 18. Euangelista declarauit, Iohannem alia multa cohortando populum instituisse. Neque mirandum est, fragmenta tantum h. l. exhibita esse. Illi enim Iohannis auditores, sermones baptistae non in literas referebant, sed ex iis ea tantum alta mente reposta tenebant, quae ipsorum animos cummaxime feriissent, et inprimis notatu digna visa essent.

11 — 13. ὁ ἔχων δύο χιτῶνας — ὁμοίως ποιείτω] *qui duas tunicas habet, alteram det egenti, qui cibis abundat, similiter faciat.* Χιτὼν *tunica*, v. Matth. 5, 40. et βρώματα, *cibi*, exempli loco commemorantur, et commendatur omnino his verbis liberalitas, vt adeo fenfus fit: aliorum inopiae pro viribus fuccurrite. Hanc eandem virtutem, beneficentiam, defiderabat etiam Iefus in Pharifaeis. v. Matth. 23, 23. 25. Ad vocem βρώματα fubintelligi debet περισσεύοντα, cum praeceflerit δύο χιτῶνας. — 12. 13. τελῶναι — μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε] *nolite plus a quoquam exigere, quam lege conftitutum eft:* τελῶναι vid. ad Matth. 5, 46. πράσσειν h. l. notat *exigere*, et refpondet in verfione Alexand. Hebraeorum verbo נגש Dan. 11, 20. eadem tamen ratione verbo πράσσειν vfi etiam funt fcriptores Graeci, optimae notae, exteri. Ita enim occurrit ap. Xen. Cyr. 2, 3. 5. vbi in cod. Altorf. e gloffemate legitur ἀπαιτεῖν. Med. ap. Ael. H. V. 14, 35. πράττεσθαι πολὺ, *multum pecuniae exigere.* ib. 8, 18. Φόρους πράττεσθαι. Aefchin. c. Ctefiph. p. 410. T. 2. dixit τέλη πεπραχότας Thucyd. 7, 107. ἀναπρᾶξαι χρήματα. add. Xen. Mem. 1, 2. 21. Ariftoph. Nubb. 244. vbi v. *Berglerus.* add. interpp. ad Callim. h. in Lau. Pallad. 91. Thomas Mag. πράττω· οὐ μόνον τὸ ποιῶ — ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπαιτῶ, ὃ καὶ εἰσπράττω λέγομεν. Suidas: πράττεσθαι, ἀπαιτεῖσθαι. conf. *Wetftenius, Elsnerus, Kypkius, Loesnerus, Palairetus* ad h. l. et quos laudauit *Wolfius* in Curis. Sic quoque Lat. *perficere* adhibitum legitur ap. Plaut. Afin. 1, 1. 90. *perficito argentum hodie, vt habeat filius.* διατεταγμένον *quod imperatum, legibus conftitutum eft.* Verbum τάσσειν fpeciatim vfurpari folere de pecunia, de vectigalibus, obferuauit ad h. l. *Segaarius.* vid. et *Duckerus* ad Thucyd. 3, 70. 4, 65. Diod. Sic. 11, 47. τάξαι Φόρον ταῖς πόλεσι πάσαις κατὰ δύναμιν· et paulo poft, ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν διάταξιν τῶν Φόρων.

14. στρατευόμενοι id. qd. στρατιῶται· conftat enim participia ab Hebraeis, Graecis et Latinis, loco fubftan-

tiuorum poni solere. Sic οἱ ἐφεστῶτες sunt, *magistri* ap. Xen. Mem. 3, 15. 19. τὸν φιλοῦντα i. τὸν ἐραστὴν Achill. Tat. 1, 9. ἡ τεκοῦσα *mater*, Eurip. Alc. 661. *mugientes* i. boues, Horat. Epod. 2, 13. v. Gregorius de Dialect. §. 71. ibique *Koenius* et *Glassii* Phil. S. p. 341 sq. Vtrum autem per milites illos, fama Iohannis allectos, eiusque sermonibus perculsos, intelligendi sint Iudaei, an gentiles, sed, vt ἑκατόνταρχος ille Matth. 8, 5. veri Dei cultores, qui per baptismum proselytorum (v. ad Matth. 3, 6.) ad sacra Iudaeorum admissi fuissent; vtrum milites Romani, an Herodis Antipae vel Philippi, vt alii volunt, definiri nequit. Neque tamen improbabile est eos fuisse Iudaeos, militesque Romanos. Iohannes enim baptizabat ἐν τῇ ἐρήμῳ, in deserto Iudaeae, Matth. 3, 1. Iudaea tunc temporis in prouinciae Romanae formam erat redacta; ex Iosepho certum est Iudaeos militasse aliis gentibus; et satis constat, Romanos etiam ex subactis populis milites conscribere solitos esse. μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε] *nolite quemquam spoliare vel defraudare.* Quod significationem verbo διασείειν subiiciendam attinet, in diversas partes interpretes abeunt. Ac plures quidem illud explicant: *incusso terrore alteri aliquid extorquere*, sed nullus idoneus locus scriptoris potest proferri, quo haec verbi notio comprobetur. v. *Krebsius*, *Raphelius* et *Loesnerus* ad h. l. Hinc *Krebsius* interpretatus est, *turbare, vexare*, siue id verbis, siue re ipsa fiat. Ita saltem legitur σείειν ap. Aeschin. Socr. 2, 16. Ioseph. Ant. 19, 1. 16. Philo 3 Alleg. pag. 1105. E. Arrian. Epict. 1, 6. Scilicet σείειν vt διασείειν proprie est *concutere*, *commouere*, vt Iob. 4, 14. vbi διασείειν respondet Hebr. הִפְחִיד, Ies. 10, 13. vbi verbo σείειν exprimitur Hebr. הוֹרִיד *descendere facere, deturbare.* add. Aelian. H. V. 2, 14. Hinc διασείειν legitur ita vt sit *spoliare*, vt 3 Macc. 7, 21. τὸ σύνολον ὑπὸ μηδενὸς διασεισθέντος τῶν ὑπαρχόντων, *nec omnino a quoquam bonis suis spoliato.* Haec vero ipsa notio, *spoliare, vi priuare alterum bonis*, huic loco apprime conuenire vi-

detur, cum ſequatur, ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν, et verbo διασείειν adiectum legatur συκοφαντεῖν h. e. *per fraudes alterum bonis priuare.* Scilicet συκοφάνται dicebantur proprie ii, qui in portis obſeruabant eos, qui ficus ex Attica exportare vellent; ficus enim ex Attica exportare vetitum erat; hinc συκοφαντεῖν proprie eſt, *ad iudicem deferre, indicare eos, qui ficus ex Attica in aliam regionem exportant, vel exportarunt.* vid. ſcholiaſt. ad Ariſtoph. Plut. 31. Athen. 3, 2. p. 74. Phauorinus v. συκοφάνται. Sed quia multi reperiebantur, qui lucri cauſſa inſontes indicarent et accuſarent, hinc συκοφάνται etiam dicebantur *criminatores, delatores, accuſatores falſi*, et συκοφαντεῖν *falſo aliquem accuſare, caluminari.* v. Lyſias Orat. 25. p. 207. *Tayl.* min. Ael. H. V. 2, 13. Ariſtoph. Auu. 1431. Heſychius: συκοφάντης· ψευδοκατήγορος. Suidas: συκοφαντεῖν τὸ ψευδῶς τινος κατηγορεῖν. Cum autem Athenis homines verſuti negotio illi praeficerentur, cum συκοφάνται variis fraudibus vterentur, quo in ipſos lucrum redundaret, hinc συκοφάντης ſignificat etiam *hominem verſutum*, et *fraudatorem*, atque συκοφαντεῖν *verſutum eſſe*, item *iniuſto modo ab aliis pecunias extorquere, malis artibus alterum bonis ſpoliare.* v. ſchol. ad Ariſtoph. l. c. *Bielii* Theſ. ſub h. v. et *Sturzii* Lex. Xenoph. v. συκοφάντης. In verſione Alexandrina συκοφαντεῖν reſpondet Hebr. עָשַׁק, *defraudauit*, Iob. 35, 9. Pſ. 119, 121. quod aliis in locis ab iisdem interpretibus exprimitur verbis ἀποστερέω, ἐκπιέζω, ἁρπάζω. Atque hoc ſenſu etiam h. verbum συκοφαντεῖν accipiendum eſt, vt infra 19, 8. καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν] *ſtipendiis veſtris contenti eſtote:* ὀψώνιον proprie idem eſt quod προσόψιον, προσφάγιον et antiquiſſimis Graecis ὄψον (vid. *Krebſius* ad Plutarch. de Aud. Poet. p. 101 ſq.) h. e. *omne quod ad panem comeditur.* Iam quoniam antiquiſſimis temporibus milites frumentum, carnes, fructus etc. ſtipendii loco accipere ſolebant, v. Caeſ. B. G. 1, 23. 1. *Stewechius* ad Veget. 2, 19. p. 201.: factum eſt, vt ὀψώνιον adhiberetur *de ſtipendio militari*, et

retineret etiam hunc significatum tum quoque, cum militibus darentur nummi. H. l. notat *stipendium militare*, vt et 1 Macc. 14, 32. καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὀψώνια, *et dedit iis stipendia.* 1 Macc. 3, 28. καὶ ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ εἰς τὸν ἐνιαυτὸν, *et dedit militibus suis stipendia in annum.* add. 3 Esdr. 4, 56. *Raphelius* Obss. Polybb. *Wetstenius* ad h. l. et *Sturzius* de dialecto Maced. et Alexandr. p. 187.

15. 16. Quanam occasione Iohannes ea dixerit, quae v. 16. 17. leguntur, accuratius exponitur Ioh. 1, 19 sqq. cf. not. ad Matth. 3, 11. ἀπεκρίνατο, cum h. l. nulla praecesserit interrogatio, redundat, vid. ad Matth. 11, 25. et verba ἀπεκρίνατο ἅπασι λέγων simpliciter exprimenda sunt: *allocutus est omnes*, vel, *palam professus est.* Verba προςδοκῶντος τοῦ λαοῦ nonnulli vertunt: *existimante, cogitante populo*, quo significatu προςδοκᾶν nonnunquam legi, ostendit *Elsnerus* ad h. l. cum vero statim sequatur καὶ διαλογιζομένων πάντων, *et omnes secum reputarent*, rectius illa verba exprimuntur: *cum populi animi essent suspensi*, nempe quorsum tandem res euasura esset, num forte Iohannes Messias esset? Verbum autem προςδοκᾶν, *exspectare*, haud raro ponitur ita, vt sit, *inter spem et metum fluctuare, incertum, dubium esse.* v. Act. 28, 6. 27, 33. Thom. Mag. et Suid. μήποτε id. qd. εἴποτε l. εἰ ἄρα *num forte.* v. *Elsnerus* p. 195. διαλογίζεσθαι, *cogitare, secum* (ἐν ταῖς καρδίαις αὐ.) *reputare.* v. Matth. 16, 7. ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω κ. τ. λ. conf. notata ad Matth. 3, 11 sqq.

19. Quae Lucas de Iohanne v. 19 sq. refert, ea post Christi baptismum euenerunt. v. Matth. 14, 2 sqq. Marc. 6, 14 sqq. Interpretes opinantur, Lucam haec duriora Iohannis fata interseruisse, vt paucis huius viri historiam absolueret. Sed Iohannis rursus mentio fit infra 7, 18 sqq. 9, 9. et si haec Lucae mens fuisset, haud dubie etiam Iohannis necem commemorasset. Itaque arbitror, Lucam ea quae h. l. commemorata leguntur, in margine arche-

typi adſcripta reperiſſe, eaque narrationi ſuae inſerenda putaſſe propterea, vt oſtenderet, quam intrepidus Iohannis doctoris animus fuiſſet in vrgenda vitae ſanctimonia, cum hactenus de Iohanne doctore verba feciſſet. προςέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι ſcl. τοῖς πονηροῖς ὧν ἐποίησε, omnibus ſceleribus etiam hoc addidit, vt Iohannem in vincula coniiceret, ſcelera ſcelere auxit. Eodem ſenſu verbum προςτίθημι etiam legitur ap. Polyb. vid. *Raphelius* Obſſ. Polybb. ad h. l. Quod reliqua attinet, cf. not. ad Matth. 3, 16.

23. Mirifice exercuerunt interpretum ingenia atque induſtriam verba ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡςεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν. vid. *Wolfius* in Curis, et *Koecherus* in Analectis ad h. l. Ac plurimi quidem participium ἀρχόμενος referunt ad ἦν, vt ſit idem quod ἤρξατο, *incipiebat, ingrediebatur Ieſus fere annum triceſimum.* At quis vnquam talem Graeciſmum audiuit, ἄρχομαι ἐτῶν τριάκοντα, pro ἄρχομαι ἔτους τριακοσίου l. τριακοστοῦ. Ex aliorum ſententia ἄρχομαι h. l. redundat vt v. 8. in verbis μὴ ἄρξησθε λέγειν: vertunt ergo: *erat Ieſus circiter triginta annos natus.* Hi interpretes coniungunt h. l. ἀρχόμενος ἦν, verbum autem ἄρχεσθαι redundat, Infinitiuis aliorum verborum iunctum. *Caſaubonus* pro ἀρχόμενος legi malebat ἐρχόμενος, nullis codd. addicentibus. *Paulus*, cum aliis (v. *Wolf.* et *Koecher.*) ordinem verborum ita conſtituit: ἦν ὡςεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς κ. τ. λ. eaque ita explicat: *erat fere annos XXX natus, cum publice agere inciperet, prouti tum fieri ſolebat, filius* etc. Notat: Lucam Ieſu aetatem memoraſſe, vt oſtenderet, eum non nimis mature munus doctoris publici ſuſcepiſſe, eum de more, non ante aetatis annum triceſimum munus ſuum obiiſſe. Laudat Num. 4, 3. 47. vbi, Leuitas inde ab anno aetatis triceſimo ad munera obeunda admiſſos fuiſſe, legimus. Sed haec interpretandi ratio perquam contorta, nec linguae legibus conſentanea eſt, nec probari poteſt, moris

fuiſſe, vt prophetae et doctores Iudaeorum non ante aetatis annum triceſimum munus ſuum obirent; neque probari poteſt, Meſſiam non prius prodire potuiſſe. Si Lucas verbis ὡς ἐνομίζετο ſignificare voluiſſet, *vt mos erat*, ſcripſiſſet potius ὡς νομίζεται, aut νενόμιςαι· praeterea admiſſa *Pauli* interpretatione, ad verba υἱὸς Ἰωσὴφ, quo illa cum praecedentibus coniungantur, iterum ſubintelligendum eſt participium ὤν· vid. *Vogelii Verſuch üb. chronolog. Standpunkte in d. Lebensgeſch. Pauli*, in *Gableri Journal für auserleſ. theol. Litterat.* Erſt. B. p. 246 ſq. et *Kaulfuſſii* Iudicium Crit. p. 40 ſq. Quae cum ita ſint, nos quidem cum interpretibus pluribus, v. quos laudarunt *Wolfius* et *Koecherus* ad h. l. quibus adde *Heumanum, Schulzium, Roſenmüllerum, Morum, Schleusnerum* (ſub v. ἄρχομαι), *Griesbachium* (in Commentatt. theoll. a *Velthuſeno*, *Ruperto* et nobismet ipſis editis T. 1. p. 358.) verba noſtra ita interpretanda cenſemus: *Erat Ieſus circiter annos XXX natus, cum docere inciperet*, ſ. *munus auſpicaretur.* Etenim etiam aliis in locis Ieſus munus ſuum inde a baptiſmo inchoaſſe dicitur, v. Act. 1, 22. 10, 37. Vocabulum ἀρχή ſimpliciter poſitum, de muneris Ieſu initiis occurrit quoque Ioh. 15, 27. ſubintelligendus ergo eſt ad participium ἀρξάμενος, vt orationis ſeries docet, infinitiuus διδάσκειν, ſicuti Luc. 23, 5. Locum Diog. Laërt. 4, 14. 16. vbi ἀρξάμενος etiam de muneris initiis legitur, laudauit *Heumanus* ad h. l. ὡσεὶ eſt *fere, circiter*, vt Hebr. כ, vid. 2, 37. hic vero ipſe vſus aduerbii ὡσεὶ luculenter docet, nihil certi definiri poſſe de aetatis Chriſti anno, quo baptizari ſe ſiuerit, quoue doctoris publici partes agere coeperit. Hinc non mirandum, varias hanc in rem ab interpretibus coniecturas eſſe prolatas. vid. *Wolfius* in Curis, *Koecherus* in Anal. ad h. l. et *Thieſsius* in *Krit. Commentar* Th. 2. p. 285 ſqq. *Lud. de Dieu*, *Rufius* in Harmonia Euangel. ad h. l. *Bengelius Harmonie d. Evang.* p. 70. arbitrantur, intelligendum eſſe annum triceſimum, licet vnus et alter menſis defuerit. Annum aetatis XXXII. vel

XXXIII. eo tempore Chriftum egiffe, contendunt *Allixius* in Diatriba de anno et menfe natali Chrifti p. 58. a *Wolfio* ad h. l. laudatus, et *Lardnerus* p. 704. verf. German. *Vogelius* in *Gableri Journal f. auserl. theol. Lit.* Bd. 1. pag. 246. de anno XXXI. cogitandum effe ftatuit. *Maknightius* Commentar. Harmon. in IV Euang. T. 1. p. 133. et *Paulus* ad h. l. Chriftum aetatis annum XXXIII. tunc temporis iam egreffum fuiffe, opinantur cf. not. ad v. 1. ὢν, (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσὴφ] *filius, vt putabatur, Iofephi.* Pro ὡς contra codd. fidem, et fine idonea ratione *Schulzius* in *Anmerkk. zu Michaelis*, legendum coniiciebat ὅς. De genealogia Iefu, quae h. l. et Matth. 1. legitur, plura a nobis notata funt in Prolegg. ad Matth. §. 4. 23. *Boltenius* ad h. l. fufpicatus eft, verba ὡς ἐνομίζετο, non tantum eo referenda effe, quod Iudaei falfo putauerint, Iofephum effe Chrifti parentem, fed fpectari quoque his verbis genealogiam ipfam h. l. exhibitam, eaque reddenda effe: *hanc putabant effe Iefu genealogiam, erat pater eius Iofephus, huius pater Eli* etc. *wie man dafür hielt, hatte er folgende Abkunft; man legte ihm nachftehendes Gefchlechtsregifter bey*, vt adeo Lucas profeffus fit, fe inferuiffe genealogiam, prouti ea in manus ipfius veniffet, feque authentiam illius acrius defendere nolle. Hac ratione admiffa, explicari forte etiam poffet, qui factum fit, ut Lucas genealogiam ipfi fufpectam, in Euangelio infantiae Iefu propofitam, ad calcem illius fortaffe adiectam, h. l. inferuerit, quod nempe aliquamdiu dubius haefiffet, an eam reciperet. Alii opinati funt, hanc genealogiam, cum diuerfa fit ab ea, quae in Matthaei commentariis reperitur, cum laxiori vinculo fuperioribus annexa fit, non a Luca ipfo, fed ferius additam effe. v. *Eichhornii Einleitung* Th. 1. p. 422 fs.

36. τοῦ Καϊνὰν] hoc nomen in omnibus codd. (excepto Cantabrig.) et verff. legitur. Sed in textu Hebraico Gen. 10, 24. 11, 12. 1 Chron. 1, 24. Arphachfadus

genuiſſe legitur Schalechum, non Cainanum; Cainani nulla ibi fit mentio. Verum Alexandrini interpretes Gen. ll. cc. Arphachſadum patrem Cainani, et huius filium Schalechum fuiſſe afferunt. Hanc igitur repugnantiam vt remouerent interpretes, varias vias ingreſſi ſunt. Ac plures quidem ſuſpicati ſunt, Cainani nomen e v. 37. librariorum errore in hunc verſum illatum fuiſſe, et cum deinde haec lectio late ſpargi per Lucae exemplaria coepiſſet, Graecos chriſtianos in verſione ſeptuagintauirali Gen. ll. cc. inter Arphachſadum et Salechum Cainani nomen interpoſuiſſe. Quae tamen coniectura parum probabilis videtur, cum non addicant codd. v. et τοὺς ὁ Gen. 11, 12. *Knittelius* in libro: *Gedanken von den Fehlern der Handſchriften* 1755. legendum putauit τοῦ καὶ Ναν, vt Lucas dixerit: *Eberum fuiſſe filium Schalechi, qui Schalechus et alio nomine Nan dictus ſit;* pro quo cum multi perperam legiſſent τοῦ Καϊνὰν, hoc ipſum nomen in hunc Lucae locum veniſſe, et a librariis chriſtianis pentateucho Graeco fuiſſe obtruſum. Alii, quos laudauit *Koecherus* ad h. l. Καϊνὰν fuiſſe arbitrati ſunt cognomen Schalechi. Sed vt bene monuit *Michaelis* in Diſſ. de chronologia Moſis poſt diluuium, inſerta eiusd. Commentatt. Societ. Gottingenſi per annos 1763 — 1768. oblatis p. 156. 1) aduerſatur conſtructio genealogica, de qua copioſe egit *Raphelius* Herodott. ad v. 23. In genealogiis texendis poſt articulum ſubintelligitur υἱὸς, eodem, quem articulus prae ſe fert, caſu ponendum. 2) non apparet, vnde Lucas ſcire potuerit, Schalechum binominem fuiſſe, aut ſi id compertum habebat, cur aliud agens ac Chriſti genealogiam texens, rem nullius momenti, et quam nemo lectorum ab eo doceri cupiat, memoriae prodiderit. 3) non eſt verſimile, LXX Cainanum ex Luca male intellecto habere. Aſſumentumne chriſtianae manus in omnes irrepſerit, quos habemus Graecorum bibliorum codd. verſionesque ex illis factas? Alii igitur contenderunt, e verſione Alexandrina Cainani nomen in margg. codd. Lucae appoſitum fuiſſe, et inde in

textum irrepſiſſe. Rurſus alii ſtatuerunt auctorem chronologiae Ieſu ipſum ſecutum eſſe auctoritatem LXX interpretum, qui Cainani nomen vel e traditione, vel ex libro apocrypho (vid. *Surenhuſius* in libro καταλλαγῆς p. 335.) hauſiſſent. Nonnulli huius ſententiae defenſores opinati ſunt, Cainanum vere fuiſſe Arphachſadi filium, ſed Moſen, vt in aequales partes ſtemma diuidere poſſet, (v. ad Matth. 1, 8.), cum a Semo vsque ad Abrahamum XI generationes eſſent, quo decem fierent, Cainanum omiſiſſe, et hunc quidem omiſiſſe, odio idololatriae permotum, cum e Chaldaeorum Syrorumque traditione, *Cainanus* primus ex mortalibus pro Deo cultus eſſet. v. Abulpharagius in Hiſt. dynaſtiarum p. 16. et Ephraemus Opp. T. 1. p. 156 ſq. Repudiauit hanc coniecturam *Michaelis* l. c. p. 172. Moſi, inquit, chronologiam genealogiis intexenti, vix licuiſſe videtur, quod Matthaeo licuit, vt vnum, aut plures omitteret, decemque generationibus pro vndecim poſitis, chronologiam, quae tota numerorum eſt, vitiaret. Ipſe *Michaelis* contendit, nullum fuiſſe Cainanum Arphachſadi filium, ſed Graecum ſiue interpretem, ſiue ſcholiaſten, eum qui Moſi *Schalechus* eſt, appellaſſe *Cainanum*, quod iſto nomine (קינן Arab. *ſimulacrum ex metallo cuſum*) apud exteros nobilitatus, atque Chaldaeis pro numine cultus eſſet. cf. omnino *Michaelis* l. c. *Welſius* et *Koecherus* ad h. l. *Thieſsius Krit. Komm.* Th. 2. p. 293. Equidem in his decernere non audeo, probabile tamen eſt, auctorem chronologiae h. l. propoſitae ipſum ſecutum eſſe Alexandrinos interpretes.

38. τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ] Adamum Dei filium vocabant Iudaei, quoniam praeter Deum, nullum alium habuerat vitae auctorem. v. *Vitringa* Obſſ. Sacr. L. 3. p. 144. et *Schoettgenius* ad h. l. Philo de Mund. Opif. T. 1. p. 33. 39. ἡ μὲν γὰρ ἡμετέρα γένεσις ἐξ ἀνθρώπων, τὸν δὲ (πρῶτον ἄνθρωπον) Θεὸς ἐδημιούργησεν. Idem de Nobilitate T. 2. p. 440. 16. τοῦ δὲ πατὴρ μὲν θνητὸς οὐδεὶς, οὔτε

αἴτιος, ἀλλ' ἡ Θεός. Praeterea Meſſiam alterum Adamum nominare ſolebant, quam loquendi conſuetudinem reſpexit Paulus Rom. 5, 14. 1 Cor. 15, 47. vbi v. *Schoettgenius*. Caeterum auctor huius genealogiae, cum deduxerit ſtemma Chriſti vsque ad Adamum, et hunc dixerit *Dei filium*, reſpexiſſe videtur ea, quae 1, 35 ſqq. de natiuitate Chriſti leguntur.

CAPVT IV.

1. Vid. not. ad Matth. 4, 1 ſqq. πνεύματος ἁγίου πλήρης, *dotibus diuinis inſtructus*, nam cum baptizatus eſſet Ieſus, venit ſuper eum Dei ſpiritus. vid. ad Matth. 3, 16. p. 98. καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸν ἔρημον, *et inſtinctu diuino in deſertum abiit*. vid. not. ad Matth. 4, 1.

2. Verba ἡμέρας τεσσαράκοντα, *Ludouicus de Dieu*, *Bengelius*, *Schulzius*, *Boltenius*, quo concilient hunc locum cum Matth. 4, 1. praeeuntibus Vulgato et Syro interpretibus, referunt ad verbum ἤγετο, quod praeceſſit, et participium πειραζόμενος poſitum accipiunt pro πειρασθῆναι, atque vertunt: *agebatur Ieſus a ſpiritu in deſertum, vt ibi eſſet quadraginta dies, vt tentaretur a genio malo.* Contorta, neque linguae legibus conueniens interpretatio. Cohaerent potius verba ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος, vt adeo Lucas h. l. notauerit, Ieſum quadraginta dierum ſpatio tentatum eſſe; Matthaeus contra, eum tentatum eſſe, quadraginta diebus praeterlapſis. Neque tamen Lucas Matthaeo et Marco repugnat, neque dicit Ieſum per quadraginta continuos dies eſſe tentatum, (ſimilis locus 1 Sam. 17, 16.) ſed hoc tantum ait, Ieſum intra XL dies variis

tentationibus, praeter illas deinceps memoratas, obnoxium fuisse, quae obseruatio Lucae peculiaris ac propria est. *καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν*, vid. Matth. 4, 2. *ὕστερον*, quod codd. praestantiores, et verss. nonnull. omittunt, e Matth. l. c. in hunc locum venisse videtur.

5. *Tum explorator ei, in montem altum abducto, puncto temporis, omnibus terrae partibus*, quoad oculis se subiiciebant, *digito monstratis, dixit* etc. Alio ordine Matthaeus, alio Lucas, tentationes recensuit. Quae v. 5 sqq. leguntur, ea Matthaeus vltimo loco posuit. Variae afferri possunt mutati ordinis caussae. Nempe tentatio secundo loco posita, vel, in archetypo omissa, eiusdem margini adscripta erat, vnde Lucas eam hoc ordine collocauit; vel legebatur ea hoc modo in archetypi textu, quoniam is, qui tentationes in literas retulerat, rem potius ipsam, quam ordinem temporis curarat, easque ita notarat, vt earum recordatus erat. vid. *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 823. Alias aliorum coniecturas minus probabiles collegerunt *Wolfius* in Curis et *Heumanus* ad v. 9. *ἐν στιγμῇ χρόνου*] *temporis in puncto* (Lucret. 4, 164.) addita sunt haec verba, quoniam praecessit *ὄρος ὑψηλὸν*, quo ostenderetur, montem fuisse tantae altitudinis, vt facile et temporis momento inde perlustrari potuerint singulae Palaestinae (vid. ad Matth. 4, 8.) partes. Formula autem *στιγμὴ χρόνου*, vt Lat. *punctum temporis*, adhibetur de spatio temporis breuissimo, et valet idem quod *ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ* 1 Cor. 15, 52. *παραχρῆμα*, Hebr. פתע Ies. 29. 5. Terent. Phorm. 1, 4. 7. *Temporis punctum mihi ad hanc rem est.* Caes. B. C. 2, 14. *ita multorum mensium labor hostium perfidia, et vi tempestatis puncto interiit.* v. *Wetstenius* et *Palairetus* ad h. l.

6 — 8. *ἐξουσία*, vt Lat. *imperium*, per metonymiam indicat illud ipsum, quod alicuius imperio est subiectum, atque adeo h. l. Palaestinae prouincias, quas con-

fpiciebat Iefus, βασιλείας τῆς οἰκουμένης, coll. v. 5. καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, *earumque virtutes* f. *ornamenta*. vid. Matth. 4, 8. 9. ἐμοὶ παραδέδοται κ. τ. λ. *mihi conceffum, meo arbitrio permiffum eft*, (καὶ pro ἵνα) tradere (τὴν ἐξουσίαν) eam (ditionem) cuicunque voluerim. — 7. ἔσαι σου πάντα· fed pro πάντα cum plurimis et optimis codd. legendum eft πᾶσα fcl. ἐξουσία, totum imperium, omnis ditio tua erit. — 8. Verba ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· plures optimae notae libri et verff. omittunt, nempe e Matth. 4, 10. in hunc locum translata funt, vnde ea ex ordine eiicienda effe rectiffime iudicarunt *Grotius*, *Millius*, *Bengelius* et *Griesbachius* (cuius vid. Comment. Crit. in Matth. p. 37.), alii.

13. ἀπέστη ἀπ᾽ αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ] vertunt: *ad tempus ab eo defiftebat*, definebat ei moleftias faceffere; vnde ex his verbis plures collegerunt, Iefum etiam poftea ab illo exploratore fimili modo tentatum fuiffe. Ac ii quidem, qui de genio malo h. l. cogitant, hanc Euangeliftae mentem fuiffe putant: genius malus a Iefu ad tempus defiftebat, poftea vero, cum Iefus partes doctoris agere coepiffet, numerum fectatorum fuorum auxiffet; genius malus ei excitabat plures aduerfarios acerrimos, (v. not. ad Matth. 13, 18. Luc. 22, 3. 31.) qui doctrinae diuinae propagationem omni modo impedire ftuderent, efficiebat, vt fynedrium ei fefe opponeret, eumque, a Iuda proditum, in crucem ageret. v. *Eckermani Erklärung aller dunklen Stellen des N. T.* Th. 1. ad h. l. Alii, qui de cogitationibus prauis in animo Chrifti fubortis omnia quae h. l. leguntur, explicant, verbis ἄχρι καιροῦ refpexiffe Euangeliftam autumant, tentationes quibuscum Chrifto, antequam mortem fubiret, in villa Gethfemane conflictandum fuiffet. v. *Eichhornius* l. c. B. 5. 824. Poffunt vero etiam verba ἄχρι καιροῦ cum *Bengelio* explicari: *vsque ad tempus opportunum* (καιρὸς), *occafionem commodam*, hac interpretatione admiffa, cum non adiecerit fcriptor, infidiatorem

etiam poftea hanc occafionem reuera nactum effe; ex verbis ἄχρι καιροῦ non colligi poteft, Iefum faepius fimili modo tentatum fuiffe.

14. 15. Vid. not. ad Matth. 4, 12. ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, *inftinctu*, *impulfu diuino*, iubente, agente fpiritu, id. qd. fupra v. 1. ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον. cf. not. ad Matth. 4, 1. Luc. 2, 27. Alii vertunt: *Spiritus diuini dotibus inftructus:* alii: *inftructus potentia Spiritus Dei, vi patrandi miracula.* αὐτῶν, Galilaeorum, v. Matth. 4, 23.

16. Marc. 6, 1. Matth. 13, 54. narratio h. l. inferta docet, qui factum fit, vt Iefus Capernaumi fedem fuam figeret. v. *Eichhornii Einleit.* Th. 1. p. 602. et not. ad Matth. 4, 13. κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ attice, pro, εἰθισμένον, v. *Wetftenius* ad h. l. *more ipfi confueto.* ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, cf. not. ad Matth. 12, 1. καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι *ad praelegendum* e libris facris *furrexit.* Erat enim more receptum, vt praelectio codicis facri ftantibus lectore et populo fieret. vid. *Lightfootus* et *Wetftenius* ad h. l. *Vitringa* de Synag. Vet. L. 1. p. 135 fq. Non autem Mofis tantum, fed etiam prophetarum libri diebus fabbati in fynagogis praelegi folebant. vid. Act. 13; 15. 15, 21. Quinque Mofis libri fic distributi erant, vt diebus fabbati, fpatio vnius anni integri legerentur; ex libris vero prophetarum lectioni librorum Mofis adiungebatur fectio aliqua, quae cum Mofis loco praelecto affinitatem habere videretur. Definiri nequit, vtrum Iefus praefcriptam ex Iefaiae oraculis pericopen, an aliam quampiam praelegerit, fed pofterius probabilius eft; ὑπηρέτης enim, vt h. l. legitur, non reuolutum volumen offerebat Iefu, fed Iefus ipfe reuoluebat Iefaiae volumen fibi porrectum, et lectio a Iefu pro arbitrio inftituta effeciffe videtur, vt auditores, oculis et animis in Iefum intentis, eo diligentius dicenda aufcultarent; neque omnino, vt ad h. l. *Michaelis* monuit, certo

constitui potest, iam illo tempore praescriptas pericopas e libris prophetarum fuisse praelectas. Qui aliqua doctrina pollere viderentur, cuiuscunque essent conditionis, ab Archisynagogo excitabantur et rogabantur, vt locum scripturae praelegerent. Probabile autem est Iesum, eo ipso quod surrexit, ab Archisynagogo veniam legendi et docendi sibi expetiisse, et illum haud cunctanter ipsius institutum probasse, cum iam omnem finitimam regionem fama Iesu peruasisset v. 14. ἀναγινώσκειν respondet Hebr. קרא Ier. 36, 15. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 2108. atque non tantum notat *praelegere*, sed etiam *praelecta interpretari*, quo sensu extat ap. Philon. p. 877. D. et ἀναγνώστης ap. Ioseph. Ant. 11, 5. 1. vid. *Krebsius* et *Loesnerus* ad h. l.

17. καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, *et traditum ei est Iesaiae vatis volumen*, nempe a ministro synagogae, qui dicebatur חַזָּן הַכְּנֶסֶת, ὑπηρέτης infra v. 20. cuius erat custodire libros sacros, et proferre legendos. v. *Vitringa* de Synag. p. 898. et *Wolfius* ad h. l. καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, *libro euoluto, explicato*: ἀναπτύσσειν est *euoluere*, *explicare* ea, quae sunt conuoluta, vt oppositum πτύσσειν v. 20. est *complicare*, *conuoluere*; ἀναπτύσσειν de libro euoluto legitur quoque 2 Regg. 19, 14. Herodo. 1, c. 48. et 125. v. et *Elsnerus* ad h. l. Libri autem Hebraeorum erant volumina, illigabantur duobus baculis teretibus, qui capulos habebant, quos manu tenens qui legebat, conuoluere poterat atque euoluere librum, prout opus erat. v. *Hammondus* et *Wolfius* ad h. l. εὗρε τὸν τόπον, *incidit in locum*, qui ita se habebat. τόπος id. qd. περιοχὴ Act. 8, 32. *locus libri*, *scriptoris*, vt ap. Xen. Mem. 2, 1. 20. Epicharmus ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησίν· add. *Valckenarius* et *Wesselingius* ad Herodo. 2, 131. pag. 157.

18. Memoriter laudauit Lucas e versione Alexandrina locum Ies. 61, 1. Vates ibi declarat, sibi a Ioua

demandatum effe munus popularibus fuis exilii finem et fecutura laetiffima tempora annuntiandi. Haec fententia, laetiffima tempora annuntio, variis imaginibus atque coloribus poeticis Ief. l. c. exornata legitur. *πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ* fcl. *ἔρχεται* vel *ἐςί·* Ioua in me et per me operatur, eius impulfu oracula edo, iuffu diuino loquor. v. Ief. 48, 16. 49, 1. 3. Luc. 2, 25. *οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με*] *propterea me vnxit: χρίειν* prop. eft *vngere*, quoniam autem Iudaeorum regibus, prophetis (1 Regg. 19, 15. 16.) et facerdotibus, dignitas qua eminebant, vnctione conferebatur, hinc מָשִׁיחַ, *χριςὸς, vnctus*, dicebatur propheta 1 Chron. 16, 22. rex 1 Sam. 2, 10. facerdos Leuit. 4, 3. 6, 15. Pf. 105, 15. v. *Fifcheri* Prolufl. de vit. Lexx. p. 356. et verbum *χρίειν* ita adhibebatur, vt fignificaret, *regem, facerdotem, prophetam, doctorem conftituere*, quo pofteriori fenfu h. l. legitur. *οὗ ἕνεκεν* (fiue vt plures et optimi codd. legunt *οὗ εἵνεκεν*, per epenthefin atticam) eft Hebr. יַעַן quod Alexandrini Ezech. 13, 10. vertunt *ἀνθ' ὧν*, fed 1 Sam. 15, 23. Ief. 30, 12. 65, 12. *ὅτι, quia.* Ammonius: *οὕνεκα, σημαίνει τὸ ὅτι.* Iam fi verba *οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με*, cum praecedentibus copulantur, vt faltem cum iis copulantur in editt. vulgaribus Lucae et verf. Alex. *οὗ εἵνεκεν* reddi poteft *quia*. Sed haud dubie rectius cum *Surenhufio*, *Vitringa* (v. *Wolfius* in Curis ad h. l.) et *Segaario*, praeeuntibus h. l. Syro et Perfa, verba Graeca Lucae et verf. Alexandrinae (in qua interpunctio ex h. l. facta videtur) ita interpunguntur: *ἐπ' ἐμέ· οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς· ἀπεςαλκέ με κ. τ. λ.* quam interpunctionem etiam fecutus eft *Griesbachius*. Sic autem Lucae verba, et verf. Alex. exacte refpondent verbis Hebraicis, et fenfus commodus procedit hic: *Spiritu Iouae agor. Propterea me conftituit prophetam, vt annuntiarem laeta miferis.* Pro *εὐαγγελίζεσθαι* plures quidem codd. habent *εὐαγγελίσασθαι*, fed haec lectio e verfione feptuagintauirali in hunc locum a grammaticis illata effe videtur. Per *πτωχοὺς*, Hebr. עֲנָוִים, intelliguntur ap. Ie-

faiam omnino *infelices*, *miferi*, quo fenfu vtrumque vocabulum faepius legitur, vt Ief. 3, 14. 58, 7. al. hoc loco autem, cum verba prophetae ad Chriftum translata fint, fignificantur, *inferioris fortis homines*. vid. ad Matth. 11, 5. ἀπέσαλκέ με ἰάσασθαι — ἄφεσιν] *mifit me, vt fanarem animo fractos, vt annuntiarem captiuis libertatem*. Verbum συντρίβειν proprie notat *conterere*, *contundere*, et ita de variis rebus dicitur, v. c. de nauibus fractis, Ael. H. V. 12, 61. paffim vero etiam de confractione membrorum, de vulneribus occurrit, v. interpp. ad Thom. Mag. p. 500 fq. Ariftoph. Pac. 70. atque refpondet Hebr. פצע, *vulnerauit*, 1 Regg. 20, 37. Hinc συντετριμμένοι funt *contufi*, *vulnerati*, fed συντετριμμένοι τὴν καρδίαν h. l. per metaphoram dicuntur ii, *qui fumma triftitia funt affecti*, *animoque deftituuntur*, quo fenfu etiam συντρίβειν adhibuit Diod. Sic. 16, 8. vid. *Kypkius* et *Wetftenius* ad h. l. Iam vero per fe intelligitur verbum ἰᾶσθαι, pro quo Ief. l. c. legitur חבש, quod proprie de vulnerum obligatione dicitur, vt Ief. 3, 7. h. l. improprie effe capiendum, atque explicandum: *confolari animo fractos*, *triftitia oppreffos* i. e. omnino miferos. Sed haec ipfa verba: ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν omittuntur a praeftantiffimis diuerfarum recenfionum codd. verff. et patribus haud paucis, adeoque haud dubie e verfione Alexandrina in hunc locum migrarunt. Per αἰχμαλώτους, *captiuos*, fignificantur h. l. omnino *infelices*, *miferi*. Hebraeis enim *captivitas*, faepius eft imago miferiae. v. Pf. 79, 11. 73, 4. 69, 34. al. Per ἄφεσιν igitur in hac orationis cohaerentia intelligenda erit liberatio ab his miferiis. καὶ τυφλοῖς — ἐν ἀφέσει] *et coecis vifus recuperationem*, *vt calamitofos dimitterem liberos*. In textu Hebraico Ief. l. c. legitur: וְלַאֲסוּרִים פְּקַח־קוֹחַ h. e. *et vinctis compedum folutionem*; fed οἱ ό habent: κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· verba noftra ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους illo Iefaiae loco, neque in textu Hebraico, neque in verfione Alexandrina extant. Quaeritur ergo primum, quomodo

verba Hebraica ולאסורים פקח־קוח explicari potuerint καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Quam quidem quaeſtionem vario modo viri docti decernere ſtuduerunt. Nonnulli ſuſpicati ſunt, in verbo ולאסורים palluiſſe literas אס, et interpretem Graecum ex reliquis literis ול״ורים et verbis ſequentibus, cum פקח vulgo ita vſurpari ſoleat, vt ſit, *oculos aperire*, v. Pſ. 146, 8. Gen. 3, 5. Ieſ. 35, 5. Iob. 27, 19. al. conieciſſe legendum eſſe ולעורים *et coecis*, adeoque vertiſſe καὶ τυφλοῖς. Alii putarunt, interpretem vocabulum ולאסורים ſibi explicuiſſe de captiuis in obſcuros carceres coniectis, luce inſtar coecorum priuatis, coll. Ieſ. 42, 7. Sic *coeci* drr. qui noctu proficiſcuntur, Curt. 8, 13. 25. add. Sapient. 19, 16. v. *Eckermani theol. Beyträge* Erſt. Bds. Erſt. Stück. p. 168. *Eichhornii Allgem. Biblioth.* B. 2. p. 989. Alii denique ſtatuerunt interpretem, per אסורים omnino intellexiſſe *oculis ligatos*, cum Orientales *ligatos oculis* dixerint pro *coecis*. vid. *Schultenſius* ad Iob. p. 201. Quae quidem duae poſteriores explicandi rationes, ſaltem probabiliores ſunt quam coniectura illa de lectionis varietate. Quod porro attinet verba פקח־קוח in eo fere conſentiunt viri docti, interpretem illa tanquam vnam vocem פְּקַחְקוֹחַ cepiſſe, duabus poſtremis radicalibus geminatis, (vt in סְחַרְחַר Pſ. 38, 11. הֲפַכְפַּךְ Prou. 21, 8. פְּתַלְתֹּל Deut. 32, 5.) qua ſignificaretur *apertio pleniſſima, apertura omnimoda*, ac propterea vſum eſſe vocabulo ἀνάβλεψις. Vtut ſit, male interpretatus eſt verba prophetae auctor verſionis illius, cum de coecis illo Ieſaiae loco, vt contextus docet, ſermo eſſe non poſſit, ſed vocabulum אסורים *vincti*, per parallelifmum membrorum reſpondeat voci לִשְׁבוּיִם, τοῖς αἰχμαλώτοις, *captiuis*. v. *Boltenius* et *Paulus* ad h. l. Quaeritur deinde, qui factum ſit, vt verba ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, in Lucae textum venerint, cum ea neque in contextu Hebraico, neque in noſtris verſionis Alexandrinae exemplis reperiantur? *Michaelis* ad h. l. *Eckermanus* l. c. *Boltenius* ad h. l. alii, opinati ſunt, Lucam verba Hebraica ולאסורים פקח־קוח in ſuo verſionis Alexan-

drinae exemplo, duplici modo expreſſa inueniſſe; alium nimirum interpretem ea reddidiſſe *καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν*, alium ea vertiſſe: *ἀποςεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει*, hanc autem poſteriorem verborum interpretationem ſerius e verſionis ſeptuagintauiralis codd. fuiſſe expunctam. Monent praeterea auctorem verſionis *ἀποςεῖλαι τεθρ. ἐν ἀφ.* reſpexiſſe locum Ieſ. 58, 6. vbi verba Hebraica וְשַׁלַּח רְצוּצִים חָפְשִׁים *οἱ ό* expreſſerunt: *ἀπόςελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει*, quo tamen in loco *τεθραυσμένους* accuratius conuenit *τῷ* רצוצים quam h. l. *τῷ* אסורים. Ex aliorum ſententia, verba *ἀποςεῖλαι κ. τ. λ.* e Ieſ. 58, 6. deſumta, a Ieſu ipſo addita ſunt. Solebat quidem Ieſus, cum diſſereret, laudato V. T. loco, illuſtrationis cauſſa interdum alium addere, et cum illo coniungere, eum vero in ſynagoga locum Ieſ. 61, 1. 2. praelegentem, orationi prophetae verba ex alio loco deſumta inſeruiſſe, parum probabile eſt. *Beza* et cum eo alii viri docti coniecerunt, verba *ἀποςεῖλαι κ. τ. λ.* a grammaticis e Ieſ. 58, 6. in margg. codd. verſionis Alexandrinae appoſita, praua librariorum ſedulitate in textum ipſum irrepſiſſe, et inde in Lucae locum veniſſe. Equidem arbitror, Lucam ipſum, cum memoriter laudaret locum Ieſ. 61, 1, 2. in eoque laudando verſionem Alexandrinam ſequeretur, verba *ἀποςεῖλαι κ. τ. λ.* ex Ieſ. 58, 6. attuliſſe, atque adeo reliquis verbis accommodate pro *ἀπόςελλε* ſcripſiſſe *ἀποςεῖλαι*. Iam quod verba ipſa attinet, *τυφλοὶ*, *coeci*, dicuntur h. l. ii, qui in ignorantia verſantur, praua et falſa ſequuntur, adeoque miſeri ſunt. vid. ad Matth. 15, 14. *ἀνάβλεψις* autem, vi oppoſitionis, eſt melior et accuratior rerum diuinarum notitia, religionis cognitio plenior et accuratior. Formula *ἀποςεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει* pendet ab *ἀπέςαλκέ με*, *miſit me* — *vt dimitterem calamitoſos* h. e. vt annuntiarem calamitoſis liberationem. Nam quae prophetae tantum annuntiant, eā ſaepe ipſi facere dicuntur, ſiue, vt grammatici loquuntur, verbum actionis interdum de annuntiatione actionis intelligendum eſt, vid. hanc in

rem Ier. 1, 10. Hof. 6, 5. Mich. 2, 12. *ἀποςέλλειν ἐν ἀφέσει* pofitum eft pro *εἰς ἄφεσιν*, *in libertatem dimittere, liberos dimittere.* Vocabulum *ἄφεσις*, quod Hefychius interpretatus eft *ἀπόλυσις* refpondet Hebr. דְּרוֹר *libertas*, Levit. 25, 10. Ez. 46, 17. Denique *θραύειν* eft *percutere*, it. *discruciare*, *vexare*. Hefych. *τεθραυσμένος*, *πεπληγμένος*. Etym. M. *θραῦσις* — *φθορὰ* — *συντριβὴ*, *πληγή* in verfione Alexandrina exprimitur hoc verbo Hebr. רָצַץ, vt Ief. 58, 7. add. Deut. 28, 33. vbi legitur: *ἔσῃ ἀδικούμενος καὶ τεθραυσμένος*, *oppreffi et vexati eritis.* Itaque *τεθραυσμένοι* h. l. funt *calamitofi*, *oppreffi*, non vt alii volunt, *vulnerati* fcl. compedibus i. vincti.

19. *κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν*] *ad indicendum felicem Dei beneficio annum.* Pro *κηρύξαι* οἱ ὁ habent *καλέσαι*. In textu Hebraico legitur לִקְרֹא שְׁנַת־רָצוֹן לַיהוָה, *annum beniuolentiae Iouae* i. annum f. tempus, quo Ioua fe beneuolum praebebit. Allufit propheta his verbis ad annum iubilaeum, quo, figno buccina dato, per totam terram libertas feruorum, remiffio debitorum, poffeffionum reftitutio proclamabatur. v. Leuit. 25, 9. Vocabulum autem *ἐνιαυτὸς*, vt Hebr. שָׁנָה, v. Ief. 63, 4. non tantum *annum*, fed generatim etiam *tempus* denotat, quo fenfu et h. l. capiendum eft, et cum Iefus, loco prophetae praelecto, oftenderit, verba vatis ad fe pertinere, coll. v. 21.: in promtu eft intelligenda h. l. effe tempora laeta et felicia aduentus Meffiae in has terras. *δεκτὸς* proprie eft, *acceptus*, *gratus*, *carus*. Hefych. *δεκτὸς*, *ἀρεςὸς*, vt v. 24. deinde vero ex adiuncto *laetus*, *felix*, vt 2 Cor. 6, 2. Eadem ratione ab Hebraeis רָצוּי et בָּרוּךְ inter fe permutantur. v. Deut. 33, 24.

20. 21. *τῷ ὑπηρέτῃ*, v. fupra ad v. 17. *καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ* (*ὄντων*) *οἱ ὀφθαλμοὶ κ. τ. λ.* *omnium autem in fynagoga praefentium oculi in eum intenti erant.* — 21. *ἤρξατο λέγειν* pro *ἔλεγε*, et *ὅτι* redundat. *σήμερον πε-*

πλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν] *hodie illud oraculum euentum habet, vobis audientibus* i. hoc quod modo legi, impleri hodie videtis, me audientes, hodie euentu comprobatur, quod ibi propheta dixit, ego enim, iuſſu diuino, vobis laetiſſima tempora annuntio. Alii verba σήμερον κ. τ. λ. explicant: *nunc temporis euentum habet oraculum illud, quod audiuiſtis*, adſunt tempora Meſſiae, quae vates praedixit, vt adeo σήμερον ſit, nunc temporis, et ad ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν ſubintelligatur οὖσα· ſed non neceſſe eſt, vt a vulgari ac propria vocis σήμερον ſignificatione recedamus, omninoque priorem interpretationem orationis ſeries commendat. Caeterum Lucam h. l. attuliſſe tantummodo ſummam orationis a Chriſto tunc temporis habitae, iam obſeruatum eſt a nobis ad Marc. 6, 2.

22. καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ] *omnes eum approbabant, laudabant.* Formula μαρτυρεῖν τινι ſignificat, *approbare, laudare, praedicare aliquem*, vt ap. Xen. Mem. 1, 2. 21. κἀγὼ δὲ μαρτυρῶ τούτοις, *ego haec laudo et probo.* Diog. Laët. 1, 24. μαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ Ἡράκλειτος καὶ Δημόκριτος. Aelian. H. V. 1, 30. πολλάκις γοῦν αὐτῷ καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἐμαρτύρει *ſaepius igitur et Ptolemaeus eum praedicabat.* Aeſchin. Socr. 3, 6. οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς, *vana, neque vera de me praedicas*, vbi v. Ind. *Fiſcheri.* Ioſeph. Ant. 6, 14, 6. ἐγὼ μὲν μαρτυρῶ σοι πολλὴν περὶ ἐμὲ σπουδὴν καὶ εὔνοιαν· add. *Kypkius, Palairetus, Raphelius Xenopph., Elsnerus, Krebſius, Loesnerus* ad h. l. hinc μαρτυρούμενοι, *viri laudati*, Act. 6, 3. 10, 22. et μαρτυρία, *laudatio, praedicatio.* Ioſeph. Ant. 6, 14. 4. καὶ ἐθαύμασαν ἐπὶ τοῖς λόγοις κ. τ. λ.] *et mirabantur ſermonum ſuauitatem, qui ex ore eius promanabant, ſie bewunderten ſeine ſchöne Rede, ſeinen anziehenden Vortrag.* ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος poſitum eſt vel per hypallagen pro ἐπὶ τῇ τῶν λόγων χάριτι, vel pro ἐπὶ τοῖς λόγοις χαρίεσσι. Admirabantur autem Nazarethani ſermonum Chriſti ſuauitatem, quatenus ipſius dicta diſerta

erant et facunda, atque vim habebant ad commouendos ac perſuadendos animos, et quatenus disſerebat de rebus laetis et audientibus iucundis, quatenus ſermo ipſius audientium aures demulcebat; nam non tantum de oris facundia, ſed etiam de argumento ſermonum Chriſti ſermo eſt; explicabat enim laetiſſimum oraculum Ieſ. 61, 1 v. *Kypkius* ad h. l. Saepius autem χάρις λόγων *de ſermonibus gratis et acceptis* occurrit, vt Eph. 4, 29. Col. 4, 6. Sir. 21, 19. Prou. 7, 5. 28, 23. v. *Wolfium* in Curis ad Eph. l. c. et *Wetſtenium* ad h. l. καὶ ἔλεγον ſcl. τινές· *at nonnulli*, qui de veritate dictorum ipſius dubitabant, et miracula poſtulabant, *dicebant*, vid. not. ad Matth. 13, 55. et ad Marc. 6, 2.

23. Ad voces hominum illorum liuidas, quae h. l. et Matth. 13, 54 ſq. Marc. 6, 2. leguntur, ita reſpondebat Ieſus, vt vteretur prouerbio tunc temporis ſolenni hoc: πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν κ. τ. λ. *vtique mihi obiicietis prouerbium hoc: medice, cura te ipſum!* i. e. proba te eſſe eum, cui confidere poſſimus, miracula ede. Cohaerentia autem orationis Chriſti haec eſt: vultis vt ante omnia legationem meam confirmem miraculis, vt ita probem, me eſſe eum, qui vobis viam ad felicitatem monſtrare poſſit; verum de vobis valet quod per prouerbium dicitur: vile habetur, quod domi eſt; miracula inter vos edere nequeo, cum vos me contemnatis. παραβολὴ h. l. eſt id. qd. παροιμία, *prouerbium*, vt Hebr. משל, v. 1 Sam. 24, 14. quoniam adagia ſ. prouerbia aliquid ſimilitudinis et comparationis habere ſolent, vnde et παροιμία ponitur pro παραβολή, ita, vt ſit *collatio, ſimilitudo*, Ioh. 10, 6. vid. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 788. et *Fiſcherus* ad *Leusdenium* de Hebraiſm. p. 42. ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν, comparationem hanc a medicis petitam, neque ſcriptoribus Graecis Latinisque inuſitatam eſſe, exemplis docuit ad h. l. *Wetſtenius*; e ſcriptis Rabbinorum *Lightfootus* attulit ſimile prouerbium: *Medice, cura claudicationem tuam.*

Sequitur explicatio prouerbii: ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα — ἐν τῇ πατρίδι σου] *quae a te Capernaumi facta dicuntur, eadem et hic in vrbe patria tua perage.* Postularant ergo, vt diuinam suam legationem confirmaret miraculis; patet simul ex his verbis Iesum Capernaumi edidisse miracula. Neque tamen Euangelista disertis verbis antea commemorauit, Iesum in illa vrbe commoratum fuisse et miracula ibi patrasse. Omnino autem Iesus Capernaumi fuit, antequam Nazaretham sese conferret, v. not. ad Matth. 4, 12. et Lucas ipse supra v. 14. 15. saltem hoc memorauit, Iesum in Galilaeam, in qua regione illa vrbs sita erat, concessisse, et famam ipsius omnem finitimam regionem peruagatam esse. Huiusmodi vero in narrando negligentia etiam in libris optimae notae scriptorum veterum interdum deprehenditur. Sic in oratione, a senatore Carthaginiensi ad legatos Romanorum habita, quam Liuius 21, 18. attulit, orator mentionem fecit foederis ab Asdrubale cum Saguntinis icti, quo se teneri Senatus Carthaginiensis negasset. Sed c. 2. vbi Liuius huius foederis mentionem habuit, hanc περίστασιν non commemorauit. Pro ἐν τῇ Καφαρναοὺμ verior lectio est εἰς Καφ. πατρίδι scilicet πόλει. vid. ad Matth. 13, 54.

24. Vid. Matth. 13, 56. Marc. 6, 4. 5.

25. Sensus est: Sicut olim Elias et Elisa, cum iis fidem non haberent Israelitae, beneficia sua in exteros contulerunt, ita et ego, Dei legatus, cum vos me contemnatis, nulla inter vos patrabo miracula, sed beneficia mea conferam aliis, doctrinae meae cupidis, eamque promte excipientibus, quicunque caeteroquin illi sint. ἐπ᾽ ἀληθείας δὲ λέγω κ. τ. λ.] *mihi credite, multae profecto Eliae aetate inter Israelitas viduae erant, quo tempore coelum clausum fuit, per annos tres et menses sex, cum fames horrenda* (pro λιμὸς μέγας cum aliis libris legendum est μεγάλη vid. not. ad 15, 14.) *omnem Palaestinam affligeret.*

Sed 1 Regg. 18, 1. 45. legitur, anno tertio pluuiam iterum cecidiſſe. Ad hanc difficultatem tollendam, *Lightfootus*, *Wetſtenius*, alii, monuerunt: non niſi bis quotannis in Palaeſtina pluuiam cadere ſolere, priorem menſe Octobri, poſteriorem menſe Aprili, (vid. *Roſenmüllerus* in Scholiis ad Deut. 11, 14.) ſtatuendum ergo eſſe, inſtante pluuiae tempore eam per tres annos ceſſaſſe, et additos eſſe hoc loco ſex menſes praecedentes, quibus quoque non pluiſſet. *Benſonus* ad Iac. 5, 17. vbi etiam triennium cum ſemeſtri memoratur, tertium annum non a pluvia ceſſante, ſed a fuga Eliae Sareptam 1 Regg. 17, 8 ſqq. quartum vero, ex denuntiata ab Elia regi poena idololatriae numerandum eſſe cenſuit. Omnino haec περίστασις, per tres annos *et menſes ſex* Eliae aetate ceſſaſſe pluuiam, ſcriptoribus N. T. ex aliis libris, qui non ad noſtram vsque aetatem peruenerunt, vel aliunde, innotuit. Caeterum *coelum* dicitur *clauſum*, more loquendi Hebraeorum, cum pluere deſiit, contra *apertum*, cum pluuia cadit.

26. *Ad nullam earum Elias miſſus eſt, ſed ad, extraneam, viduam, Sareptae, quod Sidoniae oppidum, degentem.* Conf. 1 Regg. 17, 12 ſqq. εἰ μὴ, *ſed*, vt v. 27. nam vidua haec extranea opponitur viduis Iſraeliticis, vt Neeman leproſis Iſraelitis. Reſpondet autem εἰ μὴ Hebr. כִּי אִם quas particulas οἱ ό Pſ. 1, 2. 4. expreſſerunt particula ἀλλά. Σαρεπτά, צָרְפַת 1 Regg. 17, 9. nomen vrbis, inter Tyrum et Sidonem, mediae, Ioſeph. Ant. 8, 13, 2. ΣαρεΦθὰ πόλιν οὐκ ἄπωθεν τῆς Σιδῶνος καὶ Τύρου, μεταξὺ γὰρ κεῖται. Achill. Tat. 2. p. 103. ἐπειδὴ ἐγένετο κατὰ Σαρεπτὰ κώμην Τυρίων ἐπὶ θαλάττῃ κειμένην. vid. *Relandi* Palaeſtina 3. p. 985. *Salmaſius* ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. 2. p. 411. Pro Σιδῶνος in aliis libris iisque diuerſarum familiarum praeſtantiſſimis extat Σιδωνίας, quo nomine regio notatur, cum Sidon ſit vrbis nomen. Iam etſi vrbis et regionis nomina ſaepius permiſceantur, tamen Σιδωνίας vtpote lectio inſolentior praeferenda vi-

detur. πρὸς γυναῖκα χεῖραν i. e. fimpliciter *ad viduam*, vocabulum γυνὴ aliis nominibus additum, vt ἄνθρωπος (vid. ad Marc. 2, 15.), redundat. Sic et 1 Sam. 14, 5. אִשָּׁה־אַלְמָנָה eft *vidua*. Corn. Nep. Praef. 4. *femina vidua*. Terent. Heautont. 5, 1. 80. *viduae mulieri*.

27. Vid. 2 Regg. 5, 14. ἐπὶ Ἐλισσαίου, *tempore Elifae*. v. ad Marc. 2, 26.

29. ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω — ἤγαγον αὐτὸν — ὄρους] *eum ex vrbe eiectum rapiebant ad praecipitium montis*. Verbum ἄγειν dicitur etiam de iis, qui inuiti abripiuntur et abducuntur, nominatim de iis, qui in ius, ad iudices, Aefchin. Socr. 3, 19. Xen. Anab. 6, 6. 5. Rep. Laced. 4, 6. ad fupplicia, Anab. 1, 6. 10. Hift. Gr. 2, 4. 1. rapiuntur et ducuntur, vnde et Phauorinus ἄγομαι per ἁρπάζομαι explicuit. ὀφρὺς prop. eft *fupercilium*; fed veteres, partes corporis humani adfcribere folebant coelo, terrae, mari, vid. *Bofii* Animaduu. ad Scrippt. Grr. p. 108. et *Rittershufius* ad Oppian. Hal. 1, 60. 4, 568. et fic etiam ὀφρὺς iis dicebatur *locus praeruptus montis*, *pars montis prominens*, *cliuus qui cum monte cohaeret*, vt h. l. add. Mofch. Idyl. 2, 48. Virg. Georg. 1, 108. *Ecce fupercilio cliuofi tramitis vndam, Elicit*. Hirtius de b. Afric. 58. *in fupercilium excelfum afcenderunt*. Liu. 27, 20. *fupercilium arduum promontorii*. Hefychius: ὀφρῦς· τὰ κρημνώδη καὶ τραχέα τῶν ὀρῶν. Exempla plura alia hanc in rem collegerunt *Elsnerus*, *Wetftenius* et *Kypkius ad h. l.* ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο] *juxta quem eorum vrbs extructa erat*. Sita erat Nazaretha in valle, inter collem et montem, de quo Iefum praecipitare volebant. vid. *Relandus* p. 907. *Pockokii Reifen* T. 2. pag. 91 fq. verf. Germ. *Breyer*. et *Kortius* in *Pauli Sammlung. d. merkwürd. Reifen in d. Orient*, Th. 2. p. 100 fqq. εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτὸν] *vt eum inde praecipitarent*; non iudicii more, fed motu concitatae plebis, nam Iudaei tunc temporis ius vi-

tae et necis non habebant, sed referuarant illud sibi Romani. vid. ad Matth. 26, 66. Similis locus Ioh. 8, 59.

30. αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο] *Ipse vero per medios illos* illaesus *abiit.* Quomodo euaserit Iesus, non accuratius notatum est. Hinc plures statuerunt, eum mirabili modo se subduxisse manibus et oculis hominum furibundorum, eum tenuisse potentia sua aduersariorum manus, vt noxam ei inferre non possent; vel inuisibilem factum euasisse. Longe probabilior est *Heumani* sententia: non tantum eos insecutos esse Iesum, qui in synagoga praesentes fuissent, sed accurrisse etiam Nazarethanos alios, quo caussam tumultus rescifcerent; Iesum ergo per medios illos accurrentes, quibus non notus esset, abiisse; eum turbam accurrentium perrupisse, et ita euasisse. διὰ μέσου αὐτῶν pro δι' αὐτοὺς, *per eos*, vid. ad Matth. 14, 6. 18, 5. ἐπορεύετο, *abibat.* vt Act. 1, 25. 26, 36. Hesychius: πορεύου, ἄπιθι, ὕπαγε.

31. 32. Vid. Matth. 4, 13. Marc. 1, 21 sqq. ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, *vis incredibilis ipsius verbis erat adiuncta.* vid. ad Matth. 7, 29. δυνατὸς ἐν λόγῳ Luc. 24, 19.

33. ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου] *obsessus a genio malo.* Formula πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, in libris N. T. praeter hunc locum, non legitur. Interpretes eam vel prorsus silentio praeterierunt, vel explicationes protulerunt parum probabiles, idoneisque argumentis destitutas. Nonnulli opinati sunt vocabulo δαιμονίου singularem classem geniorum malorum indicari. *Paulus*, cum πνεῦμα, inquit, notare possit spiritum vel corpore praeditum, vel corpore destitutum; additus est genitiuus δαιμονίου, vt notaretur spiritus corpore non praeditus, hanc enim ait esse vocabuli δαιμόνιον significationem. In aliis libris legitur πνεῦμα δαιμόνιον ἀκάθαρτον, vel simpliciter

δαιμόνιον ἀκάθαρτον. *Morus* in Praelectt. ad h. l. et *Schleusnerus* in Lex. fub v. πνεῦμα arbitrati funt duas lectiones h. l. in vnam coaluiffe, et genuinam lectionem effe δαιμόνιον ἀκάθαρτον. Cum fcilicet alias δαιμόνιον copulatum non reperiatur cum ἀκάθαρτον, grammaticos fuper δαιμόνιον fcripfiffe putant πνεῦμα, librarios vero male fedulos hoc gloffema in textum recepiffe, ita, vt pro δαιμόνιον ἀκάθαρτον refcriberent δαιμονίου ἀκαθάρτου. Equidem lubenter *Mori* atque *Schleusneri* fententiae fubfcriberem, fi plures codd. et quidem e praeftantioribus addicerent; fi vulgaris lectio, (quod fuit *Mori* de ea iudicium) fenfu idoneo deftituta effet. Sed illa commodum fenfum praebet. Scilicet vt voces רוּחַ יְהוָה et πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, in literis facris de Deo vfurpantur, quatenus eft Spiritus, ita, vt quam faepiffime idem valeant quod יהוה et Θεός. vid. fupra v. 18. coll. Act. 3. 21. al. Sic etiam h. l. Lucas ad defignandum genium malum vfus eft verbis πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου pro fimplici δαιμόνιον ἀκάθαρτον, et Ioh. Apoc. 16, 14. eadem ratione fcripfit πνεύματα δαιμόνων.

34. 35. Vid. ad Marc. 1, 24. 25. — 35. ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον] *raptauit eum daemon in medium*; μέσον in medium np. fynagogae; epilepticis motibus homo proiiciebatur humi, et ibi iactabatur, cuius rei auctorem putabant effe genium malum. μηδὲν βλάψαν αὐτὸν eum reliquit, *nullo ei damno illato*, nempe illa membrorum distortione et corporis iactatione.

36. 37. Verba τίς ὁ λόγος οὗτος plures interpretes explicant: *qualis tandem haec vox eft*, quam potens, efficax vox eius; ita vt λόγος referatur ad verba Chrifti, quae v. 35. leguntur, Φιμώθητι καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ· Rectius tamen alii ea interpretantur: *quid hoc rei eft?* hoc inauditum eft; cum λόγος vt ῥῆμα (vid. Index) et Hebr. דבר faepius fignificet *rem*, et Marci loco parall, 1, 27. lega-

tur, τί ἐςι τοῦτο. ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ — ἐξέρχονται] *quod tam potenter geniis malis imperet, vt exeant.* Iudaeorum exorciſtae daemonia eiiciebant ita, vt varii generis medicamentis et exorciſmis vterentur. v. ad Matth. 4, 24. p. 130. 12, 27. ἐξουσία et δύναμις ſynonyma ſunt, iuncta ad augendam potentiae notionem. — 37. ἦχος περὶ αὐτοῦ, *fama de eo*, ἦχος, pro quo Marc. l. c. habet ἀκοή, propr. eſt *ſonus*, h. l. *fama, rumor*, reſpondet Hebr. קוֹל, quod Symmach. Iob. 39, 24. Pſ. 17, 14. expreſſit ἦχος, ſed Alexandrini Gen. 45, 16. Ier. 4, 15. φωνή, vbi φωνή *famam, rumorem* indicat.

38. Vid. Matth. 8, 14. Marc. 1, 29. Pro ἐκ τῆς συναγωγῆς cum pluribus optimae notae libris legendum eſt ἀπὸ τ. σ. vulgaris lectio ἐκ τ. σ. e Marci l. c. in hunc venit. συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῃ, *graui febri laborabat*; de vi ac poteſtate verbi συνέχεσθαι vid. ad Matth. 4, 24. ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς] *rogabant eum cognati, vt illam ſanaret*: ἐρωτᾷν enim, vt Lat. *rogare*, ſaepius quoque notat, *preces facere, precibus adire aliquem*, vt h. l. 7, 3. 36. vnde etiam Alexandrini Hebr. שׁאל modo reddiderunt ἐρωτᾷν, vt Iudd. 4, 20. 13, 6. modo αἰτεῖν, vt Exod. 3, 21. 1 Sam. 1, 17. vid. *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 708. et *Leusdenius* de Hebraiſmis N. T. p. 65. Marc. 1, 30. habet: λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς i. e. *ſignificarunt ei illius aegritudinem.*

39. ἐπιςὰς ἐπάνω αὐτῆς, *adſtans aegrotae*: ἐπάνω *iuxta, ad*, Hebr. על 2 Sam. 1, 9. עֲמָד־נָא עָלַי, *ſtes iuxta me*, *vbi* οἱ ὁ habent: ςῆθι ἐπάνω μου· add. Gen. 18, 2. Pſ. 137, 1. Ez. 25, 9. Dan. 12, 6. 7. ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ *vim febris coercuit, fregit*, ſimili modo ἐπιτιμᾷν legitur ſupra v. 35. καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν *eamque reliquit* ſc. ὁ πυρετός, quod nomen diſerte additum extat Matth. 8, 15. Marc. 1, 31.

41. Vid. Marc. 1, 32. σὺ εἶ ὁ Χριςὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, *tu es Messias, Dei filius*, vid. ad Matth. 8, 29. 12, 16. Luc. 1, 32. Marc. 1, 37. plures tamen codd. et verss. ὁ Χριςὸς omittunt, nec dubito quin adscripserint illud grammatici, tanquam interpretamentum verborum υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

42 ss. γενομένης δὲ ἡμέρας, *cum dies illuxisset.* Ita Xen. Cyrop. 1, 6, 19. ἐπειδὰν ἡμέρα γένηται. Mem. 4, 7. 19. ἐπεὶ ἑσπέρα ἐγένετο. Cyrop. 1, 4. 17. ἤδη δὲ ἑσπέρας γενομένης. Marc. 1, 35. habet: πρωΐ ἔννυχον λίαν. vbi v. not. εἰς ἔρημον τόπον *in solitudinem*, precandi caussa, vt Marcus addit 1, 35. ἐζήτουν αὐτόν, cf. Marc. 1, 37. e cuius loci collatione patet, discipulos Iesum certiorem fecisse de voluntate ac desideriis populi, qui eum secutus erat, et Iesum Simoni huiusque collegis respondisse ea, quae h. l. v. 43. leguntur. Accuratius ergo Marcus rem retulit. κατεῖχον *retinere eum* studebant, volebant. v. Luc. 1, 59. 74. ταῖς ἑτέραις πόλεσιν sc. τῆς Γαλιλαίας, coll. v. 44.

CAPVT V.

1. Iesus Petrum et Andream, Iohannem et Iacobum, qui eum iam Messiam agnouerant, ab eoque instituti erant, sed vitae sustinendae caussa artem piscatoriam porro exercuerant, v. Ioh. 1, 41 sqq. et not. ad Matth. 4, 18. iam comites perpetuos sibi adiungit. Haec vero narratio, quae hoc loco legitur, non est diuersa ab ea, quae Matth. 4, 18 sqq. Marc. 1, 16 sqq. extat, Lucas vero rem copiosius exposuit, Matthaeus et Marcus breuius. Hi posteriores,

eam prius euenisse docent, quam miracula ea a Iesu patrata essent, quae Matth. 4, 23 ss. Marc. 1, 16 ss. coll. v. 36. Luc. 4, 31 sqq. memorantur. Lucas post illa eam euenisse scribit, nec adeo accurate temporis ordinem secutus est, v. not. ad Matth. 4, 18. omnis enim narratio, quae h. l. 5, 1 — 11. proposita est, collocanda erat ante ea, quae 4, 31 sqq. notata sunt, et quae Luc. 4, 44. leguntur, ponenda erant post huius cap. v. 11. Sed neque Lucae, neque ei, qui in archetypo, quo Lucas vtebatur, hanc narrationem, quam prior pars c. 5. continet, in ordinem receperat, vel margini illius adscripserat, accuratius notum erat tempus, quo Iesus Petrum, Andream, Iacobum et Iohannem comites perpetuos sibi adiunxerat. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ — τοῦ Θεοῦ] *aliquando cum eum vrgeret multitudo populi doctrinae diuinae cupida:* ἐπικεῖσθαι respondet Latinorum *instare*, et proprie adhibetur de iis, qui hostes pressius persequuntur et premunt, vid. Xenoph. Anab. 4, 3. 7. 5, 2. 5. Polyb. 1, 19. Ioseph. Ant. 6, 14. 2. Eurip. Rhes. 101. h. l. vero legitur de populi multitudine, ita Iesum vndique premente, vt in nauigio paululum a litore remoto sedens populum docere cogeretur. Γεννησαρὲτ, vid. ad Matth. 4, 13.

2. 3. παρὰ τὴν λίμνην] *ad litus maris duo nauigia alligata erant.* ἑστῆναι, vt Lat. *stare*, etiam in libris scriptorum vtriusque linguae exterorum frequenter ponitur, de nauibus portum tenentibus. Hom. Il. Θ', 43. νῆες δέ τοι ἄγχε θαλάσσης ἑστᾶσ'. Virg. Aen. 6, 902. *anchora de prora iacitur, stant litore puppes.* add. Liu. 25, 25. cf. *Iensius* Fercul. liter. p. 44. *Palairetus* Obss. p. 169. et *Wetstenius* ad h. l. ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν] *nautae ex iis egressi erant.* Petrus, Andreas, Iacobus, Iohannes, qui erant nauigiorum possessores ac domini. ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα] *abluebant retia;* ἀποπλύνειν in versione Alexandrina respondet Hebr. שטף. Ez. 16, 9. Pro ἀπέπλυναν male in nonnullis libris legitur ἔπλυναν, saepius enim li-

brarii verba compoſita mutarunt in ſimplicia. vid. Ind. — 3. ἐπαναγαγεῖν ſcl. ναῦν, vox nautica, *a terra paulu-lum in altum prouehere*, vid. de hoc vſu verborum ἐπα-νάγειν et ἀνάγειν, atque de verbo κατάγειν, quod contra-riam vim habet, Obſſ. Miſcell. Vol. 3. p. 416. Vol. 6, p. 347. *Weſſelingius* et *Valckenarius* ad Herodo. 3, 39. 6, 41. infra not. ad 8, 22.

4. 5. χαλάσατε τὰ δίκτυα] *retia proiicite, et funi-bus in profundum dimittite.* Marc. 2, 4. Act. 9, 25. Spectabant haec verba Petrum et Andream, reliquosque qui in nauigio illo erant. εἰς ἄγραν, *ad capturam.* Et-enim ἄγρα proprie indicat *actionem capiendi*, *captionem*, *capturam*, atque adeo *venationem* vel *piſcatum*, vt h. l. Hom. Od. 12, 330. Aeſop. f. 17. Pauſan. 7, 5. p. 534. et *ipſam rem captam*, ſic de lepore ab aquila capto legi-tur ap. Xen. Cyr. 2, 4. 19. de piſcibus ap. Ariſtaenet. epp. 1, 7. et infra v. 9. ſic *captura* pro re capta ap. Plin. H. N. 10, 40. Pollux Onomaſt. 5, 1. ἄγραν οὐ μόνον τὸ ἔρ-γον, ἀλλὰ καὶ τὸ θηρώμενον καλοῦσι. — 5. ἐπιστάτα] *magiſter*, *doctor*, id. qd. aliis in locis ῥαββὶ, διδάσκαλε (vt h. l. cod. Cantabrig. e gloſſemate habet), κύριε Matth. 8, 25. Marc. 4, 38. In genere ἐπιστάτης notat, *prae-fectum*, *magiſtrum quemlibet*, vt Ex. 1, 11. vbi Alexan-drini hoc vocabulo expreſſerunt Hebr. שׂר; hinc paſtores gregis Sophocl. Ai. 27. vocantur ἐπιστάται· Auctor Ety-mol. M. ἐπιστάτης, ὁ ἐφεστηκὼς εἰς πρᾶγμα ὁτιοῦν, *qui rei, negotio cuilibet eſt praefectus.* Deinde vero hoc idem voca-bulum notat quoque *doctorem*, *praeceptorem* vt h. l. 8, 24. 45. 9, 33. 49. 17, 13. praeter Lucam nullus ſcriptorum ſacrorum hanc vocem adhibuit. Etymol. M. ἐπιστάται — πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου λαμβάνεται ἡ λέξις. vid. et *Kypkius* ad h. l. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν] *per totam noctem laborauimus, nec quic-quam cepimus:* λαμβάνειν dicitur de quacunque re quae capitur, vt de piſcibus h. l. Ariſtoph. Equitt. 861. de ſquil-

lis Ael. H. A. 1, 30. Caeterum monent interpretes, mirum vifum effe Petro artis pifcatoriae perito, hoc Iefu mandatum, legibus quippe illius plane aduerfum, quibus nec interdiu, reti coram oculis pifcium proiecto, (vid. ad Ioh. 21, 3.) nec in profundo maris, facile caperentur pifces; ideoque dubia haec fua modefte expofuiffe eum, attamen promte et alacriter Iefu mandatum perfeciffe. ἐπὶ τῷ ῥήματί σου, *te iubente:* ῥῆμα in verfione Alexandrina refpondet Hebraic. מִצְוָה, *praeceptum, mandatum.* Prou. 3, 1. Num. 35, 2.

6. 7. συνέκλεισαν, *incluferunt* fcl. in retia. ἰχθύων πλῆθος πολὺ, *magnam pifcium multitudinem*; eadem formula legitur quoque ap. Herodo. 1, 141. vid. *Raphelius* ad h. l. διεῤῥήγνυτο δέ τὸ δίκτυον αὐτῶν] fi vere ruptum fuiffet rete, nihil pifcium retinuiffent; ergo verti debent haec verba: *rumpi incipiebat*, vel, *parum aberat quin rumperetur*, verba enim completiua faepe inchoatiue accipienda funt, et vero etiam fimpliciter ita ponuntur, vt omiffum fit, *velle.* vid. Index, et *Glaffii* Phil. S. p. 188. Ita quoque v. 7. extr. verba ὥςε βυθίζεσθαι αὐτὰ verti debent: *vt fere mergerentur*, vel *mergi inciperent.* Phaedr. 4, 21. 9 fq. *Adfcendit nauem, quum tempeftas horrida fimul et vetuftas medio disfoluit mari*, vbi *disfoluit* inftantem disfolutionem indicat. v. ibi *Burmanus.* — 7. καὶ *itaque*, datis fignis, in auxilium vocabant, annuebant, τοῖς μετόχοις focios, Iacobus et Iohannes intelliguntur, qui in altero nauigio erant. τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοὺς pofitum eft pro τοῦ ἐλθεῖν i. e. εἰς τὸ ἐλθεῖν, καὶ συλλαβέσθαι, *vt venirent, ipfosque iuuarent.*

8. 9. προςέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ] more fupplicum, qui genibus aliorum fe aduoluebant et ea contrectabant. v. *Dougtaei* Analecta S. p. 47. ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι] *exi* e nauigio, vel omnino, discedas a me, *fum enim peccator*, non fum dignus, in cuius

naue tu praesens sis, vox animi submissi. Videtur Petrus haec locutus esse, cum iam nauigium ad litus appulisset. Caeterum apposite ad h. l. notauit *Grotius*: „sicut angelos videre metuebant pii homines, communis imbecillitatis conscientia, ita etiam eorum verebantur praesentiam, quos a Deo singulariter missos agnoscebant." vid. Iudd. 6, 22. 23. 13, 21 ss. Dan. 10, 7. 1 Regg. 17, 18. et libr. nostr. *Geschichte d. Jüd. Volks für denkende Leser d. Bibel.* p. 100. *Elsnerus* contra, haec verba interpretanda esse censet ex more eo, quo cum hominibus grauiorum scelerum reis (cuiusmodi tamen homo Petrus non erat) in eadem naui esse recusabant. v. Aelian. H. V. 8, 5. Philostrat. 5, 20, add. Selecta e scholis Valckenarii in N. T. Vol. 1. p. 107. Affertur iam (v. 9.) huius precationis caussa: θάμβος γὰρ περιέσχεν κ. τ. λ.] *horror occupauerat Petrum et socios ipsius*, qui vna cum eo in eodem nauigio erant. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον propter pisces captos, propter piscium, quos ceperant, insignem multitudinem. Formula ἄγραν λαμβάνειν *capturam facere* ita quoque legitur ap. Ael. H. A. 1, 2. Eurip. Orest. 1346. ᾗ positum est pro ἣν, sed articulus postpositiuus solet casu conuenire cum nomine praecedente, etsi sequens verbum alium requirat. vid. *Wolfius* in Curis, *Kypkius* ad h. l. et *Raphelius* Not. Polybb. p. 194.

10. 11. Iesus Petrum bono animo esse iubet. Noli, inquit, me qui sim legatus diuinus metuere, sis in posterum arctiori mecum necessitudinis vinculo coniunctus, sis meus discipulus et doctor hominum; ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν, *in posterum homines capies*, imago quae sponte sese Iesu tunc temporis offerebat. Verba autem venandi et piscandi a Graecis atque Hebraeis perquam frequenter ponuntur de iis, qui sibi vel aliis aliquem conciliant. v. Ioseph. Ant. 13, 6. 2. Xen. Mem. 2, 6. 8. *Wetstenius*, *Schoettgenius*, *Loesnerus* et *Segaarius* ad h. l. add. not. ad Matth. 4, 22. Illi vero, Petrus, Andreas, Iaco-

bus et Iohannes, subductis in terram nauigiis, arti piscatoriae valedixerunt, et constanter deinceps Iesu adhaeserunt.

12 — 14. Vid. Matth. 8, 2 sqq. *μιᾷ* pro *τινὶ* v. ad Matth. 8, 18. *ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, sed abi et sacerdoti te siste.* Transit scriptor ab oratione obliqua ad rectam. Similis locus ap. Arrian. Expedit. Alex. 5, 11. de Alexandro: *παρηγγέλλετο δὲ Κρατερῷ μὴ διαβαίνειν τὸν πόρον — ἢν δὲ μέρος μέντοι τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν Πῶρος ἐπ' ἐμὲ ἄγῃ μέρος δέ τι ὑπολειφθῇ αὐτῷ ἐπὶ στρατοπέδου καὶ ἐλέφαντες, σὺ δὲ δικαίως μένειν κατὰ χώραν. Imperatum autem erat Cratero, ne amnem transiret — si vero Porus parte exercitus sumta in me contendat, partemque aliam cum elephantis apud castra relinquat, tunc aequum est, vt maneas tuo loco.* Exempla huius loquendi rationis plura attulerunt *Kypkius* ad h. l. et *Raphelius* Obss. Xenoph. ad Act. 1, 4. *προσένεγκε* scl. *τὸ δῶρον*, v. Marc. 1, 44.

15. 16. *ὁ λόγος, rumor, fama,* vt ap. Thucyd. 6, 46. *ἐπειδὴ διῆλθεν ὁ λόγος.* Xen. Cyr. 4, 2. 10. *καὶ λόγος διεδόθη, erat rumor sparsus.* ib. 5, 2. 34. *ἐκ κακῶν λόγων, ex aduersis rumoribus.* — 16. *ἦν ὑποχωρῶν* pro *ὑπεχώρει, secedebat, se subducebat,* quo sensu hoc verbum etiam legitur ap. Xen. Cyr. 3, 1. 2. 6, 4. 3. *ἐν ταῖς ἐρήμοις* scl. *χώραις* pro *εἰς τὰς ἐρήμους*, in solitudinem. *καὶ προσευχόμενος* scl. *ἦν* pro *προσηύχετο.* vid. Marc. 1. 35. 45.

16. *καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν — καὶ Ἱερουσαλήμ die quodam docebat, assidentibus Pharisaeis iisdemque legisperitis, qui confluxerant ex omnibus vicis Galilaeae, Iudaeae et ipsis Hierosolymis.* Non accuratius tempus et locum constituit Lucas; e Marc. 2, 1. et Matth. 9, 1. patet, Iesum docuisse Capernaumi, in domo, quam ipse ibi

habitaret. νομοδιδάσκαλοι iidem, qui aliis in locis dicuntur νομικοὶ et γραμματεῖς, coll. v. 21. vid. not. ad 11, 45. καὶ δύναμις κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτοὺς] per κύριον plures interpretes Chriftum ipfum intelligunt, atque haec verba explicant: vis Chrifti fefe exferebat in fanandis aegrotis. Alii vero rectius, vt videtur, ad ἦν fubintelligunt μετ' αὐτοῦ, et per κύριον intelligunt Deum, vt fenfus fit, vis diuina eum in aegrotis fanandis adiuuabat. Ambigunt porro interpretes, quo referendum fit pronomen αὐτούς· haud pauci eo refpici putant Pharifaeos et legisperitos paulo ante memoratos. Cum vero nuspiam legatur, Iefum Pharifaeos legisque peritos fanaffe, cum homines ifti v. 21. eum calumniati effe dicantur; alii verbum ἰᾶσθαι improprie capiendum effe autumant, doctrina fua eos ad faniorem mentem reducebat, v. *Koecherus* in Analect. ad h. l. repugnante tamen omni orationis ferie, cum ftatim fequatur exemplum hominis a Chrifto tunc temporis fanati. Rurfus alii αὐτοὺς referunt ad aegrotos, quorum v. 15. mentio facta eft. Sed ab illis iam dudum fecefferat Chriftus, et in deferto aliquamdiu degerat. v. *Wolfius* ad h. l. Intelliguntur potius per αὐτοὺς fcl. τοὺς ἀσθενοῦντας, aegroti illius oppidi, ad Chriftum adducti. Solent enim Hebraei pronomen relatiuum ponere, cum nullum nomen praeceffit, quod tamen ex orationis ferie facile fubintelligi poteft, vt Matth. 1, 11. vid. *Glaffii* Phil. S. p. 158 fqq.

18. 19. Vid. Matth. 9, 2. Marc. 2, 3. ἄνδρες pro τινὲς, qua eadem ratione Hebraei vfurpare folent voc. איש vid. *Fifcherus* ad *Leusdenium* de Hebraifm. pag. 46. — 19. διὰ ποίας fcl. ὁδοῦ, quod vocabulum faepius omittitur. v. *Fifcheri* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 259. Obff. Mifcell. Vol. 6. p. 293. θύρας vel μηχανῆς fubintelligi vult *Segaarius* ad h. l. Sed pro διὰ ποίας, cum codd. pluribus fimpliciter legendum eft ποίας, ita vt fubaudiatur διὰ, quam particulam adfcripferunt gramma-

tici. ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα] *tectum conſcendebant: δῶμα, domus*, quo vocabulo Alexandrini vſi ſunt ad exprimendum Hebraicum nomen גַּג *tectum*. v. Ioſ. 2, 6. 1 Sam. 9, 25. Ieſ. 15, 3. 22, 1. h. l. notat *tectum*, vt Matth. 24, 17. 10, 27. Herodi. 2, 6. 19. 7, 12. 12. vid. *Albertius* ad Matth. 24, 17. *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 12. *Krebſius* ad Act. 10, 9. διὰ τῶν κεράμων, *per tegulas*. v. *Kypkius* et *Wetſtenius* ad h. l. Caeterum cf. not. ad Matth. 9, 3 ſqq. Marc. 2, 3 ſs.

26. καὶ ἔκστασις ἔλαβεν πάντας, *ſumma omnes admiratio cepit;* Hom. Il. λ', 402. Φόβος ἔλλαβε πάντας. Xen. Cyr. 5, 5. 6. ἄχος αὐτὸν ἔλαβεν· add. infra 7, 16. καὶ ἐπλήσθησαν Φόβου *et obſtupefacti: Φόβος* vid. ad 1, 65. ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον] *inſolita hodie euenta vidimus: παράδοξα* dicuntur *quae ſunt contra opinionem et exſpectationem omnium; mira, inſolita, inuſitata.* Heſychius: παράδοξον, θαυμαστὸν, ἀπροσδόκητον. Theophr. Char. 1, 3. παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα, *mira narras, incredibilis mihi res videtur*, vbi v. Ind. *Fiſcheri.* Xen. Cyr. 7, 2. 16. πάνυ παράδοξα λέγεις. Plin. epp. 9, 26. *ſunt maxime mirabilia, qui maxime inexſpectata, vtque Graeci magis exprimunt παράδοξα.* Diod. Sic. p. 45. C. Rhod. παράδοξον θέαμα, *inſolitum et admirandum ſpectaculum.* vid. *Münthius* et *Loesnerus* ad h. l. *Irmiſchius* ad Herodian. 1, 1. p. 23. et quos ibi laudauit; *Cuperus* Obſſ. 1, 4. p. 25. et *Dorvillius* ad Charit. p. 206. Interpretes V. T. Graeci hoc vocabulo reddiderunt Hebr. נִפְלָאוֹת, vt Aquila Pſ. 138, 14. vbi οἱ ό habent θαυμάσια· Pſ. 118, 22. vbi οἱ ό et Symmach. vſi ſunt voc. θαυμαστή· ap. Sirac. 43, 25. θαυμάσια ἔργα et παράδοξα tanquam ſynonyma iunguntur. add. Sap. 5, 2. 19, 5. 16, 17. Spectabant autem Iudaeorum verba εἴδομεν παράδοξα σήμερον, non tantum, vt *Paulus* voluit, verba Chriſti: ἀΦέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, (v. 23. coll. Matth. 9, 3.) ſed omnem rem quae modo euenerat.

27. 28. Vid. not. ad Matth. 9, 9 sqq.

29. 30. δοχὴν μεγάλην] *epulas lautas: δοχὴ epulum, conuiuium*, Hebr. מִשְׁתֶּה, Gen. 21, 8. ἐποίησε Ἀβραὰμ δοχὴν μεγάλην· add. 3 Esdr. 3, 1. Diod. Sic. 17, 105. dixit, ὑποδοχὴν ποιεῖσθαι. Hefychius: δοχήν, ἄριστον. κατακείμενοι, vid. Marc. 2, 15. — 30. καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν] *indigne ferentes legisperiti eorum: αὐτῶν* in nonnullis codd. et verff. deeft, male ac perperam; nempe omiferunt hoc pronomen librarii, quoniam ignorabant, quo illud referendum effet. Disfentiunt quoque interpretes in eo interpretando. Sunt qui αὐτῶν de Chrifti difcipulis explicent, atque ἐγόγγυζον αὐτῶν vertant, *obmurmurabant illis*, ita vt vel fubintelligatur praepofitio κατὰ, vel ἐγόγγυζον pofitum exiftimetur pro κατεγόγγυζον, verba autem πρὸς τοὺς μαθητὰς coniungantur cum participio λέγοντες. vid. *Boifius* ap. *Wolfium* in Curis, *Er. Schmidius*, et *Hammondus* ad h. l. Sed his ambagibus non opus eft; imo γραμματεῖς αὐτῶν funt, vt recte ftatuerunt *Lud. de Dieu*, *Grotius*, *Rofenmüllerus*, *Boltenius*, *Paulus*, alii, *legisperiti illius loci*, *legisperiti Capernaumitarum* vel *Galilaeorum*, vt Matth. 11, 1. vid. et not. fupra ad v. 17. τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν. cf. not. ad Matth. 5, 46.

32 — 35. Vid. Matth. 9, 13 fqq. — 33. Matthaeo auctore, qui l. l. accuratius enarrauit, quae hic referuntur dixerunt Iohannis difcipuli. Neque neceffe eft vt cum *Valckenario* in Scholis in N. T. Vol. 1. p. 114. οἱ δὲ pofitum accipiatur pro τινὲς δὲ *quidam vero*, vt Matth. 28, 17. πυκνά, *frequenter*, *crebrius*, pro πυκνῶς· Hom. Il. σ', 318. πυκνὰ μάλα στενάχων. Odyf. ρ', 198. πήρην πυκνὰ ῥωγαλέην. Ariftoph. Vefp. 1105. πυκνὸν νεύοντες εἰς τὴν γῆν. Xen. Anab. 6, 1. 4. ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος. add. Theophraft. Char. 28. Matth. 9, 14. pro πυκνὰ habet πολλὰ, quod pofitum eft pro πολλάκις. —

34. Num poteftis, vel vultis (vid. ad Marc. 6, 5.) efficere, auctores effe, vt ieiunia agant amici fponfi, quamdiu cum fponfo verfantur? v. Matth. 9, 15. — 35. Particula *καὶ* ante *ὅταν*, vel ex Hebraifmo redundat (omittunt eam Matth. l. l. et Marc. 2, 20.) vel exprimenda eft, *nempe*, *fcilicet*; aliquando, nempe, cum etc. *Hombergius* in Parergis p. 129. et *Abrefchius* Annotatt. p. 571. *καὶ* conftruunt cum *τότε νηστεύσουσι*, venient dies, et cum fublatus fuerit ab iis fponfus, tunc ieiunabunt. Laudant hanc in rem Marc. 14, 9. *καὶ, ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται.*

36. Vid. Matth. 9, 16. 17. *οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου κ. τ. λ.*] *ἐπίβλημα assumentum*, *panniculus pallio assutus.* Pro *ἱμάτιον καινὸν veftimentum* f. *pallium recens*, Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. legitur *ῥάκος ἄγναφον*, *pannus recens.* Senfus idem manet. Opponitur *ἱμάτιον παλαιὸν* hoc eft *pallium detritum*. *εἰ δὲ μήγε*, *alioqui*, *τὸ καινὸν* fcl. *ἐπίβλημα* (vid. v. extr.) *σχίζει* nempe *τὸ παλαιὸν ἱμάτιον*, *rumpet recens*, *panniculus assutus*, *pallium vetuftum*. v. loc. parall. Additur alia ratio *καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ*] *neque vetufto congruit recentis pallii assumentum.* Vocem *ἐπίβλημα* v. extr. plures codd. omittunt, poft *καινοῦ* legitur in cod. D. hinc a grammaticis ea adiecta, atque adeo ex ordine eiicienda effe videtur, omiffa tamen, vt contextus docet, fubintelligi debet.

39. *καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν κ. τ. λ.*] *neque aliquis vino vetere vfus, ftatim recens bibere cupiet, quia vetus praeftantius exiftimabit.* Senfus fimilitudinum, quas praecedentes verfus continent, omnino eft: nemo facere folet quae funt aliena a loco et tempore. Haec generalis fententia etiam v. 39. exprimitur. Sed Iefus duabus prioribus fimilitudinibus fpeciatim exprimere volebat fententiam hanc: difciplinam fuam *nouam et praeftantiorem* alienam effe a difciplina *antiqua et feuera* Pharifaeorum, non poffe infti-

tuta ceremonialia doctrinae fuae tanquam neceffario obfervanda adiungi. v. not. ad Matth. 9, 16. Itaque non fatis accurate fententia v. 39. expreffa, quam Lucas folus feruauit, cum antecedentibus cohaeret, et videtur Iefus hanc fententiam, quam Lucas in archetypo fuo h. l. notatam reperiebat, alio tempore protuliffe. Hinc etiam interpretes in exponendis hisce verbis variant. Alii Pharifaeorum feueritatem et aufteritatem vino nouo, Chrifti lenitatem vino veteri comparari autumant. Sed in praecedentibus vinum recens, et pallium recens, Chrifti difciplinam adumbrabant. Quare alii per vinum vetus, Pharifaeorum placita intelligunt, et hunc fenfum verbis fubftituunt: vos Pharifaei adfueti eftis, nimis adhaerefcitis Pharifaeorum inftitutis ac placitis, adeoque ea praeftantiora putatis mea noua difciplina. Haec tamen fententia verbis intruditur, non ineft, neque difciplina Pharifaeorum, quam Chriftus ipfe aufteram, et tanquam porro inutilem, abrogandam effe docebat, cum vino vetere et praeftantiore comparari poterat. χρηστὸς quod refpondet Hebr. טוב Pf. 33, 8. 68, 20. 85, 4. et יָקָר *praeftans*, *pretiofus* Ez. 28, 13. eft vel *fuauis*, *delicatus*, fic χρηστὸς de guftu et fapore grato legitur ap. Theophr. Char. 2, 4. vid. et *Kypkius* et *Raphelius* Obff. Herodott. ad h. l. vel *praeftans*, fic χρηστὸς adhibitum extat 1 Macc. 6, 11. 3 Efdr. 8, 57. et de vino ap. Athen. 13. p. 585. Caeterum vini veteris bonitatem et praeftantiam antiquitus prouerbio celebratam fuiffe, pluribus exemplis docuerunt *Wetftenius* et quos laudauit *Wolfius* ad h. l.

CAPVT VI.

1. Ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, *sabbato primo post secundum diem Paschatos;* haec enim huius vocis interpretatio, quae *Scaligerum* auctorem habet, quem plurimi interpretes secuti sunt, reliquis interpretationibus omnino praeferenda videtur, cum nitatur argumentis historicis, vid. not. ad Matth. 12, 1. add. *Lightfootus* ad Matth. l. c. *Henkii Neues Magazin für Religiosphilos., Exegese u. Kirchengesch.* B. 2. St. 4. Alias aliorum coniecturas collegerunt *Wolfius* in Curis, *Koecherus* in Analect. ad h. l. *Rusius* in Harmon. Euangg. p. 639 sqq. add. *Marshius* in *Anmerkk. zu Michaelis Einleit.* Theil 2. p. 61. ἐγένετο — διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, *per agros messibus vestitos transibat.* vid. ad Marc. 2, 23.

2. αὐτοῖς, quod a praestantioribus libris abest, et pro quo in aliis libris legitur αὐτῷ, in aliis πρὸς αὐτοὺς, glossema redolet. Caeterum cf. notata ad Matth. 12, 2 sqq. et Marc. l. c.

6 — 9. Vid. Matth. 12, 9 sqq. Marc. 3, 1. αὐτοῦ est genitiuus obiecti, vnde in nonnullis codd. ex interpretamento legitur κατ᾽ αὐτοῦ. — 7. παρετήρουν vid. ad Marc. 3, 2. — 9. ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· ἔξεστι κ. τ. λ.] in multis codd. et verss. coniungitur τι cum sequentibus: ἐπερωτήσω ὑμᾶς· τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν κ. τ. λ. *interrogabo vos: ecquid licet die sabbati bene an male facere?* vt adeo τί sit idem quod πότερον· sed vulgaris verba distinguendi ratio, qua τι cum ἐρωτήσω coniungitur, et post τι plene interpungitur; *quaestionem vobis proponam: licetne* etc. vtpote simplicissima praeferenda videtur, et confirmatur ea loco Matth. 21, 24. vbi simili praefatione Christus inter-

regationem exorditur. *ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀπολέσαι*] *vitam seruare an perdere? ψυχὴ*, נפש, *vita*, v. Matth. 6, 25. Pro *ἀπολέσαι* magnus codd. numerus habet *ἀποκτεῖναι*, quam lectionem rectiſſime *Griesbachius* et *Matthaeius* in ordinem receperunt, reſcripſerunt nimirum grammatici *ἀπολέσαι*, quoniam alias in hac formula, *σῶσαι* et *ἀπολέσαι* ſibi inuicem opponi ſolent, v. infra 9, 56. Matth. 10, 39. 16, 25. et quoniam *ἀπολέσαι* Marci loco parall. 3, 4. legitur. Caeterum haec vltima verba, exempli loco et explicationis cauſſa adiecta ſunt, neque adeo ad hominem aegrotum in ſynagoga praeſentem referenda, quaſi ille periturus fuiſſet, niſi Chriſtus eum illo ipſo die ſabbati ſanaſſet.

10. Pro *ἀνθρώπῳ* cum plurimis codd. legendum eſt *αὐτῷ*· vulgaris lectio originem ſuam debet grammaticis, qui eam e locis parallelis adſcripſerant. *ἀποκατεστάθη*, v. Matth. 12, 13. multi codd. legunt *ἀπεκατεστάθη*. vid. *Fiſcherus* Animaduerſ. ad Weller. Vol. 2. p. 292. 298. *ὑγιὴς* codd. diuerſarum recenſionum plures omittunt, e Matth. 12, 13. in hunc locum veniſſe videtur; ſuſpecta quoque ſunt verba vltima *ὡς ἡ ἄλλη*, quae tamen a paucioribus codd. abſunt.

11. *αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας*] *illi vero repleti ſunt furore*: *ἄνοια*, *inſania*, *furor*, *rabies*, vt Thucyd. 3, 48. Diod. Sic. p. 341. D. 2 Macc. 4, 6. 14, 5. 15, 33. v. *Münthius* et *Sigaarius* ad h. l. *διελάλουν πρὸς ἀλλήλους*, *conſultarunt inter ſe*, Marc. 3, 6. *συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτόν*. Pro *τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ*, *quomodo Ieſum tractarent* ſ. *ei nocerent*, Matth. et Marc. habent *ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν*.

12. Vid. Comment. in Matth. p. 137. A. *Illo fere tempore Ieſus montem*, *preces facturus*, *petiit*. *εἰς τὸ ὄρος*, in montem Capernaumo vicinum. vid. Luc. 7, 1. Matth. 8,

1. 5. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προςευχῇ τοῦ Θεοῦ] *et noctem insomnem transegit ad Deum precando.* Per προςευχὴν τοῦ Θεοῦ *Drusius*, *Hammondus* ad h. l. et *Olearius* ad Matth. p. 171. alii, intellexerunt *proseucham, oratorium Iudaeorum* (de proseuchis Iudaeorum v. *Vitringa* de Synag. Vet. p. 119. 217. 1109. et *Valesius* ad Euseb. H. E. p. 27.) et ad hanc sententiam suam stabiliendam his fere argumentis vsi sunt: oratoria Iudaeorum erant extra oppida, v. Act. 16, 13. eiusmodi oratorium aeque recte dici potuit προςευχὴ τοῦ Θεοῦ, ac templum, ναὸς τοῦ Θεοῦ 26, 61. et 2 Thess. 2, 4. προςευχὴ τοῦ Θεοῦ, vt significet *preces ad Deum*, a simplicitate orationis sacrae alienum est; verbum διανυκτερεύειν *noctem consumere*, *insomnem ducere*, *vigilare*, proprie locum aliquem respicit, in quo nox exigatur. Sed haec argumenta nullius ponderis sunt. Etenim διανυκτερεύειν non tantum de locis dicitur, sed etiam de rebus atque negotiis, in quibus aliquis versatur, vt Diod. Sic. 13, 62. οἱ δ' ἐν τῇ πόλει καταλειφθέντες διενυκτέρευον μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῶν τειχῶν· alios locos plures hanc in rem laudauit *Kypkius* ad h. l. Porro τοῦ Θεοῦ est genitiuus obiecti, qui centies in libris N. T. recurrit, v. Matth. 10, 1. supra v. 7. Act. 4, 9. v. *Wolfius* in Curis ad h. l. formula ergo προςευχὴ τοῦ Θεοῦ omnino notare potest *preces ad Deum*, et simili ratione dixit Liu. 2, 8. *inter precationem Deum.* Praeterea si de oratorio sermo h. l. esset, Lucas haud dubie, omisso τοῦ Θεοῦ, scripsisset, ἐν τῇ προςευχῇ τινι.

13. καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, vid. ad Luc. 4, 42. προςεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, *aduocauit, arcessiuit sectatores suos*, qui tunc temporis cum eo erant. ἀποςόλους, *legatos et voluntatis suae interpretes*, Hebr. שְׁלוּחִים. v. *Schoettgenius* ad h. l. Ita שָׁלוּחַ de nuntio, vices mittentis gerente legitur 1 Regg. 14, 4. vbi οἱ ό habent ἀπόςολος, quo eodem vocabulo Aquila expressit Hebr. nomen צִיר Ies. 18, 2. quod Alexandrini vertere solent πρέσβυς.

Thom. Mag. ἀπόϛολος, ὁ ἀπεϛαλμένός. vid. ad Matth. 10, 2.

14 — 16. Vid. not. ad Matth. 10, 2 ſqq. ὃς καὶ ἐγένετο προδότης, vid. ad Marc. 3, 20.

17. ἔϛη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, vid. Commentar. in Matth. p. 138. ὄχλος μαθητῶν non tantum duodecim Apoſtoli, ſed et alii diſcipuli et ſectatores Chriſti. vid. ad Matth. p. 138. τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος] *e maritimo Tyri atque Sidonis tractu.* Vocabulum παράλιος adhibetur de iis, quae ad mare ſita, vel mari proxima ſunt. v. Herodo. 7, 61. Ariſtoph. Ran. 1103. Acharn. 1157. ſubintelligi autem debet h. l. χώρας vel γῆς, vt ap. Ioſeph. Ant. 13, 20. τῶν γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ Πτολεμαΐς αὐτῷ καὶ Γάζα μόναι χειρωθῆναι ὑπελείποντο. Longus Paſt. 2, 13. κακουργεῖν αὐτῶν τὴν παραλίαν. Iudith. 5, 22. οἱ κατοικοῦντες τὴν παραλίαν· ib. 7, 8. οἱ ϛρατηγοὶ τῆς παραλίας. 1 Macc. 11, 8. ἐκυρίευσε τῶν πόλεων τῆς παραλίας. add. Diod. Sic. 3, 17. *Kypkius*, qui plura alia hanc in rem loca attulit. Obſeruauit praeterea *Segaarius* ad h. l. vocem παράλιος maxime de regionibus et locis vſurpari, perrarenter autem de vrbibus, de his adhiberi potius voces παραθαλάσσιος et παραθαλασσίδιος, vt ap. Thucyd. 6, 62. etc. Ioſephus quidem, vt *Kypkius* ad h. l. notauit, Caeſaream ſaepe vocat τὴν παράλιον Καισαρείαν, vt Ant. 13, 19. B. I. 1, 3. al. ſed fecit hoc, quo diſcerneret eam ab aliis huius nominis oppidis; Tyrum vero et Sidonem vrbes eſſe maritimas, nemo ignorabat, ſuperuacaneum ergo prorſus h. l. additamentum iſtud fuiſſet, ſi de his ipſis vrbibus ſermo eſſet.

18. οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων] *a geniis malis vexati*: ὀχλεῖσθαι, vt ἐνοχλεῖσθαι notat, *turbari, vexari.* Xen. Anab. 2, 5. 13. ἔθνη — ἐνοχλοῦντα τῇ ὑμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ. Cyrop. 5, 4. 34. ὅσα μὲν ὠφε-

λεῖσθαί ἐςιν — ταῦτα ἀπελαύομεν· ὅσα δὲ ἐνοχλεῖσθαι — τούτων ἐμποδὼν ἦμεν· 2 Marc. 11, 31. οὐδεὶς αὐτῶν κατ' οὐδένα τρόπον ὀχληθήσεται. add. Ael. H. V. 3, 19. cf. et *Loesnerus* ad h. l. maxime tamen haec verba adhibentur de iis, qui morbis grauioribus laborant, ita, vt vel additum fit ὑπο νόσου, vel omiſſum, vt Herodi. 3, 2. ὁ δὲ Πλαυτιανὸς ὁρῶν τὸν μὲν Σεβῆρον πρεςβύτην τε ἤδη καὶ συνεχῶς ὑπὸ νόσου ἐνοχλούμενον. Diod. Sic. p. 203. D. ὑπὸ νόσων ἰδιοτρόπων ἐνοχλούμενοι. Tob. 6, 7. ἐάν τινα ὀχλῇ δαιμόνιον, ἢ πνεῦμα πονηρόν. Act. 5, 16. ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. Gen. 48, 1. ὅτι ὁ πατήρ σου ἐνοχλεῖται ſcl. ὑπὸ νόσου, vbi in textu Hebraico extat verbum חלה, *aegrotauit.* add. 1 Regg. 19, 14. 30, 13.

19. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ] *omnis turba eum tangere cupiebat:* ὄχλος, *turba*, nempe aegrotorum coll. v. 18. hi eum volebant tangere, vt ſanarentur. vid. notat. ad Matth. 9, 21. add. Marc. 6, 56. ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἰᾶτο πάντας] *nam exſerebat ſe eius potentia, ita, vt ſanaret omnes* h. e. cum viderent, adeo efficacem eſſe ipſius potentiam, vt omnes aegrotos ſanaret: ἐξέρχεσθαι vt Hebr. יצא Ruth. 1, 13. eſt id. qd. ἐνεργεῖν, vid. ad Matth. 9, 21.

20. Orationem a Ieſu in monte habitam, quam Lucas h. l. attulit, eandem eſſe cum illa quam Matth. c. 5 ſqq. literis conſignauit, pluribus demonſtrauimus in Commentar. in Matth. p. 134. Nihilo ſecius tamen magna inter vtramque deprehenditur diuerſitas. Exhibuit Lucas epitomen orationis montanae breuiorem et contractiorem, plures ſententiae, quas Chriſtus illo tempore enuntiauit, quasque Matthaeus referuauit, apud Lucam non leguntur, v. Matth. 5, 5. 7. 8. 9. etc. plures vero etiam ſententiae, quae apud Matth. leguntur, modo paucioribus v. 20. 21. coll. Matth. 5, 3. 4. 5.: Luc. 6, 35 extr. coll. Matth. 5, 45. modo pluribus, aliisue verbis apud Lucam expreſſae

v. 21. 25. coll. Matth. 5, 4.: Luc. v, 22. coll. Matth. 5, 11.: Luc. 7, 46. coll. Matth. 7, 21. alioue ordine poſitae reperiuntur v. 27. 29. coll. Matth. 5, 44. 39. 40. 42.: Luc. 31. coll. Matth. 7, 12. inſertae praeterea ſunt orationi quam Lucas retulit, ſententiae plures, quas Chriſtus illo tempore non propoſuit. vid. v. 24. 25. 39. 40. 45. Variae poſſunt harum diuerſitatum cauſſae afferri. Verba Chriſti dicentis non ſtatim calamo excipiebantur, ſed ſerius, prouti in memoriam ſcribentis ſententiae, formulae, verba redibant, literis conſignabantur. Lucas hanc orationem ita reddidit, vt ea legebatur in gnomologia, quam in conſcribendis commentariis adhibebat. Matthaeus, qui omnino ſpecimen doctrinae Chriſti proponere vellet, hanc ipſam ob cauſſam, varii generis ſententiis, alio tempore ac loco a Chriſto dictis, augebat orationem montanam in ſua gnomologia repertam, vid. ad Matth. p. 139. in Lucae vero gnomologia appoſitae erant in margine, vel etiam in ordinem receptae, ſententiae alio tempore et loco a Chriſto dictae, ſimiles ſententiis in monte illo enuntiatis, vid. ad v. 24. quas adeo Lucas, qui non fuiſſet teſtis auritus, integras nec interpolatas reddebat. *καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ*] *oculis ad ſectatores ſuos conuerſis*: vocabulum *μαθητὰς* latiori ſenſu capiendum et intelligendum eſſe de Apoſtolis, diſcipulis et ſectatoribus Chriſti, tunc temporis praeſentibus, oſtendimus ad Matth. p. 138.

21. *μακάριοι οἱ πτωχοὶ — μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν*] *beati pauperes, — beati qui nunc eſuriunt.* Apud Matth. 5, 3. 6. legitur: *μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι — μακάριοι οἱ πεινῶντες — τὴν δικαιοσύνην.* Scilicet auctor gnomologiae Lucae, vt ſolent ii, qui breuiter quaedam annotant, quo ea memoriae aſſeruent, ſimpliciter ſcripſerat עֲנָוִים (*πτωχοὶ*) atque רְעֵבִים (*πεινῶντες*) eodem tamen ſenſu haec verba ceperat, quo apud Matthaeum verba *οἱ πτωχοὶ* et *οἱ πεινῶντες τὴν δικαιοσύνην* poſita leguntur,

adeoque per τοὺς πτωχοὺς intellexerat *eos qui agnoſcunt et ſentiunt, quam rudes ſint doctrinae diuinae, quique adeo modeſte de ſe iudicant et ſentiunt*, atque per πεινῶντας τὴν δικαιοσύνην *doctrinae Chriſti cupidos*. Lucas vero, qui non fuiſſet praeſens, cum Chriſtus orationem montanam haberet, illa ipſa verba עניים (πτωχοὶ) et רעבים (πεινῶντες) in gnomologia nude ac ſimpliciter poſita, proprie accepit, de *pauperibus*, *inferioris ſortis hominibus inopia et egeſtate preſſis*, nec vero etiam ea facile aliter in hac orationis cohaerentia intelligere potuit. Etenim omiſſae ſunt huius orationis initio apud Lucam, atque adeo in eius gnomologia omiſſae erant omnes illae enuntiationes, quae Matth. 5, 5 — 9. leguntur, quibus Chriſtus docuit, quomodo animati eſſe deberent ii, qui vellent eſſe ſectatores ipſius hoc nomine digni, quae quidem enuntiationes aperte demonſtrant, verba πτωχοὶ, πεινῶντες, Matth. l. c. non accipi poſſe de pauperibus, inopia preſſis. vid. notat. ad Matth. 5, 3. 4. Cum ergo illae enuntiationes, quae Lucam docere potuiſſent, πτωχοὺς, πεινῶντας, tropice commemoratos eſſe, a gnomologia Lucae abeſſent; cum ſententiae v. 21 — 23. propoſitae, e gnomologia repetitae, deſcribant conditionem et fortunam ſectatorum Chriſti; cum ſententiae, quas v. 24 — 26. continent, oppoſitae ſint ſententiis v. 20. et 21. prolatis: μακάριοι οἱ πτωχοὶ — οἱ πεινῶντες — οἱ κλαίοντες· et aperte agant de opulentis ac diuitibus, laeta forte fruentibus; neminem facile futurum eſſe ſperamus, qui non perſpiciat, Lucam, cuius menti obuerſaretur quoque effatum Chriſti, πτωχοῖς εὐαγγελίζεται, v. Luc. 4, 18. Matth. 11, 5 ibique not., vix aliter verba πτωχοὶ, πεινῶντες, intelligere potuiſſe, quam proprie, de pauperibus, inopiaque preſſis. Lucam vero etiam haec verba ita intellexiſſe, vel docere poteſt particula νῦν (quae Matth. 5, 3. 4. 6. deeſt), quam ipſe inſeruit ſententiis v. 21. allatis. Legitur nimirum hoc ipſo loco: μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε *beati qui* nunc *fletis* h. e. *calamitatibus preſſi eſtis*, (hunc enim ſen-

fum manifefto requirunt h. l. ea quae v. 22 fq. leguntur, et quae iis v. 24. 25 opponuntur) olim *ridebitis* h. e. *gaudebitis, fumma felicitate in regno Meffiano ornabimini*, nam v. 20. praeceffit ὑμετέρα ἐςὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Iam vero etiam verba, quae praecefferunt μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι χορτασθήσεσθε non fignificare poffunt: *beati, qui nunc doctrinae meae cupidi eftis*, olim *fatiabimini* h. e. inftituemini, doctrina mea imbuemini; fed omnis orationis feries et cohaerentia poftulat, vt ea exprimamus: *qui nunc efuritis, victus inopia laboratis, egeftate preffi eftis*, olim *fatiabimini, in regno Meffiano omni bonorum abundantia laetabimini, felicitate fumma ac perpetua ornabimini*. Simili modo hae imagines adhibitae recurrunt Pf. 107, 9. 34, 10. 11. Prou. 10, 2. 16, 8. Ex omnibus igitur, quae hactenus disputauimus, palam effe arbitramur, per τοὺς πτωχοὺς h. l. intelligendos effe *inferioris fortis homines*, v. Matth. 11, 5. quales erant fectatores et auditores Chrifti tunc temporis praefentes, (quo fenfu etiam עני legitur Ief. 32, 7. Pf. 72, 4. Ief. 26, 6. 29, 19.) et per τοὺς πεινῶντας fignificari *inopia preffos*.

22. Aliis fere verbis eadem fententia proponitur, quae legitur Matth. 5, 11. ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς] *cum vos eiicient e focietate fua*. ἀφορίσωσι eft id. qd. ἀποσυναγώγους ποιήσωσιν Ioh. 16, 2. vid. de vfu verbi ἀφορίζειν, quod proprie notat *feparare, difcernere*, *Grotius* ad h. l. et *Suiceri* Thef. Eccl. T. 1. p. 600. καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου] *e patria vos tanquam homines cummaxime fceleftos expellent propter doctrinae meae profeffionem*. Variae funt interpretum opiniones de horum verborum fenfu. Cum nimirum verbum ἐκβάλλειν inter alia quoque notet, *nihili ducere, adfpernari, contemnere*, fchol. ad Soph. Oed. Col. 620. ἐκβαλῶ, καταφρονῶ, add. *Kypkius* ad h. l. *Perizonius* ad Ael. H. V. 13, 17. nonnulli verba noftra reddunt: *contemnent vos vtpote fceleftos, propter me*, quoniam mei fectatores

eftis. Perquam frigide, cum praeceſſerit ἀφορίσωσιν ὑμᾶς *e ſynagogis vos eiicient*, ὀνειδίσωσι, *conuiciis vos proſcindent*, quod poſterius verbum non tantum de conuiciis apud priuatos homines, ſed etiam apud magiſtratus intelligi debet. vid. ad Matth. 5, 11. Alii verbis ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑ. ὡς πον. innui putant *nomen chriſtianum* (quo tamen nomine ſerius nuncupati ſunt Chriſti ſectatores), comparant praeterea Iac. 2, 7. vbi legitur: οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ᾽ ὑμᾶς, vid. ibi *Pottus*, et ἐκβάλλειν idem eſſe aiunt quod ἀποδοκιμάζειν, atque adeo haec verba interpretantur: *ſectam veſtram grauiter improbabunt, auerſabuntur*. vid. *Segaarius* ad h. l. Rurſus alii formulam ἐκβάλλειν τὸ ὄνομα ὡς πονηρὸν comparant cum formula Hebraica הוציא שם רע Deut. 22, 19. coll. v. 14. (vbi LXX habent ἐξήνεγκεν ὄνομα πονηρὸν ἐπὶ παρθένον·) vertunt: *abſentium nomen, vt hominum improborum rumoribus different*; verbum vero ὀνειδίζειν explicant: *praeſentes conuiciis proſcindere*. Sed vt probe monuit *Schulzius* in *Anmerkk. zu Michaelis Anmerkk.* ad h. l. ex illo loco Deut. 22, 19. verba noſtra illuſtrari nequeunt. Etenim non legitur h. l. ἐκβάλωσι ὄνομα πονηρὸν, ſed τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, nec Alexandrini ibi adhibuerunt verbum ἐκβάλλειν, ſed ἐκφέρειν, et in textu Hebraico הוציא conſtruitur cum particula על, legi ergo h. l. deberet ἐφ᾽ ὑμᾶς. Equidem primam ac propriam verbi ἐκβάλλειν ſignificationem, cum ea orationis feriei apprime conveniat, retinendam cenſeo. Scilicet ἐκβάλλειν, quod prop. notat *eiicere*, in verſione Alexandrina reſpondet Hebr. גרש h. e. *eiicere, poſſeſſione expellere*, Gen. 3, 24. Ex. 2, 17. 34, 24. Num. 21, 32. atque a ſcriptoribus Graecis quoque frequenter vſurpatur *de eiectione in exilium*, vt Xen. Anab. 1, 1. 7. τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ᾽ ἐξέβαλεν· add. ib. 7, 2. 18. Ael. H. V. 4, 5. 9, 12. 13, 17. et ſic etiam h. l. capiendum eſt. cf. Matth. 10, 22. 23. τὸ ὄνομα ὑμῶν ex Hebraiſmo poſitum eſt pro ὑμᾶς et πονηρὸς eſt omnino *impius, ſceleſtus*, vt ſaepius. Ita vero proce-

dit sententia ea, quam supra expressimus verbis his: e patria vos tanquam homines cummaxime sceleftos eiicient.

23. Vid. Matth. 5, 12. χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε] *illo tempore gaudio exsultate*, laetitia maxima animum vestrum perfundat: χαίρετε καὶ σκιρτήσατε positum est pro χαίροντες σκιρτήσατε. Verbum autem σκιρτᾷν non modo adhibetur de pecudibus, nominatim hoedis et vitulis, *lasciuientibus*, *ludentibusque*, *postquam bene sunt pasti*, vt in vers. Alex. Ier. 50, 11. Mal. 4, 2. add. Ioel. 1, 17. verum etiam de hominibus *gaudio exsultantibus*, *tripudiantibusque*, vt Aristoph. Plut. 761. vbi v. *Kusterus*, add. *Elsnerus*, *Albertius* et *Kypkius* ad h. l. transfertur vero etiam hoc idem verbum ad animum, ita vt sit, *animo exsultare*, *impense laetari*, vt h. l. et ap. Diod. Sic. p. 701. B. Philo de Plant. N. p. 219. D. Liban. ep. 1155. Pro κατὰ ταῦτα in nonnullis libris legitur κατὰ ταὐτὰ, et sic *Beza*, *Casaubonus*, alii, legendum esse statuerunt, vid. *Millius* et *Wetstenius*; neque tamen necesse est, vt paucorum librorum lectio in textum recipiatur, vt recte iudicauit Segaarius ad h. l. *Raphelius* ad h. l. et *Abreschius* Obss. Misc. Vol. 10. p. 207. τοῖς προφήταις v. Iac. 5, 10. Matth. 23, 30. 35. 37.

24. 25. Sententiae v. 24. 25. expressae, oppositae sunt iis, quae v. 20. 21. leguntur. Cum v. 23. accurate cohaeret v. 26. Ea quoque quae apud Matth. 6, 19 sqq. de diuitiis dicta reperiuntur, non in monte illo, sed alio tempore et loco Iesus dixit. vid. not. ad Matth. l. c. Arbitror ergo sententias, quas h. l. v. 24. 25. continent, a Iesu alio tempore prolatas esse, v. Luc. 12, 15 sqq. easque non neminem, qui earum recordaretur, atque verba οἱ πτωχοὶ et οἱ πεινῶντες v. 21. 22. proprie acciperet, adscripsisse margini gnomologiae Lucae, Lucam vero, qui non ipse audiuisset orationem a Iesu in monte habitam, quique has sententias pro particula orationis montanae ha-

beret, eas in ordinem recepiſſe. Itaque πλούσιοι non ſunt h. l. (vt ad Matth. 5, 3. notaui) *ii qui ingenii, animique diuitiis, dotibus ſe abundare gloriantur*, ſed *opulenti, ii qui diuitiis abundant*, easque amant, in iis ſpem ſuam atque fiduciam ponunt et collocant, ab iis pendent, atque ita abstrahuntur, a cogitatione rerum diuinarum, virtutisque ſtudio, οἱ πεποιθότες τοῖς χρήμασι. Marc. 10, 24. vid. not. ad Matth. 19, 23 ſqq. 6, 21. 24. Iac. 1, 10. 2, 6. 5, 1. Hanc vocabuli πλούσιοι explicationem omnis contextus h. l. requirit. πλὴν, *ſed*, v. ad Matth. 26, 39. ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν] *recepiſtis bona veſtra, nempe ἐν τῇ ζωῇ ὑμῶν*, neque ad vos pertinent regni Meſſiani bona. vid. 16, 25. Matth. 6, 2. παράκλησις h. l. *id quod ſolatium, laetitiam affert*, intelliguntur bona caduca et terrena, quae huius generis hominibus ſolatio erant, in quibus fiduciam et felicitatem ſuam collocabant. De verbo ἀπέχειν v. ad Matth. 6, 2.

25. οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε] *vaeh vobis ſatiatis* i. diuitibus, beatis, aliquando *eſurietis*, diuitias veſtras amittetis, miſeri eritis. vid. ad Luc. 1, 53. οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε] *vaeh vobis qui nunc ridetis*, de fortunato rerum veſtrarum ſtatu laetamini, *lugebitis* aliquando *et plorabitis*, triſtiſſima ac miſerrima erit veſtra conditio.

26. Pronomen ὑμῖν a multis codd. abeſt, facile tamen librariorum negligentia omitti potuit, cum ὑμῖν bis praeceſſerit, et ſtatim ſequatur ὑμᾶς· etiam πάντες in nonnullis codd. et verſſ. antiquis deeſt, quod tamen facilius potuit omitti, quam addi, offendit nimirum hoc vocabulum grammaticos, qui illud nimis premerent. οὐαὶ ὑμῖν ὅταν — οἱ ἄνθρωποι] *vaeh vobis ſi omnes homines vos laudauerint*, h. e. vaeh vobis, ſi a mea doctrina deſciſcitis, ei contraria docetis et agitis, vt quamplurimi vos laudent et probent. καλῶς εἰπεῖν opponitur verbis ὀνειδίζειν et μισεῖν, v. 22. κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν κ. τ. λ.] *pariter enim falſos doctores maiores eorum laudarunt.* Falſi

prophetae, vt auram popularem captarent, praeceptis divinis contraria docebant, dogmata sua et praedictiones accommodabant desideriis ac cupiditatibus populi. αὐτῶν referendum ad οἱ ἄνθρωποι, quod praecessit. Seneca ep. 29. *Quis enim placere potest populo, cui placet virtus? malis artibus popularis fauor quaeritur. Similem te iis facias oportet; non probabunt, nisi agnouerint — Conciliari nisi turpi ratione, amor turpium non potest — Caeterum si te video celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante clamor, plausus, et pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota ciuitate feminae te, puerique laudauerint, quidni ego tui miserear, cum sciam, quae via ad istum fauorem ducat?*

27. 28. Locus parallelus Matth. 5, 44. plura autem omissa sunt h. l. quae Iesus illo tempore dixit, quaeque Matth. c. 5, 17 ss. leguntur, et omissa esse nonnulla vel docere possunt verba ἀλλ' ὑμῖν κ. τ. λ. quae non satis accurate cum antecedentibus cohaerent. ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσι, *sed vobis, qui verba mea auditis, auditoribus meis dico;* neque enim adstipulor *Segaario*, qui τοῖς ἀκούουσι emphatice positum esse statuit, hoc sensu: vobis dico, τοῖς ἀκούουσι, qui, quae doceo, beneuola mente accipitis, lubentesque in animum vestrum admittitis, parati et vita vestra exprimere. Cuius explicationis necessitas non apparet.

29. Vid. Matth. 5, 39. 40. ibique not. Sed pro ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον κ. τ. λ. *ab eo qui auferre vult tibi pallium tuum, eripi tibi etiam sine tunicam*, Matth. l. c. legitur: *si quis auferre velit tibi tunicam, ab eo eripi tibi quoque sine pallium.* Scilicet auctor gnomologiae, quam Lucas adhibebat, verba Christi notarat, prout ei in mentem venerant. Hinc illa diuersitas repetenda. Sensus idem manet.

30. 31. Vid. Matth. 5, 42. 7, 12. παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου] *petenti cuiuis*, etiam ei qui petit, quo

videt te recte carere non posse, etsi sit iniurius in petendo, *dato;* v. not. ad Matth. l. c. καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει] *ab auferente tua ne repofcas* np. severius. Si quis tibi tua eripere velit, quouis caeteroquin modo id fiat, noli feuerius repofcere, eripi tibi ea potius fine, quam vt de vltione et vindicta priuata cogites; vid. ad Matth. 5, 39 fqq. 42. vbi quoque obferuatum eft, in hisce formulis prouerbialiter dictis, non omnia ad latum vnguem effe refecanda. *Storrius* in Diff. Exeget. in libror. hiftoricor. N. T. aliquot loca. Tub. 1790. p. 69 fqq. Opufcc. Vol. 3. p. 71. primam enuntiationem παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου putat iubere *omnibus* petentibus dare, non *amicis* tantum, fed *inimicis quoque*; verbis καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει refpici arbitratur *creditores*, quoniam cum priore huius verfus fententia Matthaeus 5, 42 copulauit locum *de muluo*. Sententiam porro v. 31 h. l. propofitam, notat, regulam ponere, ad quam praecepta v. 30. data, fi vfus veniat, fint exigenda. Obferuat praeterea v. 32 et 33. feruire *primae* enuntiationi v. 30. explicandae, et v. 34. 35. pertinere ad *alteram* verfus 30. fententiam illuftrandam. Sed v. 35. repeti fummam eorum, quae v. 32 — 34. latius expofita fuerant. Me non habet affentientem. Talis enim fingularum fententiarum artificiofa coagmentatio locum quidem habet in oratione montana a Matthaeo propofita, v. Commentar. in Matth. p. 137. non autem in oratione quam Lucas h. l. exhibuit, nam auctor gnomologiae, qua Lucas vfus eft, fingulas fententias, parum follicitus de arctiori earundem cohaerentia, (quam in rem vid. v. 26. 27.) ita literis configna-verat, prouti ipfi in mentem redierant; Lucas autem, cum non ipfe Chriftum in monte dicentem audiuiffet, hanc orationem plane ita rediddit, vt ea in gnomologia illa legebatur. Nihil porro h. l. eft, quod nos cogat praeceptionem Chrifti: ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει v. 30. feparatim *de creditoribus* intelligere. Etenim non refpondent haec verba, iis quae Matth. 5, 42. extant: τὸν θέ-

λοντα ἀπό σου δανείσασθαι κ. τ. λ. (respondent his ea quae infra v. 34 sq. leguntur) sed exprimunt potius verba v. 30. ἀπὸ τοῦ αἴροντος κ. τ. λ. fortius tamen, eandem sententiam, quae h. l. v. 29. extr. proposita est. Quod denique v. 31. attinet; locus parallelus est Matth. 7, 12. et sententia quam continet: καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν κ. τ. λ., apud Matth. l. c. cohaeret cum praeceptis aliis, v. Matth. 7, 1 — 5. a Christo illo tempore datis (cf. ad Matth. 7, 12.), quae tamen auctor gnomologiae Lucae, cum eorum non recordaretur, afferre omiserat. Caeterum verbum ἀπαιτεῖν differt ab αἰτεῖν, monente *Casaubono* ad Theophr. Char. p. m. 292. ita, vt αἰτεῖν sit, *poscere, quod gratiae apponatur acceptum*, ἀπαιτεῖν contra sit, *repetere, etiam vehementius, quod sibi debeatur ab inuito*, cui regulae hic ipse noster locus fauet. Comprobarunt etiam hanc differentiam, quam tamen non vbiuis scriptores Graeci obseruarunt, exemplis pluribus *Krebsius*, *Loesnerus* et *Segaarius* ad h. l.

32. 33. Vid. Matth. 5, 46. 47. ποία ὑμῖν χάρις ἐστί;] *quid praemii a Deo consequemini?* χάρις id. qd. μισθὸς infra v. 35. Matth. l. c. ita quoque χάρις legitur ap. Ioseph. Ant. 6, 14. 4. et intellexit h. l. Arabs, vsus enim est voc. اجر *merces*. Hesychius: χάρις· καὶ ἀμοιβὴ κατὰ εὐεργεσίαν. vid. *Elsnerus* et *Krebsius* ad h. l. et *Scholtenius* de significationibus voc. χάρις in N. T. (Trai. ad Rhen. 1805. 8.) p. 154 sq. Pro ἁμαρτωλοὶ ap. Matth. l. c. legitur τελῶναι. vid. ibi notata.

34. Vid. Matth. 5, 42. sed accuratius h. l. sensus verborum Christi expressus legitur. παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, *a quibus speratis, vos recepturos esse*, pecuniae summam mutuo datam. ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα, *vt recipiant sortem: τὰ ἴσα, eadem, paria*, h. l. significat *sortem ipsam, pecuniae summam*, sine vsura et πλεονάσμῳ, sine vllo augmento aut detrimento, vt accurate demonstrarunt

Salmasius de foenore trapezit. p. 280 sqq. et *Suicerus* in Thes. Eccl. sub v. δανείζειν. add. *Wolfius* in Curis ad h. l. Ita quoque iam Theophylactus haec verba intellexit, notauit enim ad h. l. haec: δάνεισμα οὐ σὺν τόκῳ λέγει, ἀλλὰ τὴν ἁπλῶς χρῆσιν, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ νόμῳ χωρὶς τόκου ἐδάνεισαν. Pertinet et huc Philonis super lege diuina apud Mosen (Leuit. 25, 36 sq.) de pecunia apud populares in foenore non ponenda disputatio, de Charit. p. 701. E. sq. vbi et verbo ἀπολαβεῖν vsus est. Ait enim p. 702. A. εἰ δὲ καὶ βούλοιτο δωρεῖσθαι, κιχράναι γοῦν ἑτοιμότατον καὶ προθυμότατα (προτρέπει) μηδὲν ἔξω τῶν ἀρχαίων ἀπεληψομένους, *quodsi quis nolit donare, saltem mutuetur alacriter, nihil praeter sortem recepturus.*

35. καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες] *etiamsi nihil vos recepturos speretis ab eo, cui mutuum dederitis.* vid. ad Matth. 5, 42. Magnopere autem variant interpretes in constituendo horum verborum sensu. Syrus interpres ea vertit: *ne auferatis spem vllius*, s. *ne spem vllius praecidatis* h. e. ne sitis rigidi in eum qui commodato opus habet, vt omnem accipiendi beneficii spem ei praecidatis. Accepit ergo verbum ἀπελπίζειν sensu transitiuo, vt sit, *desperare facere, spem alicui adimere*, et pro μηδὲν legisse videtur μηδένα, quam lectionem probarunt quoque *Lud. de Dieu*, *Knachtbullus*, alii; v. *Wolfium* in Curis et *Koecherum* in Analect. ad h. l. sed illa lectionis mutatione non opus est, nec ea vllius codicis auctoritate confirmatur, et significationi, quam Syrus verbo ἀπελπίζειν substituit, qua apud scriptores Graecos nusquam legitur, v. *Beza* et *Segaarius* ad h. l. repugnat orationis series. Hinc alii ἀπελπίζειν reddendum esse contendunt, *desperare*, qua quidem notione hoc verbum in libris auctorum Graecorum frequenter occurrit. vid. *Wetstenius* ad h. l. add. Esth. 14. 19. Iudith. 9, 12. 2 Macc. 9, 18. Qui hanc significationem h. l. tuentur, verba μηδὲν ἀπελπίζοντες explicant: *ita, vt non desperetis, vt non defatigemini* benefaciendo, ne sitis

follicitі, an porro liberales effe poffitis, quafi vobis ipfis non fatis profpiciatis, magnam mercedem a Deo reportabitis. ἔϛαι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολύς. Rectius vulgatus interpres verba noftra expreffit: *nihil inde fperantes*, et Chryfoftomus in Homil. 18. in Matth. 5, 42. ea circumlocutus eft hunc in modum: λέγει ἐκείνοις διδόναι Ἰησοῦς, παρ᾽ ὧν οὐ προςδοκῶμεν ἀπολαμβάνειν. Scilicet eft optimorum fcriptorum is mos, vt breuitatis cauffa, vna et item altera voce omiffa, eius rei indicium faciant ope praepofitionis, quae cum fola poni nequeat, verbo adiungitur. Sic ἀπολαβεῖν eft interdum idem quod ἀπολαβεῖν ἀπό τινος, vt ap. Iofeph. Ant. 11, 6. 2. καὶ τούτων ἀπέλαβον ἐπὶ μῆνας ἕξ, *ex iftis*, fcl. odoribus et vnguentis, *accipiebant per fex menfes*. Sic ἀπεσθίειν legitur pro ἐσθίειν ἀπό τινος, vt tradit Athen. 14. p. 649. ed. Cafaub. χρῶνται τῷ ἀπεσθίειν, ἀντὶ τοῦ, ἀπό τινος ἐσθίειν· et ita legitur ap. Philon. de Plant. p. 237. A. Liuius 1, 12. *aduerterat ea res etiam Sabinos tanto periculo viri* etc. vbi *aduerterat* eft, eo, ad eam partem verterat. Conf. omnino *Krebfius* et *Loesnerus* ad h. l. *Cafaubonus* ad Theophraft. Char. p. 150. ed. *Fifch.*, *Abrefchius* Annotatt. ad N. T. p. 502. et *Hackfpanius* in Sylloge Disput. p. 203 fqq. Itaque ἀπελπίζοντες h. l. idem eft quod μηδὲν ἐλπίζοντες ἀπ᾽ αὐτῶν, *etfi praeuideatis et fperetis, vos nihil, vos rem mutuo datam*, non, (fic μηδὲν vt fit *non*, legitur Act. 10, 20. Iac. 1, 6. al.) *ab iis recepturos effe*. Huic vero interpretationi apprime fauet contextus. Etenim in antecedentibus fermo erat de iis, qui mutuum dant, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα, *vt fortem recipiant*, qui fperant, fe fortem effe recepturos, ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, his opponuntur μηδὲν ἀπελπίζοντες, quibus adeo verbis, vi oppofitionis, fignificantur *nihil ab altero fperantes*, *non fperantes fe fortem recuperaturos effe*. Bene igitur *Krebfius* fenfum verborum ita conftituit: *mutuum date etiam iis, a quibus nihil vnquam vobis redditum iri fperatis: et in eo praeftantiores eftote peccatoribus, qui nolunt cuiquam mutuo quid dare, nifi certa fpe freti, fore, vt τὰ ἴσα recipiant.* ἔσεσθε υἱοὶ ὑψί-

ϛου] *eritis filii celfiſſimi*, haec verba in ſe ſpectata explicari poſſent, *Deo cari*, *accepti eritis*. Sir. 4, 10. γίνου ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ — καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς ὑψίϛου, *ſis pater parentibus deſtitutorum* — *et eris Dei filius* i. tanquam filium te tractabit, te amabit, nam ſequitur ſtatim, καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ ἡ μήτηρ σου, *maiori amore te proſequetur, quam quo te tua mater proſequitur*, ſed cum h. l. ſequatur ὅτι αὐτὸς χρηϛὸς κ. τ. λ. vim formulae ἔσεσθε υἱοὶ ὑψίϛου h. l. eſſe, *eritis Deo ſimiles*, *animati*, *vt Deus eſt*, *imitatores ipſius*, ita euidens et manifeſtum eſt, vt dubitari nullo modo poſſit. vid. et not. ad Matth. 5, 45. ὅτι αὐτὸς χρηϛός ἐϛιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίϛους καὶ πονηρούς] *nam eſt benignus erga ingratos et impios*; eadem ſententia, aliis tamen et pluribus verbis legitur Matth. 5, 45, χρηϛός, Hebr. טוב, *benignus*, *beniuolus*. Pſalm. 33, 8. Epheſ. 4, 32. Rom. 2, 4.

36. Quae Matth. 6, 2 — 4. de beneficentia et liberalitate notata leguntur, ea h. l. expreſſa ſunt generaliori ſententia hac: γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐϛί· *ſitis igitur erga alios benigni, ſicut et pater veſter benignus eſt*. Vocabulum Hebraicum רַחֲמִים, quod Alexandrini reddiderunt nomine Graeco οἰκτιρμοὶ, non tantum *miſericordiam* indicat, ſed etiam *amorem*, *benignitatem*, cum quamplurimis in locis V. T. reſpondeat vocabulo חֶסֶד h. e. *fauor*, *benignitas*, *beniuolentia*. Pſ. 40, 12. 103, 4. Hoſ. 2, 21. hinc quoque οἰκτίρμων non tantum notat *miſericordem*, ſed etiam omnino *benignum*, vt h. l.

37. Vid. Matth. 7, 1. 2. μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε] *nolite ſeuere alios iudicare*, *ne ipſi ita iudicemini*. Illuſtrationis cauſſa haec prioribus adiecta ſunt. Nempe καταδικάζειν, quod generatim ſignificat, *ſententiam contra aliquem ferre*, cuius oppoſitum eſt δικαιοῦσθαι, ſicuti Prou. 17, 15. ſibi inuicem opponuntur verba

הַצַּדִּיק et הָרָשָׁע quae ab Alexandrinis ibi exponuntur formulis *δίκαιον* et *ἄδικον κρίνειν*, h. l. malo fenfu fumitur, ita vt fit, *male et perperam iudicare*, *condemnare infontem*, vt Iac. 5, 6. Nam praepofitio *κατὰ* faepius in compofitis valet *male*, *perperam*. *ἀπολύετε*, *καὶ ἀπολυθήσεσθε*] *abfoluite*, *et vos viciffim abfoluemini*: *ἀπολύειν* quod de iudicibus ponitur, qui *reum abfoluunt*, v. *Valckenarius* ad Herodo. 4, 68. *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 10. Hift. Sufan. 53. *ἀπολύων τοὺς αἰτίους* add. 2 Macc. 4, 47. et de iis *qui aliquem exfoluunt debito*, Diod. Sic. 1, 79. *ἀπολύεσθαι τοῦ δανείου*, in hac orationis ferie, vt recte obferuauit ad h. l. *Grotius*, eft: *omnia*, *quantum fieri poffit*, *aequi bonique confulere*, *et interpretari benignius*.

38. *δίδοτε*, *καὶ δοθήσεται ὑμῖν*] *date aliis*, *et vobis dabitur*, fitis liberales erga pauperes et inopes, et remuneratio vobis continget. Auctore Matthaeo 7, 7. Iefus dixerat: *αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν*. Sed auctor gnomologiae Lucae, illius fententiae Chrifti non fatis accurate recordatus, eam aliter h. l. expreffit, et copulauit cum verbis quae fequuntur *τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε κ. τ. λ.* quae extant quoque Matth. 7, 2. adiecit idem locutionem prouerbialem hanc: *μέτρον καλὸν*, *πεπιεσμένον κ. τ. λ.* a Matthaeo quidem omiffam, qua tamen illo tempore Iefus vfus effe videtur. *μέτρον καλὸν* eft id. qd. *ἱκανὸν*, *menfura plena*, *iufta*. *πεπιεσμένον*, *preffa*, *compreffa*, *conferta*; *σεσαλευομένον*, *concuffa et concutiendo repleta*, refpicitur his verbis proprie menfura aridorum, vt participio fequenti *ὑπερεκχυνόμενον* *maxime abundantem*, *fuperfluentem*, menfura liquidorum. Verbum *πιέζω* refpondet Hebr. דרך, Mich. 6, 15. *σὺ πιέσεις ἐλαίαν*, vt verbum *ὑπερεκχύνομαι* Hebr. שוק, Ioel. 2, 24. *ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου καὶ ἐλαίου*. vid. *Bielii* Thef. h. v. *δώσουσι*, *dabunt*, imperfonaliter, et more Hebraeorum dictum pro *δοθήσεται*; *dabitur*, *continget tibi*; Hebraei enim verba actiua, numero plurali pofita, pro paffiuis vfurpant. v.

Luc. 12, 48. *Glaſſius* Phil. S. p. 246. εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν] *in ſinum veſtrum* i. e. vobis. Reſpicitur his verbis ad morem Orientalibus, et pluribus gentibus priſcis communem, quae cum veſtibus laxis et ſinuoſis vterentur, eas incuruabant, et varia in iis portanda ſuscipiebant. Horat. Serm. 2, 3. 171. *talos, Aule, nucesque ferre ſinu laxo.* Liu. 21, 18. *tunc Romanus, ſinu ex toga facto, hic, inquit, vobis pacem et bellum portamus.* v. *Raphelius* Obſſ. Herodo. p. 242. et *Kypkius* ad h. l. Senſus autem prouerbii eſt: larga remuneratio tibi ab aliis continget, abunde tibi rependetur, ſi benignus et liberalis fueris. Sequitur ſententia generalior: τῷ μέτρῳ ἐν ᾧ μετρεῖτε κ. τ. λ.] *qua menſura aliis menſi fueritis, eadem vobis remetietur* i. e. *ab alio exſpectes, alteri quod feceris*, quibus verbis vſus eſt Seneca ep. 94. cf. de hoc prouerbio not. ad Matth. 7, 2. et quos ibi laudauimus.

39. 40. Sententiae, quas hi verſus continent, alio tempore ac loco a Chriſto propoſitae ſunt. v. Matth. 15, 14. 10, 25. add. Ioh. 13, 16. vbi accuratiori nexu, et alio ſenſu leguntur, quam qui iis h. l. ſubſtitui poteſt ac debet. Scilicet neſcio quis, cui ea quae v. 41. 42. de oculorum vitio, et de hominibus in ſuis vitiis caecutientibus leguntur, in mentem reuocauerant ſententias Chriſti h. l. v. 39. 40. propoſitas, eas in margine gnomologiae Lucae enotauerat, et Lucas qui neſciret Chriſtum eas alio tempore, aliaue occaſione protuliſſe, orationis contexto inferendas putabat, et vt eas quodammodo cum antecedentibus copularet, praemittebat iis verba haec: εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς *attulit iis prouerbium hoc.* παραβολὴ, *adagium, prouerbium*, vt Luc. 4, 23. μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν;] *num coecus coecum ducere poteſt?* τυφλὸς per metaphoram notat, *hominem inſcium, ignarum*, vid. not. ad Matth. 15, 14. vbi ſermo eſt de Iudaeorum doctoribus accurata doctrinae diuinae cognitione deſtitutis, et legibus diuinis

contraria docentibus. Sed h. l. in antecedentibus non fuit sermo de cognitione aut ignorantia praeceptorum diuinorum, sed de officiis peragendis et vitiis fugiendis. Itaque ὁδηγοὶ τυφλοὶ h. l. dicuntur ii, qui officia sua negligunt, non faciunt quae facere debent, praecepta non sequuntur, quae aliis commendant. οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται] *nonne ambo in foueam cadent?* h. e. ipsi, et ii, qui eos sequuntur, perniciem sibi contrahent. vid. ad Matth. 15, 14. — 40. οὐκ ἔςι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ] *discipulus non est melior magistro,* discipulus non facile vlterius progreditur, quam progressus est magister; ergo, si ipsi officia vestra negligitis atque praecepta diuina violatis, neque alii, quibus ea commendatis et inculcatis, seruabunt ea atque sequentur. Alio sensu haec prouerbialis locutio legitur Matth. 10, 25. Ioh. 13, 16. κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔςαι ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ] *nam quilibet* (siue, vt alii volunt, *totus*) *compositus est ad exemplum magistri;* discipulus enim sequi solet exemplum magistri, idem sentit, idem vult, idem agit, quod magister. κατηρτισμένος, *paratus, instructus,* vti alter Hebr. 11, 3. Rom. 9, 22. Alii satis contorte vltima v. 40. verba explicant: sed quicunque magistro est simillimus, ei nihil deest, hoc explicant: qui eadem, qua magister, sorte vtitur, non habet, quod desideret. v. *Boltenius* ad h. l.

41. 42. Vid. not. ad Matth. 7, 3 — 5.

43. 44. Vid. Matth. 7, 16 — 18. Actiones et facta hominum, satis loquuntur cuius indolis sint. οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι ςαφυλὴν] *neque ex rubo vuarum vindemia agitur,* τρυγᾶν *vuas decerpere, vindemiare,* Xen. Oec. 19, 19.: Plutarch. Sympos. 6, 7. τρυγᾶν λέγομεν τοὺς δρεπομένους τὴν ἀμπελινὴν χώραν. In versione Alexandrina hoc verbum respondet Hebr. בצר Deut. 24, 21. et קצר Hos. 10, 12. 14.

45. Sententia hoc verſu expreſſa, non legitur in oratione montana, quam Matthaeus exhibuit, ſed ea alio tempore a Chriſto propoſita eſt, auctore ipſo Matthaeo 12, 35. vbi v. not. ibi quoque vt h. l. praeceſſit imago ab arbore eiusque fructibus deſumta, hinc facile fieri potuit, vt in margine gnomologiae Lucae enotaretur effatum Chriſti, quod hic ipſe verſus noſter continet.

46. 47. Vid. Matth. 7, 21. 24. *τί δέ με καλεῖτε κ. τ. λ.*] Senſus eſt: multi quidem veſtrum meam doctrinam magno ardore profitentur, neque tamen vitam meis praeceptis conuenientem agunt.

48. 49. Vid. Matth. 7, 25 ſq. *ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε*] *alte effodit.* Nam *ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε* poſitum eſt pro *βαθέως ἔσκαψε.* Solent enim Hebraei, eorumque invitatu interpretes Alexandrini duo verba ita coniungere, vt alterum obtineat vim aduerbii. vid. *Glaſſius* Phil. S. p. 272 ſq. *Vorſtius* de Hebraiſm. N. T. p. 594. et *Leusdenius* de Hebraiſm. p. 115. Ita Iudd. 13, 10. legitur; *καὶ ἐτάχυνεν ἡ γυνή, καὶ ἔδραμε* pro *ταχέως ἔδραμε.* Neque inſolens fuit haec loquendi ratio ſcriptoribus optimae notae Graecis atque Latinis, Xen. Oec. 20, 13. *σαφηνίζει τε καὶ ἀληθεύει* pro *ἀληθῶς σαφηνίζει.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 28. *propera, abi intro,* pro *properanter.* Perſ. Sat. 3, 23. *properandus et fingendus,* pro, properanter fingendus. Exempla alia hanc in rem collegerunt *Palairetus* et *Münthius* ad h. l. *πλημμύρας γενομένης*] *diluuio ingruente:* *πλημμύρα*, quo vocabulo Aquila Deut. 33, 19. Hebr. שֶׁפַע expreſſit, dicitur de *exundatione aquarum qualibet*, maris, fluminis, lacus. v. *Kypkius* et *Wetſtenius* ad h. l. Dicitur vero *πλημμύρα*, *πλήμυρα*, *πλημμυρὶς* et *πλήμμη.* v. *Spanhemius* ad Callim. h. in Del. 263. *Albertius* in Muſeo Brem. pag. 109. *Valckenarius* ad Ammon. pag. 197. Caeterum hanc tempeſtatis deſcriptionem Iudaeae regionibus accommodatiſſimam eſſe, docuit *Harmarus* in Beobachtt. üb. d.

Orient. Th. 3. p. 5 sqq. — 49. Pro ἔπεσε alii libri habent συνέπεσε, quae verior lectio est. v. 1, 29. ῥῆγμα *ruptura, ruina,* Matth. l. c. πτῶσις.

CAPVT VII.

1. Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε — εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ] *cum hunc sermonem absoluisset, coram populo,* s. *audiente populo:* πληροῦν, *absoluere, finem facere,* id. qd. τελεῖν Matth. 13, 53. 19, 1. vt Hebr. מלא Deut. 32, 45. εἰς, *coram,* Hebr. ב, Ex. 24, 7. vbi οἱ ὁ habent, εἰς ὦτα αὐτῶν· add. Gen. 20, 8. 50, 4. Ex. 10, 2. Sed ἀκοὴ h. l. est *auris.* Etymolog. M. ἀκοὴ, λέγεται καὶ τὸ οὖς ὅλον· vid. *Schleusneri* Lex. h. v. Sic 1 Sam. 20. 2. אָזְנִי Alexandrini vertunt τὸ ὠτίον μου· sed Symmachus: εἰς ἀκοήν μου.

2. 4. Vid. Matth. 8, 5 sqq. ἔντιμος *ei inprimis carus, quem plurimi faciebat,* vt ap. Aeschin. Socr. 2, 8. Hebr. יקר 1 Regg. 26, 21. ἐρωτῶν αὐτὸν pro ἐρωτῶντας *qui rogarent;* verbis mittendi iunguntur nominatiui participiorum ad mittentem relati, quoniam is, qui mittit, eorum qui mittuntur ore loqui existimatur. Sic infra v. 6. ἔπεμψε φίλους λέγων add. v. 19. 2 Regg. 3, 12. ἀπέστειλε ἀγγέλους λέγων. Herodo. 6, 139. ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον λύσιν τινὰ αἰτησόμενοι pro αἰτησομένους. — 4. ᾧ παρέξει τοῦτο, *cui hoc praestes:* παρέξει sec. perf. fut. med. pro παρέξῃ, vt Matth. 27, 4. ὄψει vid. *Fischeri* Animaduu. ad Welleri Gramm. (p. 20.) Vol. 1. p. 119 sq.

6. 9. μὴ σκύλλου, *noli molestiam tibi creare,* noli ipse accedendi subire molestiam. De verbo σκύλλειν vid.

not. ad Matth. 9, 36. — 9. *ἐθαύμασεν αὐτὸν, eum admirabatur.* Verbum *θαυμάζειν, admirari*, rarius cum accuſatiuo perſonae conſtruitur, legitur tamen ita Ceb. tab. 29. Soph. Ai. v. 1112. al. vid. *Segaarius* ad h. l.

11. Pro *ἐν τῇ ἑξῆς* (ſcl. *ἡμέρα, poſtridie*) cum plurimis et optimis codd. reſcribendum eſt *ἐν τῷ ἑξῆς* ſcl. *καιρῷ* l. *χρόνῳ ſequenti tempore, poſtea*, eſt enim haec lectio inſolentior; cum in Lucae libris ſemper legatur *τῇ ἑξῆς*, v. Act 21, 1. 25, 17. 27, 18. ſed *ἐν τῷ καθεξῆς* extat 8, 1. *ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν*] *profectus eſt in oppidum nomine Nain.* Erat hoc oppidum Galilaeae ad torrentem Kiſon, circa montem Thabor, non procul a Capernaumo. An nomen acceperit ab Hebr. נָעִים, *amoenus*, definiri nequit. v. *Lightfootus* in Chorograph. Lucae praemiſſa c. 3. in Hor. Hebrr. et Talmudd. *Relandi* Palaeſtina p. 904. *Cellarii* Geograph. 3. c. 13. p. 423. *Schulzii Anmerkk.* ad h. l. *καὶ συνεπορεύοντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ, καὶ ὄχλος πολὺς*] *comitantibus ipſum diſcipulis bene multis, et magna populi multitudine.* Per *τοὺς μαθητὰς*, vt vocula *ἱκανοὶ* docere videtur, non tantum Apoſtoli intelligendi ſunt, ſed alii quoque Chriſti ſectatores, vt Act. 11, 26. Ioh. 6, 66. coll. 67. *ἱκανὸς* eſt id. qd. *πολὺς*, quae duo vocabula ſaepius inter ſe permutantur, vt Luc. 8, 32. coll. Matth. 8, 30. in verſione Alexandrina reſpondet vocabulo רַב Ez. 1, 24.

12. 13. *ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς*] *cum ad portam vrbis acceſſiſſet, efferebatur mortuus.* Ἐκκομίζειν eſt verbum funebre, et reſpondet Latinorum *efferre, exportare.* v. Artemidor. Oneirocr. 2, 54. Ael. H. V. 8, 4. Antonin. Lib. f. 33. Ἀλκμήνη κατὰ γῆρας ἀποθνήσκει, καὶ αὐτὴν ἐξεκόμισαν Ἡρακλεῖδαι· add. Nepos Ariſtid. c. 3. v. *Elsnerus* et *Loesnerus* ad h. l. *Trillerus* ad Thom. Mag. p. 324. *Arntzenius* ad Sedul. p. 189. atque *Kirchmanus* de Funerib. Roman. 2, 1.

p. 76 ſq. Iudaeis autem ſepulcra extra vrbem erant; v. ad Matth. 8, 28. *τεθνηκὼς*, *mortuus*; num adoleſcens ille vere mortuus fuerit, annon, *Michaelis* ad h. l. decernere non audet; eum pro mortuo tantum habitum atque ex lipothymia ſeruatum fuiſſe a Ieſu, qui forte acceſſiſſet, et vitae reſiduae ſigna, reliquis haud viſa, animaduertiſſet, *Paulus* aliique plures recentiorum interpretum affirmarunt; Iudaeos maturius mortuos componere ſolitos eſſe, obſeruatum eſt ad Matth. 8, 21. add. *Michaelis Neue exeget. u. oriental. Biblioth.* Th. 6. n. 100 et 101. *υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὕτη χήρα*] *filius vnicus matris, eiusque viduae*, oratio ſimplex, ſed affectus plena; et haec adiecta ſunt, vt iis quaſi explicaretur verbum *ἐσπλαγχνίσθη*, quod ſequitur. *τῇ μητρὶ* pro *τῆς μητρὸς αὐτοῦ*· ſolet enim datiuus ſubintellecto participio *ὢν* loco genitiui haud raro poni. vid. not. ad Marc. 2, 18. — 13. *μὴ κλαῖε*, *deſine flere*, non ſunt prohibentis, ſed conſolantis.

14. 15. *καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ*] *acceſſit deinde propius, et attigit feretrum.* Attigit, quo ſiſteret ferentes. *Σορὸς* eſt *arca retecta et aperta*, *lectulus*, *quo mortui efferebantur*, *eine Bahre*, non arca clauſa; eiusmodi arcis clauſis vtebantur tantum Aegyptii, non Iudaei. vid. *Harmari Beobachtt. üb. d. Orient.* Th. 2. pag. 141. 2 Paral. 16, 14. et *Wetſtenius* ad h. l. *νεανίσκε*, *σοὶ λέγω*, *ἐγέρθητι*] *adoleſcens*, *iubeo te ſurgere! λέγω*, *iubeo*, *praecipio*. vid. Matth. 11, 2. Rom. 3, 19. Exemplis e ſcriptoribus Graecis confirmarunt hanc verbi poteſtatem *Palairetus* Obſſ. Phil. p. 310. *Elsnerus* Obſſ. S. p. 211. et *Wetſtenius* ad h. l.

16. 17. *ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας*, *καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν*] *omnium animos admiratio cepit*, *et Deum praedicarunt*: *φόβος* h. l. indicat *admirationem*, v. ad Marc. 4, 41. Luc. 1, 65. praeſertim cum ſequatur *ἐδόξαζον τὸν Θεόν*. Particula *ὅτι*, cum praeceſſerit verbum dicendi, vt cen-

ties, redundat. προφήτης μέγας ἐγήγερται κ. τ. λ.] *magnus propheta inter nos exortus est; alii dicebant (καὶ): Deus succurrit populo suo;* iudicabant enim tempora Messiana imminere, et Iesum habebant prophetam, qui Messiam praegressurus esset. vid. ad Matth. 11, 9. 16, 14. De verbo ἐπισκέπτεσθαι cf. not. ad Luc. 1, 68. — 17. καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος — τῇ περιχώρῳ] scl. γῇ vel χώρᾳ, *huius rei fama omnem Iudaeam, finitimamque regionem peruasit;* ἐν ὅλῃ pro εἰς ὅλην τὴν Ἰουδαίαν, quae duae praepositiones saepius inter se permutantur, etiam a scriptoribus Graecis exteris, vt ap. Thucyd. 4, 14. ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐν τῇ γῇ καταπεφευγυίας ἐνέβαλλον· Id. 7, 17. ἀποσελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ. vid. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 13, 7. λόγος, *fama, rumor,* vt 5, 15. add. *Valckenarius* ad Herodo. 7, 198.

18. Vid. Matth. 11, 2 sqq. Matthaeus de legatione Iohannis verba fecit, postquam narrauit Iesum duodecim Apostolos emisisse; Lucas, commemorata h. l. Iohannis legatione, de missione Apostolorum exposuit demum c. 9. sed Matthaeus vsque ad c. 14. rerum potius, quam ordinis temporis rationem habuit. v. *Eichhornii Einleit.* Th. 1. p. 347. Hinc illa diuersitas explicanda.

21. μαςίγων vid. ad Marc. 3, 10. ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν, *visum donabat, restituebat,* 2 Macc. 3, 33. σοὶ κεχάρισαι τὸ ζῆν ὁ κύριος add. 2 Macc. 4, 32. Xen. Cyr. 8, 6. 11. Herodian. 3, 17. 3. τῶν ἀναιρουμένων χαριζόμενοι τὰς οὐσίας· Id. 1, 17. 3. τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς ςρατιώτας. Ael. H. V. 9, 1 vbi χαρίζεσθαι opponitur τῷ λαμβάνειν. Thom. Mag. χαρίζομαι — τὸ δωροῦμαι.

25. οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες] *qui vestitu splendido et molli vtuntur:* ἔνδοξος in versione Alexandrina respondet Hebr. צְבִי, *ornamentum.* Ies. 23, 9.

22, 18. vbi οἱ ό habent τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον. Vocabulum τρυφὴ, quo Alexandrini expreſſerunt nomen Hebr. עֵדֶן Ier. 51, 34. Ez. 31, 9. notat *voluptates*, vt ap. Iſocrat. Euag. 15. Artemidor. 3, 60. τοῖς ἐν τρυφῇ διάγουσι· *vitam mollem et delicatam* 2 Petr. 2, 13. Ael. H. V. 1, 19. hinc vulgo verba τρυφῇ ὑπάρχοντες h. l. explicant: *qui vitam mollem agunt.* Sed hoc idem vocabulum, vt verbum τρυφᾶν, ſpeciatim *de veſtium luxu et mollitie* poni ſolet, vt ap. Xen. Rep. Athen. 1, 11. ἐῶσι τοὺς δούλους τρυφᾶν, καὶ μεγαλοπρεπῶς διαιτᾶσθαι. Iſocrat. Panegyr. 41. τὰ μὲν σώματα διὰ τοὺς πλούτους τρυφῶντες, *quoad corpus, cultu luxuriantes.* Diod. Sic p. 222. B. τοὺς ἱερέας πολὺ τῶν ἄλλων ὑπερέχοντας τρυφῇ eſſe teſtatur, quos a ſolo *veſtium luxu et mollitie* deſcribit; vid. *Münthius* ad h. l. et ſic h. l. *veſtes molles* ſignificantur, et τρυφῇ poſitum eſt pro τρυφερῷ. Interpretes Alexandrini Prou. 4, 9. vbi memoratur עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת, *corona ſplendida*, voc. תפארת reddiderunt τρυφὴ, ſed Symmachus ibi habet δόξῃ et Theodot. ὡραιότης. Caeterum pro τρυφῇ Goth. legit τροφῇ, v. *Bengelius* et *Griesbachius* ad h. l. quae duo vocabula perquam frequenter a librariis inter ſe permutata ſunt. v. *Weſſelingius* ad Diod. Sic. 11, 25. et *Wyttenbachius* ad Plutarch. de S. N. V. p. 35. τοῖς βασιλείοις ſcl. δώμασι, ap. Matth. 11, 8. ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων.

29. 30. Fuerunt qui hos verſus, non continuationem ſermonis Chriſti, ſed annotationem Euangeliſtae continere putarent, v. *Koecherus* ad h. l. cum ſequatur v. 31. εἶπε δὲ ὁ κύριος. Sed illa ipſa verba εἶπε δὲ ὁ κύριος a plurimis optimae notae codd. abſunt, vnde rectiſſime ea *Griesbachius* et *Matthaeius* ex ordine eiecerunt; addita fuiſſe videntur a grammaticis, qui ipſi quoque, cum verba v. 29. 40. Matth. loco parallelo non legantur, ea pro annotamento Euangeliſtae haberent. Quodſi vero ſtatuitur v. 29. 30. additamentum Lucae continere; verba ipſa non reddi poſſunt hunc in modum: *his Chriſti ſermonibus audi-*

tis, omnis multitudo et ipsi portitores, Deum laudabant, et Iohannis lauacrum subibant; nam Iohannes tunc temporis iam in vincula coniectus erat, neque adeo poterat amplius docere et baptizare; sed reddi debent: *omnis populus qui audiuerat, np. Iohannem, etiam portitores, Deum laudarant, et Iohannis lauacrum subierant; sed Pharisaei ac legisperiti Dei voluntatem contemserant* etc. Verum his ambagibus, praesertim cum verba εἶπε δὲ ὁ κύριος v. 31. spuria sint, non opus est, nec adeo necesse est, vt cum *Paulo* statuamus, Lucam haec adiecisse, vt ostenderet, quosnam Christus verbis v. 31. innuisset, nempe Pharisaeos et Sadducaeos. Sed longe facilior interpretatio procedit, et omnia optime cohaerent, si, quae v. 29. 30. leguntur, pro ipsis verbis Christi habentur. Nempe Christus pluribus docere volebat, vera esse quae Iohannes, legatus diuinus, hactenus docuisset, et de Messia praedixisset; v. Matth. 11, 7. hinc verba quoque faciebat de euentu negotii a Iohanne suscepti; et comparabat h. l. vt saepius pertinacem contumaciam Pharisaeorum et legisperitorum, cum ardenti studio populi atque portitorum doctrinam diuinam cognoscendi; v. Matth. 21, 31 f. Luc. 5, 30 sq. continent vero etiam haec verba veluti explicationem effati Christi quod legitur Matth. 11, 12. vbi v. not. καὶ πᾶς ὁ λαὸς — Ἰωάννου] *et omnis populus,* (magna populi multitudo) *etiam portitores, qui eum* (Iohannem) *audiuerunt, Deum collaudarunt:* δικαιοῦν significat etiam *laudare, probare*; vt Matth. 11, 19. infra v. 35. Sir. 10, 29. τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; 18, 2. κύριος μόνος δικαιωθήσεται, v. *Kypkius* ad h. l. est autem in hac orationis serie, non sermo de verbis, sed de factis, nam sequitur βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, et δικαιοῦν respondet formulae δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, quae de iis adhibetur, qui reuerentia Dei ad dicendum agendumue aliquid impelluntur; v. *Koppius* ad Rom. 4, 20. Itaque sensus est: Dei reuerentia ducti, parebant eius voluntati, et Iohannis, legati diuini, baptismum

subibant. Opposita formula v. 30. est, ἀθετεῖν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ, *contemnere, negligere Dei voluntatem, ei morem non gerere*, vt Marc. 7, 9. Hebr. נאץ 1 Sam. 2, 17. Hesychius: ἀθετεῖ, ἀτιμάζει. ἀθετεῖται, ὑβρίζεται, καταφρονεῖται. Sed βουλὴ τοῦ θεοῦ Dei voluntas posita erat in eo, vt a Iohanne per baptismum Iudaei obstringerentur τῇ μετανοίᾳ, et initiarentur nouae oeconomiae a Messia propemodum constituendae, vid. ad Matth. 3, 6. εἰς ἑαυτοὺς referendum puto ad verbum ἀθετεῖν, ita, vt εἰς ἑαυτοὺς positum sit pro datiuo incommodi, ἑαυτοῖς, h. e. *suo malo, suo maximo detrimento* reiecerunt Dei voluntatem; nam praepositione εἰς ab Alexandrinis interpretibus exprimi solet Hebraeorum ל, sic quoque infra 9. 13. βρώματα εἰς λαὸν dictum est pro τῷ λαῷ. Alii qui etiam εἰς ἑαυτοὺς ἀθετεῖν referunt, εἰς ἑαυτοὺς positum accipiunt pro ἐν ἑαυτοῖς, cum praepositiones ἐν et εἰς frequenter inter se permutentur, atque verbis τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς significari statuunt, Pharisaeos et legisperitos non ausos esse palam Iohannis baptismum et doctrinam contemnere ac repudiare, quod populum metuerent, sed intra animi cancellos contemtum voluntatis diuinae continuisse, nec eum verbis expressisse. Sed non de eo agitur, quod apud se cogitauerint Pharisaei ac legisperiti, imo de eo quod palam testatum fecerint, nam sequitur: μὴ βαπτισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ, *immergi se ab eo non passi sunt*. Alii verba traiecta autumant, et εἰς ἑαυτοὺς coniungunt cum verbis τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ, hoc sensu: benivolam erga ipsos Dei voluntatem reprobarunt. Durius.

31 sqq. Vid. Matth. 11, 16 — 19.

36. Vid. ad Matth. 26, 6. add. *Deylingius* Obss. S. P. 3. p. 227. sqq. qui ibi quoque pluribus ostendit, feminam peccatricem, de qua h. l. sermo est, non fuisse, vt plures sine vlla idonea ratione voluerunt, eandem cum Maria Magdalena c. 8, 2. memoratam, de cuius impro-

bitate literae facrae prorfus fileant; vid. et *Hammondus* atque *Michaelis* ad h. l. ἠρώτα δέ τις αὐτὸν κ. τ. λ.] *Tum Pharifaeus quidam Iefum inuitabat, vt fecum coenaret.* Ingeniofa eft et perquam probabilis *Pauli* coniectura, coll. v. 41 fs. 46 fq. hunc Pharifaeum Iefu ope fanatum fuiffe a morbo quodam, quem fibi contraxiffet peccatis fuis, levioribus tamen illis, quam quae commififfet femina ifta peccatrix, a Iefu quoque, morbo grauiori paulo ante liberata. Grati ergo animi teftificandi cauffa Pharifaeum nunc temporis Iefum ad coenam inuitaffe, pro fuperbia tamen et arrogantia Pharifaeis propria, negligentius valetudinis priftinae reftitutorem tractaffe, nec vllo amoris figno confueto eum excepiffe, coll. v. 44 fqq. ἀνεκλίθη, *accubuit*; ἀνακλίνεσθαι verbum conuiuale, vt ἀνακεῖσθαι v. 37. v. not. ad Matth. 9, 10. 8, 11.

37. ἐν τῇ πόλει, *in vrbe illa*, intelligitur Nain. ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς] *quae fuerat peccatrix.* Vocabulum ἁμαρτωλὸς, etfi complectitur omne peccati genus, haud tamen improbabile eft, feminam iftam fuiffe *meretricem* vel *adulteram.* Hebraei enim *impudicos*, nominare folebant חטאים, et in libris Graecorum Latinorumque fcriptorum verba ἁμαρτάνειν, *peccare*, de ftupro atque adulterio haud rarenter occurrunt. v. Ael. H. V. 4, 1. Eurip. Hippol. 507. Propert. 2, 6. 4. Tibull. 1, 4. 1. v. *Dorvillius* ad Charit. p. 220. Lipf. *Munkerus* ad Antonin. Lib. p. 337. *Elsnerus* ad Ioh. 8, 11. *Pricaeus* et *Wetftenius* ad h. l. Sine idonea autem ratione *Hammondus* ἁμαρτωλὸς explicuit *gentilis*, *ethnica*, de qua vocabuli notione vid. *Schoettgenius* Hor. Hebr. p. 370. et *Schleusneri* Lex. fub h. v. Caeterum ἦν, vt recte monuerunt interpretes, reddi debet, *fuerat*, aut ἁμαρτωλὸς improprie dicta eft, non ex praefenti tempore, fed ex vita ante acta. v. not. ad Matth. 26, 6. ἀλάβαστρον μύρου, v. ad Matth. l. c. v. 7.

38. καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω] *ad pedes eius a tergo ftabat.* Iefus menfae in lectulo accumbebat,

finiftro cubito innixus, ita, vt capite et vultu ad cibos conuerfo, pedes nudos, demtis ante coenandum foleis, vid. *Bynaeus* de calceo 2, 1. 8. de morte Chrifti p. 260. *Wetftenius* ad h. l. verfus exteriorem partem conuerfos haberet, qua miniftri fercula ferentes, triclinium obibant ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι] recordata priftinae fuae conditionis, et beneficii a Chrifto accepti *lacrimis pedes eius irrigabat.* Laudauit *Kypkius* locum Paufaniae in Phocicis 10. p. 628. καὶ ἔβρεχε (τοῖς δάκρυσι) τοῦ Φαλάνθου τὴν κεφαλὴν, *irrigabat caput Phalanthi.* ἤρξατο redundat; v. ad Matth. 4, 17. καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ] *et exofculata eft pedes ipfius, vnxitque vnguento.* Pedum ofculatio fummae reuerentiae, etiam amoris ardentis fignum apud veteres erat. Polyb. 15, 1. legati Carthaginienfes πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγεννῶς τοὺς πόδας κατεφίλοιεν τῷ συνεδρίῳ. Longus Paftoral. 4, 12. parafitus domini πόδας καὶ χεῖρας κατεφίλει, vbi vid. *Mollus.* ib. c. 13. οὐκ ἀντέσχε κλάοντι, καὶ αὖθις τοὺς πόδας καταφιλοῦντι. Seneca de Benef. 2, 12. *Caefar dedit vitam Pompeio Penno — deinde abfoluto et agenti gratias, porrexit ofculandum finiftrum pedem.* Xen. Cyr. 7, 5. 32. ἔπειτα δὲ Κύρου κατεφίλουν καὶ χεῖρας καὶ πόδας, πολλὰ δακρύοντες ἅμα χαρᾷ καὶ εὐφραινόμενοι. Ariftoph. Vefp. 606. καὶ πρῶτα μὲν ἡ θυγάτηρ με ἀπονίζῃ, καὶ τὸν πόδ' ἀλείφῃ, καὶ προςκύψασα φιλήσῃ. cf. *Lomeieri* dies geniales p. 368 fq. *Wetftenius* et *Kypkius* ad h. l.

39. *Pharifaeus, qui Iefum inuitauerat,* (ὁ καλέσας, v. Matth. 22, 3.) *fecum cogitabat*, vultus et geftus hominis cogitata animi ipfius prodebant, *fi ifte vates effet, noffet indolem atque ingenium feminae quae ipfum attigit, eam effe peccatricem.* Nam Pharifaei putabant contactu et conforcio hominum flagitioforum, non minus quam leproforum, alios inquinari. v. Matth. 9, 11. Marc. 7, 4. *Drufius* ad h. l. et *Schoettgenius* in Horr. Hebr. ad Matth. l. c.

40. 41. Iesus probe perspiciens mentem Simonis Pharisaei, eum alloquebatur (ἀποκριθεὶς εἶπε, vid. Matth. 11, 25.) his verbis: Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν, *Simon, habeo, quod tibi dicam*, vel, *quod te interrogem*. Hac formula vtuntur etiam scriptores Graeci atque Latini. Lucian. Toxar. 42. τί τοιοῦτόν ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰπεῖν. Aristaenet. 2, 1. ἃ δὲ παραινεῖν ἔχω σοι, λεκτέα λοιπόν. Gell. 3, 1. *rogatus, ecquid haberet dicere*. Commode autem h. l. εἰπεῖν reddi potest, *interrogare*, quo significatu etiam alias, vt verbum אמר occurrit. vid. Ex. 3, 13. Matth. 13, 10. 11, 3. — 41. δύο χρεοφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι] *creditori cuidam duo erant debitores*. δανειστής, *creditor, foenerator*, Sir. 29, 28. Ael. H. V. 14, 24. in versione septuagintauirali respondet Hebr. נשה 2 Regg. 4, 1. δηνάρια vid. ad Matth. 18, 28.

42. 43. τίς οὖν αὐτῶν, εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει;] *vter eorum, dic mihi, vehementius illum amabit?* Quaerit Christus, quid probabile, non, quid necessarium sit. τίς pro πότερος. vt Matth. 21, 31. 23, 17. ἀγαπᾷν, *amare, diligere, beniuolentia aliquem amplecti, ita vt commodis eius prospicias*, Ioh. 21, 15. Matth. 5, 43. 44. 46. 6, 24. et sic h. l. vt omnis orationis cohaerentia docet, est: *declarare animum gratum cultu, obseruantia, officiis*. Inepta est et perquam contorta *Boltenii* huius loci interpretatio. Nempe ἀγαπᾷν explicat, *blandiri, blandis verbis aliquem compellare* (v. Marc. 10, 21.) *expetere aliquid ab aliquo*, et verba nostra vertit: vtrum eorum verbis blandioribus rogauit, vt debitum remitteret ipsi? *wer wird ihm wohl am meisten geschmeichelt haben?* Futurum ἀγαπήσει positum existimat pro praeterito, et feminam illam peccatricem, opinatur, Iesum blanditiis suis permouere voluisse, vt ipsam sanaret. Sed sermo est h. l. vt omnis contextus docet, de animi grati declaratione debitorum, postquam creditor iis debitum remiserat; et interpretatione *Boltenii* admissa, statuendum quoque esset, repu-

gnante orationis ferie, coll. v. 47. etiam Pharifaeum, quem Iefus cum femina illa peccatrice comparauerit, tunc temporis morbo laboraffe, et inuitatione fua Iefum permouere voluiffe, vt ipfum fanaret. Verbum ἐχαρίσατο, quod praeceffit, fine vlla idonea ratione *Boltenius* vertit: *beyden follte er es fchenken*, *remittere debebat*, reddendum potius eft, *donauit*, et hoc ipfum verbum docet, donationem praeceffiffe ἀγάπην. — 43. ὑπολαμβάνω, *cenfeo*, *iudico*, *ftatuo*, v. Theophr. Char. 1, 3. 2, 1. Aefchin. Socr. 2, 40. in verfione Alexandrina refpondet Hebr. חָשַׁב, et commutatur h. l. cum verbo κρίνειν. Hefychius: ὑπολαβών, ὑπονοήσας, νομίσας. Phauorinus: ὑπολαμβάνω· τὸ ἡγοῦμαι καὶ νομίζω.

44. Comparat iam Iefus inhumanitatem Simonis Pharifaei, qui etiam communia officia neglexerat, cum eximiis reuerentiae, amoris, animique grati documentis, quae femina peccatrix dederat. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας] *aquam ad lauandos pedes mihi non praebuifti.* Moris erat apud Orientales, vt hofpitum, vel conuiuarum, priusquam accumberent, pedes lauarentur, et haec pedum lotio ad prima humanitatis officia referebatur. vid. Gen. 18, 4. Iudd. 19, 21. 1 Sam. 25, 41. *Palairetus* ad h. l. et interpp. ad Ioh. 13, 12. 1 Tim. 5, 10. Pro ἐπὶ *Pricaeus* legendum effe coniiciebat εἰς· male ac perperam, cum ἐπὶ faepius ponatur pro εἰς, vt ap. Hom. Il. ί, 174. κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν. Herodi. 3, 11. ἐκπέμπει ἐπὶ τὸν φόνον. vid. *Albertii* Peric. Crit. p. 16 fq. et *Loesnerus* ad h. l. κεφαλῆς quod plures iidemque praeftantiffimi codd. omittunt, e v. 38. a grammaticis adfcriptum effe videtur, recte igitur illud expunxit *Griesbachius.*

45. 46. φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας] *ofculum mihi non dedifti.* Apud Orientales amicorum falutationi iungebantur ofcula. vid. Gen. 33, 4. Exod. 18, 7. Matth. 26,

49. *Koppius* ad 1 Theff. 5, 6. *Raphelius* Obff. Xenoph. ad Act 20, 1. ἀφ' ἧς εἰςῆλθον] *ex quo ingreffus fum:* ἀφ' ἧς fcl. ὥρας. vid. *Bofii* Ellipf. Gr. p. 576. ed. *Schaeferi.* Pro εἰςῆλθον in aliis libris legitur εἰςῆλθεν, *ex quo ingreffa eft.* Lectione εἰςῆλθον admiffa ftatuendum eft, feminam illam exfpectaffe Iefum in triclinio, quod cum minus probabile fit, coll. v. 39. praeferenda eft lectio εἰςῆλθεν, quam etiam *Beza, Lud. de Dieu, Grotius, Segaarius, Griesbachius* probarunt; εἰςῆλθον e v. 44. in hunc veniffe videtur. οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας] *non deftitit pedes meos ofculari;* hoc vero fecit, cum Iefus ad menfam accubuiffet. vid. v. 38. Verbum διαλείπειν, quod refpondet Hebr. מֵשִׁיחַ Ier. 17, 8. repetitam actionem indicat. Hoc fenfu participio iunctum legitur ap. Herodi. 7, 1. 16. ἀσκῶν τε καὶ γυμνάζων τοὺς στρατιώτας οὐ διέλιπε· add. Xen. Apol. 16. vid. *Wetftenius, Krebfius* et *Loesnerus* ad hunc locum. — 46. ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας] *caput meum vnguento non perfudifti.* vid. ad Matth. 6, 17. ἔλαιον, *oleum,* non differt a μῦρον, *vnguentum,* nam vtroque vocabulo interpretes V. T. Graeci expreſſerunt Hebr. שֶׁמֶן vid. Gen. 28, 18. 2 Regg. 14, 2 Pf. 44, 9. Eccleſ. 7, 2. quo loco Symmach. habet μῦρον, fed LXX ἔλαιον· add. Prou. 27, 9. Pf. 132, 2. vbi Alex. reddiderunt μῦρον.

47. ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί] haec verba non reddi poffunt: *remiffa ei funt peccata multa,* nam legitur αὐτῆς, non αὐτῇ, fed exprimi debent: *remiffa funt peccata illius multa et magna,* peccata, quae commifit. Iam vero verba ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι explicari poffunt vel, *recuperafti Dei fauorem,* vel *peccatorum poena, morbo peccatis contracto liberata es.* vid. ad Matth. 9, 2. Quaeritur ergo, quonam fenfu h. l. capienda fint. Omnino Iefus, vt ex omni narratione patet, feminam illam peccatricem, paulo ante quam a Pharifaeo ad coenam inuitatus effet, liberarat a morbo duro et graui, quem fuis pecca-

tis fibi contraxerat et eo etiam fpectant verba quae v. 50. leguntur: πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην, quibus Iefus dimittere folebat eos, quorum valetudinem reftituerat. v. Luc. 8, 48. Marc. 5, 34. Matth. 9, 22. 29. Luc. 18, 42. Cum vero Pharifaeus, vt h. l. legitur, crediderit, feminam illam, Iefu ignotam, coll. v. 39. peccatis prioribus adhue deditam effe, et e ftatu illius priftino temere ad praefentem collegerit, eamque vt flagitiofam, indignam iudicarit quae Iefum contrectaret; cum peccata in litteris frequenter comparentur cum debitis; vid. Matth. 6, 12. coll. v. 41 fq.: puto verbis Chrifti, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ fenfum fubftituendum effe hunc: recuperauit Dei fauorem et peccatorum poena, morbo, liberata eft. Sed formula quae fequitur, ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, cum ea refpexerit Iefus Pharifaeum, qui neque poenitentiam declaraffet, neque Chrifti affecla effet, vt recte obferuauit ad h. l. *Paulus*, non nifi de peccati poena, de liberatione a morbo leuiori, quem peccatis leuioribus fibi Simon Pharifaeus contraxiffe putarat, explicari poteft. ὅτι ἠγάπησε πολύ] haud pauci interpretes opinati funt, his verbis oftendi, feminam illam, pietatis ac reuerentiae fuae erga Chriftum declaratione, delictorum veniam promeritam effe, adeoque ea interpretati funt: *remiffa funt ei multa peccata, quae commifit, quoniam multa pietatis ac reverentiae figna mihi exhibuit.* Huic vero interpretationi primo repugnat parabola ipfa paulo ante propofita, in ea enim debitoris erga creditorem pietas et beniuolentia memoratur, poftquam notatum eft creditorem ei debitum remififfe. Deinde fi verba Chrifti eo fenfu accipienda effent, quem iis interpretes illi fubiiciunt, fequi deberet: ὃς δὲ ὀλίγον ἀγαπᾷ, ὀλίγον αὐτῷ ἀφίεται, fed verba textus memorant primo peccatorum remiffionem, deinde amoris ac pietatis declarationem. Itaque alii interpretes particulam ὅτι Latine exprimendam effe cenfuerunt, *ideo, propterea*, et fenfum verborum hunc in modum conftituendum effe contenderunt: *propterea tibi affirmo, ei*, quam tu ad-

huc peccatricem esse putas, *multa quae commisit peccata esse remissa; hanc ipsam ob caussam tam insignia amoris et reuerentiae documenta mihi dedit.* Comprobari quidem potest haec particulae ὅτι explicatio vsu loquendi interpretum Alexandrinorum. Hi enim particulam Hebr. כִּי reddiderunt non modo particula ὅτι, sed etiam διὸ, vt Ps. 116, 10. et Hebr. יַעַן Ies. 30, 12. עַל־דְּבַר, *propterea*, Deut. 22, 24. עַל־אֲשֶׁר per ὅτι expresserunt. v. *Hammondus* et *Wolfius* ad h. l. *Glassius* in Phil. S. pag. 535. Verum enimuero non necesse videtur, vt a vulgari particulae ὅτι significatione, *nam*, *quia*, recedamus, ea vero admissa sensus procedit hic: ex eo quod fecit, (οὗ χάριν concludentis est) recte colligere potes, remissa esse magna (πολὺς saepius id. qd. μέγας) illius peccata, id enim exinde apparet, quoniam tam eximia pietatis suae animique grati specimina mihi nunc exhibuit. Omnino Christus ostendere voluit, feminam istam non esse amplius pro peccatrice habendam, se ei nuper peccata remisisse, eamque liberasse a morbo grauiori peccatis contracto. ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ] respicitur his verbis, vt supra annotauimus, Simon Pharisaeus. Sensus est: qui vero sicut tu arbitratur, se leuia tantummodo peccata commisisse, iisque sibi morbum contraxisse leuiorem, is, cum exiguo beneficio se affectum esse putet, nec multis nec magnis animi grati documentis beneficium acceptum remunerari solet; hinc etiam non mirandum, te mihi communia et vulgaria amoris et humanitatis officia denegasse, et credidisse, te praeclaram mihi gratiam retulisse, quod me ad coenam inuitaueris.

48 — 50. Vt Iesus feminae peccata sua dolentis, et insolentia atque inhumanitate Pharisaei laesae ac pudore affectae animum tranquillaret et confirmaret, ad eam conversus, repetebat, quae iam nuper ei dixerat: recipias animum, non amplius es pro peccatrice habenda, Dei favorem recuperasti, et liberata es a peccatorum tuorum

poena, reftituta es, nec morbus tuus redibit. — 49. *καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, tum conuiuae inuicem dicebant.* vid. ad Matth. 16, 7. alii explicant, *fecum cogitabant.* *τίς οὗτος κ. τ. λ.* vid. ad Matth. 9, 3. Iefus non curans amplius hominum illorum peruerfam cogitandi et fentiendi rationem, feminam his verbis (v. 50.) dimittebat: *ἡ πίστις σου σέσωκέ σε*, tu, quae me legatum diuinum habes, qui poffit peccata remittere, et peccatorum poenam remouere, fiduciae tuae debes liberationem a morbo peccatis tuis contracto. *πορεύου εἰς εἰρήνην*, *fis felix, vale*, v. ad Marc. 5, 33.

C A P V T VIII.

1. 2. Ἐν τῷ καθεξῆς fcl. *χρόνῳ*, *poftea*, v. 7, 11. *διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην*, *iter fecit oppidatim et vicatim*, id. qd. Matth. 9, 35. *περιῆγεν πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας* eft autem h. l. *κατὰ πόλιν καὶ κώμην* concife dictum pro *κατ' ἑκάστην πόλιν καὶ κώμην.* v. *Weffelingius* ad Diod. Sic. 15, 38. 19, 77. et *Wetftenius* ad h. l. fic *κατὰ τόπους* legitur Matth. 24, 7. *κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, laetam doctrinam de regno Meffiano tradens.* Matth. 4, 23. *καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ*] fcl. *ἦσαν*, *et duodecim Apoftoli vna cum eo erant, eum comitabantur.* Neutiquam enim haec verba, vt nonnulli interpretes voluerunt, cohaerent cum verbis *κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος*, ita, vt fenfus fit: duodecim vna cum magiftro doctrinam diuinam illo tempore annuntiarunt, nam ftatim fequitur (v. 2.): *καὶ γυναῖκές τινες*· exprimitur potius fententia haec: erant vna cum Chrifto, erant itineris comites. *Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνή*, vid.

Matth. 27, 55. 15, 39. ἀφ᾽ ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει] *e qua septem genii mali exierant.* Fuerat mente capta, et animo ipsius inhaeserat fixa opinio, vel, multos genios (vt adeo ἑπτὰ δαιμόνια sit numerus certus pro incerto, v. Matth. 12, 45.) vel, septem genios malos corpus ipsius occupasse. v. Matth. 8, 28. Marc. 5, 9.

3. γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου] *vxor Chusae, procuratoris Herodis.* Per ἐπίτροπον non intelligitur *procurator prouinciae.* v. ad Matth. 10, 18. Nusquam enim a Iosepho vel alibi memoratum legimus, principes ab Herode magno oriundos, ditiones suas per ἐπιτρόπους, *procuratores prouinciarum* administrasse; habebant autem, vt e Iosepho discimus, ἐπιτρόπους, *oeconomos, procuratores rei domesticae.* vid. *Kypkius* ad h. l. Scilicet ἐπίτροπος, vt ad Matth. 20, 8. notauimus, omnino notat eum, cuius fidei et curae aliquid ita commissum est, vt alterius loco certa quaedam negotia administret, *procuratorem*, hinc Lysias 2 Macc. 11, 1. vocatur ἐπίτροπος τοῦ βασιλέως, *regis thesaurarius*; hinc ἐπίτροπος *tutor pupillorum.* Aelian. H. V. 13, 44. Hesychius: ἐπίτροπος· ὁ προεστὼν — καὶ τῶν ὀρφανῶν. Speciatim vero ita dicebantur *procuratores rei domesticae*, inprimisque villarum, qui erant plerumque ex seruorum genere. Xen. Oecon. 12, 3. ἔχω ἐπιτρόπους ἐν τοῖς ἀργοῖς· add. ib. 13, 1. 14, 1. vid. not. ad Matth. 20, 8. 24, 47. et talis haud dubie quoque *Chusa* h. l. nominatus fuit. αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς] *quae victum ei ministrabant de suis facultatibus.* vid. ad Matth. 27, 55. ad Ioh. 12, 6. διακονεῖν, *ministrare*, h. l. coëmere et domum referre cibos, vt ap. Theophrast. Char. 2, 4. v. Matth. 4, 11. αὐτοῖς, vt in aliis libris legitur, glossema redolet.

4. 5. Vid. not. ad Matth. 13, 1 sqq. 18 sqq. Matth. ibi et Marc. 4, 1 sqq. referunt, Iesum prope lacum Genesaret assidentem, adstanti hominum multitudini parabolam

quae sequitur proposuisse. *συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν*] *cum iam magna populi multitudo conuenisset, et ii qui e singulis ciuitatibus ad eum accederent*, conuenissent. *καὶ* scl. *συνιόντων*. Non autem necesse est, vt per *τοὺς κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένους*, cum interpretibus nonnullis intelligamus, a magistratibus vicinarum vrbium publice missos, qui sermonum factorumque Christi auditores et spectatores essent, potius haec ipsa verba accuratius constituunt vim et potestatem formulae *συνιόντος ὄχλου πολλοῦ*, quae praecessit. — 5. *ὁ σπείρων*, *sator*, *agricola quidam*, nam articulus indefinite h. l. positus est, vt ה 2 Sam. 17, 17. al. v. ad Matth. 5, 1. 28, 17. *ὁ μὲν ἔπεσε* scl. *σπέρμα*.

6. *ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν*] *cecidit in terram, cui petra suberat*, *πέτραν* id. qd. *γῆν ὑπόπετρον*, vid. *Raphelius* Obss. Herodott. p. 245. *καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα*] *et enatum exaruit, cum succum non haberet*. Humoris penuria, accedente calore externo (Matth. et Marc. addunt: *ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος*, *orto sole*, *aucto calore*) exarescebat. *φύομαι*, *enascor*, *propullulo*, verbum de gramine et herbis proprium, Hebr. צמח Gen. 41, 23. Ex. 10, 5. עלה Ezech. 37, 8. Hesychius: *ἰκμάδα*, *σταγόνα*, *ὑγρασίαν*, *guttam*, *humorem*.

8 — 10. *ἡ γῆ ἀγαθή*, est *ager fertilis*, *solum succidum*; ita *ἀγαθὸς* saepius de terra legitur e Diod. Sic. 11, 25. *τὴν δὲ χώραν ἅπασαν ἀγαθὴν οὖσαν ἀμπελοφύτιν ἐποίησαν.* add. Herodo. 1, 193. Xen. Oec. 16, 7. Plutarch. Puer. Educ. 4, 10. *τίς εἴη*, *quidnam significaret parabola*. Ita *εἰμὶ* extat quoque Act. 10, 17. Gal. 4, 24. Apoc. 1, 20. *λέγοντες* id. qd. *ζητοῦντες*. *ἵνα βλέποντες κ. τ. λ.* vid. ad Marc. 4, 12.

14. *τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν*] *qui consitus est inter spinas*, *der da*, *wo Dornen waren*, *besäet wurde.* Neu-

trum τὸ πεσὸν pofitum eft pro mafculino πεσὼν, atque fingularis vim obtinet pluralis. nam praeceſſerat οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν v. 12. οἱ ἐπὶ τῆς πέτρας v. 13. et fequitur οὗτοί εἰσι. Sed ὁ πεσὼν non tantum dicitur, *qui cecidit*, aut *delapſus eſt*, fed etiam, *qui in ſe aliquid delapſum excepit.* vid. *Eraſm. Schmidius* ad Matth. 13, 19. Poft ἀκούσαντες fupplendum eft: καὶ μετὰ χαρᾶς δέχοντες τὸν λόγον, atque καὶ h. l. valet, *ſed, tamen.* καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου κ. τ. λ.] *ſed per nimiam curam iam diuitiarum, quam voluptatum ſuffocant*, nempe τὸν λόγον, doctrinam acceptam et admiſſam. Participium πορευόμενοι, vel redundat, vt faepe πορευθέντες ap. Matth. 9, 13. 25, 16. vnde et Syrus h. l. omifit, vel, proceſſum temporis indicat, et verti debet, *ſenſim ac paulatim ſuffocant*, vt Gen. 8, 3. exficcabantur aquae, de fuperficie terrae הלוך ושוב *eundo et redeundo* i. paulatim recedendo. 2 Sam. 3, 1. Dauidica domus ibat et inualeſcebat, at domus Sauli ibat et decreſcebat; Alexandrini ibi habent: καὶ ὁ οἶκος Δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει. add. 1 Sam. 14. 19. Gen. 12, 9. Ex 19, 19. συμπνίγονται non poteft paſſiue capi, *ſuffocantur*, nam non homines fuffocantur, fed ipfi fuffocant doctrinam, neque paſſiuum admittit antithefis, non enim legitur, *non ad maturitatem perueniunt*, quod opponi debuiſſet paſſiuo συμπνίγονται, fed legitur: *non ad maturitatem perducunt*, et Marc. 4, 19. difertis verbis fcriptum extat: συμπνίγουσι τὸν λόγον, add. Matth. 13, 22. ibique notata. μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν, per hendiadyn dicta pro, *curae diuitiarum et voluptatum.* καὶ οὐ τελεσφοροῦσι] *neque ad maturitatem perducunt* h. e. non factis demonftrant, fe eſſe fectatores meos, Marcus 4, 19. fcripfit, καὶ ἄκαρπος γίνεται, et h. l. v. 15. extr. exftat. καρποφοροῦσι. Eft autem τελεσφορεῖν, verbum de fructibus matureſcentibus proprium, Arrian. Epict. 4, 8. οὕτω καρπὸς γίνεται· κατορυγῆναι δεῖ, χρόνῳ τὸ σπέρμα κρυφθῆναι, κατὰ μικρὸν αὐξηθῆναι, ἵνα τελεσφορηθῇ. *ſic fruges naſcuntur, defodi oportet, aliquamdiu ſemen occul-*

tari, *paulatim crefcere*, *vt maturitatem confequantur*. Exempla alia plura hanc in rem attulerunt *Kypkius*, *Elsnerus*, *Wetftenius*, *Krebfius*, atque *Loesnerus* ad h. l.

15. τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ fcl. πεσὸν, *qui in terra bona femen excepit*. vid. ad v. 14. pro καλῇ v. 8. fcriptum erat ἀγαθῇ. οἵτινες ἐν καρδίᾳ — κατέχουσι] *qui animo bono et probo retinent*; καλῇ καὶ ἀγαθῇ, *animo vere bono*, a levitate, inconftantia, cupiditate diuitiarum alieno. καλὸς καὶ ἀγαθὸς non cum Suida improbandum, nam etiam optimae notae fcriptores Graeci dixerunt καλὸς κἀγαθός et καλὸς καὶ ἀγαθός· vid. *Sturzii* Lexicon Xenoph. fub καλός, et *Wetftenius* ad h. l. καὶ καρποφοροῦσι ἐν ὑπομονῇ] *ita vt conftanter fructus ferant*. καρποφορεῖν, *fructus proferre*, per metaphoram h. l. ponitur de iis, qui vita et factis conftanter, per omnem vitam, doctrinam fusceptam exprimunt, et demonftrant fe effe veros ac genuinos Chrifti fectatores. Nam ὑπομονὴ in hac orationis ferie eft *conftantia*, vt Rom. 2, 7. 1 Theff. 1, 3. Hefychius: ὑπομονὴ, καρτερία.

16 fq. Vid. ad Matth. p. 139. 5, 15. Marc. 4, 21. 22. Matth. 10, 26.

18. Vid. Matth. 13, 12. Marc. 4, 25. βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε] *videte igitur quomodo*, *quo animo*, *quo confilio*, *audiatis*, vtrum audiatis doctrinam meam attente et diligenter, et eo animo, vt profundior atque accuratior eiusdem notitia vobis contingat; an fegnes fitis et negligentes auditores. καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν] Matth. et Marc. ll. cc. fimpliciter legitur ὃ ἔχει. Nempe δοκεῖν h. l more Graecorum redundat, vt ap. Athen. 6, 4. ἐκ ποτηρίων δὲ χαλκῶν ἔπινον οἱ σφόδρα δοκοῦντες πλουτεῖν *qui ditiffimi erant*. Diod. Sic. p. 148. Rhod. τοὺς δοκοῦντας ἀσεβεῖν pro τοὺς ἀσεβοῦντας. Plat. Phaed. 7. ἡσθῆναι ἔδοξε id. qd. ἥσθη. Xen. Mem. 4, 2. 20. δοκῶ λέγειν pro λέγω. ib.

4, 3. 14. ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος. vid. *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. *Bosius* ad Act. 16, 13. *Dorvillius* ad Charit. p. 413. et notat. ad Matth. 3, 9.

19. 20. Vid. Matth. 12, 46 sqq. Marc. 3, 20, qui ordinem temporis diligentius seruarunt. συντυγχάνειν, *conuenire, adire aliquem.* Xen. Cyr. 1, 4. 4. ὥστε καὶ ἐρυθραίνεσθαι ὁπότε συντυγχάνει τοῖς πρεσβυτέροις. Herodo. 4, 14. συντυχεῖν τε οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζικοῦ, καὶ ἐς λόγους ἀπίκεσθαι. vid. *Kypkius* et *Raphelius* ad hunc loc. — 20. λεγόντων] subaudiendum τινῶν, vt sit genitiuus absolutus, quem *Beza* interpretatur: *dicentibus nonnullis.* v. *Raphelius* p. 247. et *Albertii* Peric. Crit. p. 17. Matth. 12, 47. legitur: εἶπε δέ τις αὐτῷ. *Kypkius* ad λεγόντων subintelligit αὐτῶν et cum λέγειν notet etiam, *nuntiandum aliquid curare, iubere vt aliquid alteri dicatur* (laudat hanc in rem Act. 13, 15. Ioh. 11, 3.) λεγόντων refert ad matrem et fratres Iesu, et vertit: *hi ad Iesum dicebant,* i. e. *dici curabant.* Durius et ἀπροςδιόνυσοι sunt loci laudati Ioh. 11, 3. ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν λέγουσαι· et Act. 13, 15. ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες. ἰδεῖν σε θέλοντες] *tecum colloqui cupiunt:* ἰδεῖν antecedens pro consequenti, *videre,* pro *colloqui,* vt Ioh. 12, 21. θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. Thucyd. 4, 125. καὶ τὸν Περδίκκαν τὸ πρῶτον οὐκ αἰσθανόμενον, ὡς ἔγνω, ἠνάγκασαν πρὶν τὸν Βρασίδα ἰδεῖν. vbi schol. πρὶν διαλεχθῆναι τῷ Βρασίδα· οὕτω γὰρ οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι, ὡς τὸ ἰδεῖν τι σε ἐβουλόμην, ἀντὶ τοῦ διαλεχθῆναί σοι τι. v. *Kypkius* ad h. l. *Duckerus* ad Thucyd. p. 311. *Abreschius* Auctar. dilucc. Thucyd. p. 354. Xen. Cyr. 4, 6. 2. εἶπεν, ὅτι Κῦρον πρῶτον βούλοιτο ἰδεῖν. Sic quoque Hebr. ראה vsurpatur 1 Sam. 15, 35. 2 Sam. 13, 5. vbi v. τοὺς ό.

22. Vid. Matth. 8, 23 sqq. Marc. 4, 36 sqq. ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, *aliquando,* μιᾷ pro τινὶ, v. Matth. 8, 18. τῆς λίμνης intelligitur, lacus Genesaret. ἀνήχθησαν, *soluebant*

nauem; ἀνάγεσθαι verbum nauticum, de iis proprium, *qui soluunt e litore vel portu, et altum petunt.* Herodo. 4, 141. ἀναχθέντες ἐκ τῆς νήσου ἔπλεον· add. 7, 128. 8. 84. Hom. Il. α', 478. Ael. H. V. 11, 13. Theophr. Char. 20, 1. vid. *Raphelius*, *Wetstenius*, *Münthius* ad h. l. et *Hemsterhusius* ad Lucian. Tom. 1. pag. 47.

23. ἀφύπνωσε] *obdormiuit.* In scriptis Atticorum verbum ἀφυπνοῦν et ἀφυπνίζειν hoc significatu non legitur, sed notat *e somno excitare*, et sensu neutro *expergefieri*, v. Phrynichus, Moeris et Thom. M., in versione autem Alexandrina respondet verbo Hebr. שכב, *obdormiuit*, Iudd. 5, 27. λαίλαψ, vid. Matth. 8, 24. καταβαίνειν de *vento, tempestate ingruente*, etiam a scriptoribus Graecis exteris adhibetur, v. *Rhoerii* Fer. Dauentr. p. 60. vt ἐπιβαίνειν a Iosepho Ant. 16, 2. 1. ἐπιβαίνοντος τοῦ χειμῶνος. Matth. 7, 25. κατέβη βροχή. καὶ συνεπληροῦντο] *ita vt complerentur* i. vt nauis fluctibus obrueretur. Solent scriptores Graeci quoque locutiones de nauigantibus et naui permiscere. Lucian. de mercede cond. c. 2. ὑπεραντλούμενοι τῇ ἅλμῃ, quod verbum proprie de naui vsurpatur. v. *Kypkius* ad h. l. et *Hemsterhusius* ad Lucian. Tim. c. 4.

24. 25. ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, repetitio huius vocis pingit anxietatem discipulorum, male igitur in nonnull. codd. ea semel tantum legitur. De voce ipsa vid. ad 5, 5. τίς *qualis* Aelian. H. V. 3, 36. τίς ἐστιν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις; Matth. 8, 27. legitur ποταπός.

26. 27. Vid. Matth. 8, 28 sqq. Marc. 5, 1. — 27. ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως] *homo quidam ex illa vrbe oriundus*, non enim ex vrbe homo ille Iesu occurrebat. nec in ea tunc temporis habitabat, nam v. extr. legitur, ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν· eodem sensu Matth. 27, 57. legitur: Ἰωσὴφ ἀπὸ Ἀριμαθαίας add. 1 Macc. 6, 3. Iudith. 19, 16. Matth. 14, 35. vid. et not. ad Matth. 15, 1. Per πόλιν intelligi-

Gergesa. v. ad Matth. 8, 28. ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν] *in aedibus non habitabat;* μένειν h. l. *habitare*, vt Ioh. 1, 39. Alexandrini hoc verbo exprimunt Hebr. ישׁב, *habitauit*, Gen. 24, 55. et לין, *pernoctare*, Iudd. 19, 9.

29. παρήγγειλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐξελθεῖν *iusserat enim Iesus genium malum exire.* v. Marc. 5, 8. πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτὸν] *inde a pluribus autem annis eum corripuerat:* πολλοῖς χρόνοις *Grotius* idem esse putat quod πολλάκις, male, praecessit enim v. 27. ἐκ χρόνων ἱκανῶν, et χρόνοι sunt h. l. *anni*, vt ap. Plutarch. de Puer. Educ. 14, 26. ἐν δεσμωτηρίῳ πολλοὺς κατεσάπη χρόνους. Diod. Sic. p. 44. A. Rhod. ἡ ὀλυμπιὰς πληροῦται κατὰ τεττάρας χρόνους i. e. ἔτη. Eustath. ad Il. α, 250. γενεὰ κατὰ παλαιοὺς οἱ τριάκοντα χρόνοι, μεθ' οὓς τελειοῦται ὁ ἄνθρωπος. ad Il. β'. p. 172. 9. μετὰ τοὺς ἐννέα χρόνους. Schol. ad Eurip. Orest. 1680. μετὰ τὸ πληρῶσαι χρόνον ἕνα. cf. et *Loesnerus* ad h. l. συναρπάζειν nonnulli vertunt, *huc illuc rapere et iactare*, vt significentur motus, quales sunt epilepticorum, qui conuulsione huc illuc iactantur. At enimuero de epileptico non est h. l. sermo, sed de maniaco, vt omnis orationis series docet, et ἁρπάζειν respondet h. l. Hebr. לקח Prou. 6, 25. ita vt reddi debeat, *corripere*, *occupare*. vid. *Loesnerus* ad h. l. εἰς τὰς ἐρήμους, *in loca deserta*: Marc. 5, 5. ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν μνήμασι.

30. 31. λεγεών, vid. ad Marc. 5, 9. — 31. Pro παρεκάλει in nonnullis codd. et verss. legitur παρεκάλουν, quae lectio neutiquam spernenda est, παρεκάλει fortassis inde ortum, quoniam v. 30. praecessit ὁ δὲ εἶπε, potuit tamen etiam e v. 32. παρεκάλουν in hunc locum venire. Male autem *Paulus*, qui παρεκάλουν scl. τὰ δαιμόνια praefert, notauit ad h. l. offendisse grammaticos hanc lectionem, vtpote legibus grammatices contrariam, cum neutrum plurale coniungi debeat cum verbo singularis numeri.

Tralatitium enim eſt, ſcriptores Graecos ſaepius hoc grammaticorum praeceptum neglexiſſe, vt Hom. Il. λ', 310. ἀμήχανα ἔργα γένοντο. Herodo. 2, 96. ταῦτα τὰ πλοῖα ἀνὰ μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύναται πλέειν· vid. et Matth. 27, 52. Act. 4, 25. Gal. 3, 8. Iac. 2, 19. 2 Petr. 3, 10. *Weſſelingius* ad Diod. Sic. 1, 93. 2, 19. 5, 8. et *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 343 ſqq. Per τὴν ἄβυσσον intelliguntur *tartara*, vt 2 Petr. 2, 4. Apoc. 20, 1 ſqq. v. *Suiceri* Theſ. Eccleſ. et *Schleusneri* Lex. ſub h. v. Cum ἄβυσσος etiam de voragine aquis plena, de ſtagno profundo vſurpari ſoleat, Diod. Sic. p. 111. οἱ ποταμοὶ (τῆς Γαλατίας) ἐκ λιμνῶν ἀβύσσων ῥέουσι, *e profundiſſimis emergunt ſtagnis.* Suidas: ἄβυσσος, ὑδάτων πλῆθος πολύ· *Boltenius* per ἄβυσσον h. l. ſignificari opinatus eſt, *mare Galilaeum, lacum Geneſaret.* Sed hanc ſignificationem, qua nusquam in libris N. T. legitur, et orationis ſeries, coll. v. 32. 33. et loci paralleli repudiant. Aeque improbanda eſt *Hackſpanii* et *Wolfii* ſententia, per ἄβυσσον *loca deſerta*, intelligenda eſſe, cum nullus ſcriptoris locus poſſit afferri, vbi hoc ſignificatu vocabulum ἄβυσσος recurrat.

33. 34. ἀποπνίγεσθαι etiam alias de ſuffocatione in aquis legitur, vt ap. Arrian. Epictet. 2, 5. v. *Raphelius* Obſſ. Polybb. p. 199. et πνίγεσθαι Xen. Anab. 5, 7. 25. v. et *Wackefieldii* Silua Crit. Tom. 2. pag. 75. — 34. τὸ γεγονὸς, vt in aliis libris legitur, e v. 35. correctum videtur. Plures quoque libri omittunt participium ἀπελθόντες ante ἀπήγγειλαν, forte tamen expunctum eſt a grammaticis atque librariis, quibus videretur ſuperuacaneum, cum praeceſſerit ἔφυγον. ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς] *in vrbe et agris nuntiarunt:* εἰς τὴν π. καὶ εἰς τ. ἀγροὺς, pro τοῖς ἐν τῇ πόλει κ. τ. λ. conſtruitur verbum ἀπαγγέλλειν fere cum datiuo, interdum tamen etiam cum praepoſitione εἰς. vid. Xen. Ageſ. 8, 3. *Raphelius* Obſſ. Herodott. pag. 249. *Palairetus* Obſſ. p.

179. Male *Rhoerius* haec vltima verfus verba ad remotius ἀπελθόντες refert.

35. 36. Vid. Marc. 5, 14 fqq.

38. 39. Vid. Marc. 5, 18. καθ᾽ ὅλην τὴν πόλιν] *per omnem vrbem.* Sed Marc. 5, 20. legitur: ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει, *in regione Decapolitana.* Hinc *Michaelis*, quem offendit praeterea etiam adeo magnifice de oppido paruo et ignobili locutum effe Euangeliftam, cui et parum probabile videtur, hominem, incolis illius oppidi ob porcos amiffos inuifum, omnibus praedicaffe beneficium, quod ipfi Iefus praeftitiffet; legendum effe, fufpicatur δεκάπολιν. *Boltenius* ὅλος idem valere putat quod πᾶς, vertit: *in omnibus oppidis.* Ex aliorum fententia πόλις eft h. l. *regio*, nempe Decapolitana. Hefychius: πόλιν, τὴν χώραν· de qua quidem fignificatione vocabuli πόλις vid. quos laudarunt *Albertius* ad Hefych. et *Schleusnerus* in Lex. fub h. v. *Michaelis* tamen rationes nos non permouere poffunt, vt a vulgari vocabuli πόλις fignificatione recedamus, aut de lectione mutanda cogitemus. Nam πόλις in libris Euangeliftarum quam faepiffime adhibetur de vicis et oppidis, vid. ad Marc. 1, 38. nec Lucas Marco repugnat, neutiquam enim negauit, hominem illum in regione Decapolitana finitima praedicaffe, quantis ipfum Iefus beneficiis affeciffet.

40. 41. Vid. Marc. 5, 22. Matth. 9, 18 fqq. ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος] *populus eum laetus excepit;* reditus eius acceptus fuit multitudini, fequitur enim: *nam omnes eum iam dudum auide exfpectarant;* ἀποδέχεσθαι, *libenter, gratanter aliquem excipere*, vt Act. 15, 4. 2 Macc. 3, 9. 4, 22. vid. *Raphelius* Obff. Polybb. p. 199. Sine idonea ratione *Loesnerus* ad h. l. ἀποδέχεσθαι explicuit: *hofpitium parare.*

42. ἀπέθνησκεν, *morti proxime erat.* v. ad Marc. et Matth. l. c. et *Marklandus* ad Max. Tyr. Diff. 24. p. 480. ed. *Reisk.* οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτὸν, *turba eum premebat;* v. ad Marc. 5, 24. vbi pro συνέπνιγον legitur συνέθλιβον, quo cum verbo etiam infra v. 45. commutatur, cuius synonymum ibi eſt verbum συνέχειν, ſed συμπνίγειν prop. *ſuffocare*, h. l. *premere*, *nimis vrgere*, eſt verbum fortius.

43. ὅλον τὸν βίον, *omnem rem familiarem*, *omnes opes*, *facultates.* v. Marc. 12, 44. εἰς ἰατροὺς προςαναλώσασα, *medicis impendit:* ἀναλίσκειν conſtrui ſolet cum praepoſitione εἰς, vt Xen. Cyr. 2, 4. 9. Ael. H. V. 14, 17. ſed προςαναλώσασα requireret ἰατροῖς, et ſic quoque in plurimis optimisque codd. legitur, quam lectionem rectiſſime receperunt *Bengelius*, *Griesbachius* et *Matthaeius* vid. et *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 180.

49. ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου *venit ſervus praefecti Synagogae* v. ad Marc. 3, 21. et *Elsnerus* ad h. l.

52. καὶ ἐκόπτοντο αὐτὴν] *eam plangebant:* Med. κόπτεσθαι proprie eſt *pectus tundere*, et quia hoc facere ſolebant lugentes, v. Nah. 2, 8. Luc. 23, 48. Homer. Il. σ', 31. Eurip. Troad. 787. Virg. Aen. 1, 481. Ouid. Faſt. 4, 454. *Geierus* de luctu Hebrr. c. 16. p. 199. ſignificat enim *lugere*, *ita vt pectus tundas*, vt h. l. Matth. 11, 17. et Luc. 23, 27. omninoque *admodum dolere.* v. Artemidor. 5, 38. ſchol. ad Ariſtoph. Lyſiſtr. v. 397. et Euſtathius ad Hom. Il. p. 899. 62. et 1256. 6. Reſpondet Hebr. verbo ספד quod conſtruitur modo cum ל modo cum על, vnde Alexandrini interpretes et ſcriptores N. T. verbum κόπτεσθαι ſequi iuſſerunt modo praepoſitionem ἐπὶ, v. 2 Sam. 11, 28. Zach. 12, 10. Apoc. 1, 7. modo accuſativum, vt h. l. Gen. 23, 2. 50, 10.

CAPVT IX.

1 — 3. Vid. Matth. 10, 1 fqq. ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν κ. τ. λ.] *dedit iis plenam poteſtatem omnis generis genios malos eiiciendi* i. e. poteſtatem omnis generis morbos grauiores, quorum auctores genii mali putarentur, epilepticos, maniacos, melancholicos etc. ſanandi, καὶ νόσους θεραπεύειν, et vero etiam alios morbos. — 2. κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, vid. ad Matth. 10, 7. — 3. μήτε ῥάβδον· ita enim cum codd. praeſtantiſſimis h. l. vt Matth. 10, 9. pro ῥάβδους legendum eſt, vid. ibi notata. μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν] *neque ſinguli* (ἀνὰ v. Matth. 20, 9.) *duas tunicas habeatis.* Infinitiuus ἔχειν vim obtinet imperatiui ἔχετε. Exempla huius permutationis temporum e ſcriptoribus Graecis plura congeſſerunt *Abreſchius* in Annotatt. ad h. l. *Weſſelingius* ad Herodot. 1, 63. 7, 228. et *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 26 ſq.

4. Vid. Matth. 10, 11. Luc. 10, 7. καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε, *et inde proficiſcimini*, excepti in illa domo manete, vsque dum vrbe vel vico exeundum ſit. Vetat Ieſus mutare hoſpitia. Caeterum cf. Matth. 10, 14.

7 — 9. Vid. Matth. 14, 1 ſs. Marc. 6, 14 ſs. Luc. 3, 19. ὑπ' αὐτοῦ diuerſarum recenſionum codd. praeſtantiſſimi omittunt, a grammaticis profectum videtur. διηπόρει dubius haerebat, quid de eo ſtatueret. — 8. ἐφάνη, *venit*, id. qd. ἦλθε, vt 2 Macc. 7, 22. Xen. Mem. 2, 8. 1. vid. *Wolfius* et *Koecherus* ad h. l. 9. ἐζήτει ἰδεῖν αὐτὸν, curioſitate ductus. v. Matth. 14, 1. 13. Luc. 23, 8.

10. Vid. Matth. 14, 13. Marc. 6, 45. ibique notata.

11. 12. Vid. Matth. 14, 14 ſq. Marc. 6, 34 ſqq. 12. ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν] *dies inclinabat.* Verbum κλίνειν dicitur de ſole et die in veſperam inclinato. Herodo. 4, 181. ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρας. Luc. 24, 29. κέκλικε ἡ ἡμέρα. Plena autem formula eſt, *ſol* vel *dies* κλίνει εἰς ἑσπέραν l. εἰς δείλην. Arrian. de Expedit. Alex. 3, 4. ἐγκλίναντος δὲ τοῦ ἡλίου ἐς ἑσπέραν. vid. *Raphelius* Obſſ. Polybb. p. 201. et *Valckenarius* ad Herodo. 4, 181. Alexandrini interpretes hoc verbo expreſſerunt Hebr. ירד Iudd. 19, 11. ἡ ἡμέρα κεκλικυῖα σφόδρα ſcl. εἰς ἑσπέραν. נטה Ier. 6, 4. et רפה Iudd. 19, 9. vbi οἱ ό habent: κέκλικεν ἡ ἡμέρα εἰς ἑσπέραν. Eodem modo vſurparunt Latini verbum *inclinare*, Curt. 6, 11. 9. *quamquam in veſperam inclinabat dies, tamen amicos conuocari iubet.* Plin. Epp. 7, 27. *inclinato die ſpatiabatur in porticu.* Pro ἀπελθόντες optimae notae librorum auctoritate recte repoſuit *Griesbachius* πορευθέντες· vulgaris lectio e Matth. loco parall. in hunc venit. ἵνα καταλύσωσι] *vt diuertant*, καταλύειν, *diuertere, recipere ſe in diuerſorium*, vt 19, 2 vnde κατάλυμα, *diuerſorium*, 2, 7. 22, 11. ἀγρούς, *villas*, vid. ad Matth. 22, 5. Cic. Offic. 1, 20. *vixerunt nonnulli in agris, delectati re ſua familiari.* καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν] *et alimenta reperiant*: ἐπισιτισμός, *commeatus, cibaria, cibus quo quis in itinere vtitur*, vt ap. Xen. Anab. 7, 1. 6. οἱ στρατιῶται ἐπισιτισμοῦ δεόμενοι — ἀθυμοῦσι. Herodi. 6, 7. 3. τῶν ἐπισιτισμῶν αὐτοῖς τοσούτων ὄντων. cf. omnino *Kypkius, Münthius* et *Wetſtenius* ad h. l. *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 109. et interpp. ad Thom. Mag. v. σιτοῦμαι.

13. οὐκ εἰσὶ ἡμῖν πλεῖον κ. τ. λ.] vulgo vertunt: *non ſunt nobis plures quam quinque panes et duo piſces, niſi digreſſi emamus cibos huic multitudini.* Ita vero oratio eſt elliptica, quam *Beza, Grotius*, alii, hunc in modum ſup-

plent; non funt nobis plures quam quinque panes et duo pifces, non poffumus ergo illis dare, quo vefcantur, nifi etc. *Camerarius* ironiam his verbis fubeffe putabat, iisque fubindicaffe difcipulos, fe tantae multitudini cibos coemere non poffe. vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. Praeferenda tamen videtur *Kypkii* ratio, qui verba interrogatiue capit, et ea vertit: *numquid* (εἰ μήτι) *digreſſi coemamus?* vt fit interrogatio cum admiratione et indignatione coniuncta. Nam non fine emphafi addita funt verba: εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, et fequitur: ἦσαν γὰρ ὡςεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. Hac vero interpretandi ratione admiffa, omnia bene cohaerent, et apprime conuenit hic locus iis quae leguntur Marc. 6, 35 fq. εἰς Hebr. ל, *pro.* v. Matth. 20, 1.

14. 15. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα] *curate vt accumbant certis ordinibus per quinquagenos difpofiti.* Ad κλισίας fubaudiendum κατά. Sed κλισία eft *difcubitus*, *ordo difcumbentium.* v. Iofeph. Ant. 12, 2. 11. Apud Marc. 6, 39. pofita leguntur vocabula συμπόσια et πρασίαι. De vi particulae ἀνὰ vid. ad Marc. l. c. Verbum autem κατακλίνειν h. l. notat, vt orationis feries docet, *difcumbere facere*, *iubere difcumbere* (Ioh. 6, 10. ποιήσατε ἀναπεσεῖν); fic κατακλίνειν legitur quoque ap. Ael. H. V. 8, 7. συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροςώπους ἑαυτῷ. 3 Macc. 1, 4. ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν τῇ σκηνῇ. Xen. Cyr. 2, 3. 9. ταξίαρχος — εἰςαγαγὼν (fuos milites) κατέκλινεν ἐπὶ δεῖπνον. v. et *Wetftenius* ad h. l. — 15. ἀνέκλιναν ἅπαντας, *accumbere iufferunt omnes*, male in nonnullis libris legitur ἅπαντες.

16. εὐλόγησεν αὐτοὺς] *Deo pro iis gratias egit*: αὐτοὺς pro ἐπ' αὐτοὺς, refertur ad ἄρτους et ἰχθύας. Nempe apud Hebraeos moris erat, cum cibum capere vellent, vt recitarent antea precationem, cuius initium erat ברוך

אַתָּה יְהוָה quibus verbis Deum laudabant, et pro potu ciboque gratias agebant. Hinc factum eſt, vt ברך et εὐλογεῖν, quod ei reſpondet, ad ipſum cibum potumque transferrentur, ita, vt addito caſu nominum rei quarto, ſignificarent *Deo gratias agere pro cibo et potu*, atque idem valerent quod εὐχαριστεῖν, vt 1 Sam. 1, 13. 1 Cor. 10, 16. h. l. v. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 207 ſq.

18 — 22. *Cum Ieſus aliquando precandi cauſſa in locum ſolitarium, vna cum diſcipulis disceſſiſſet:* καταμόνας, *ſeorſum, in locis ſolitariis*, remotus a turba populi. In Lucae archetypo omiſſa erant, quae leguntur Matth. 14, 22 — 16, 12. Loci paralleli ſunt Matth. 16, 13 — 24 ſqq. Marc. 8, 27. 31 ſqq. e quibus quidem locis etiam patet εἰπὼν h. l. v. 22. non poſſe reddi: *addita cauſſa hac*; ſed *dicebat etiam, addebat haec* l. *annuntiabat diſcipulis*, nam nec in locis parallelis quae h. l. v. 22. leguntur, tanquam interdicti illius cauſſa afferuntur.

23 — 25. Matth. 16, 24 ſqq. πρὸς πάντας allocutus eſt omnes ſectatores ſuos, tunc temporis praeſentes, aduenerant enim et alii, vid. Marc. 8, 34. priora apoſtolis dixerat. Pro ἀπαρνησάσθω multi libri legunt ἀρνησάσθω, recte. Vulgaris lectio a grammaticis e Matthaei et Marci locis parallelis petita videtur. Verba καθ' ἡμέραν, quae in multis codd. deſunt, omitti quidem, ſalua ſententia Chriſti, poterant, cum iam aoriſtorum ἀπαρνησάσθω et ἀράτω, haec vis ſit, vt idem declarent, quod ἀπαρνείσθω et αἰρέτω, ἑκάστοτε ſ. διηνεκῶς, v. *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. pag. 375. vnde et *Matthaeius*, qui verba illa καθ' ἡμέραν ex 1 Cor. 15, 31. in hunc locum veniſſe ſuſpicatur, ea ex ordine eiecit; ſed expuncta fuiſſe videntur illa verba a grammaticis, quoniam locis parallelis non extant, quare et, ea retinenda eſſe, ſapientiſſime iudicauit *Griesbachius*. 25. ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς particula ἢ h. l. vim obtinet particulae καὶ, vid. ad Matth. 16, 26. et ἀπολέσας atque ζημιωθεὶς ſunt verba idem valentia.

26. Vid. Marc. 8, 38. ibique notata.

28. Matth. 17, 1 sqq. Marc. 9, 2. Offendit interpretes forma loquendi h. l. obuia, ἐγένετο — ἡμέραι ὀκτώ· vnde nonnulli ad ὀκτὼ subintelligendum esse putarunt ἦσαν, alii pro ἐγένετο legendum esse coniecerunt ἐγένοντο. Sed non modo Hebraei, nominibus masculinis et femininis pluralibus, adiungunt verba singularia, v. Exod. 7, 25. Deut. 19, 10. 1 Sam. 1, 2. *Schroederus* institutt. L. H. syntax. 3, 62. et *Buxtorfii* thes. gram. L. Hebr. 2, 10. p. 411 sq. verum etiam Graeci scriptores, masculina et feminina nomina pluralis numeri, sequi iubent verba numeri singularis, quam in rem magnam exemplorum copiam congessit *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 345 sq.

31. ἐν δόξῃ, *splendore conspicui*. vid. ad Matth. l. c. ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, *locuti sunt de exitu ipsius*. Variae sunt interpretum sententiae de vi ac potestate vocabuli ἔξοδος in hac orationis serie adtribuenda. v. *Wolfium* in Curis et *Koecherum* in Analect. ad h. l. Cum verbum Hebr. יצא etiam notet *exiit ad expeditionem bellicam*, v. Ies. 42, 13. *Simonis* Lex. p. 726. ed. *Eichhorn*. atque vocabulum ἔξοδος a Graecis scriptoribus ponatur quoque *de exitu in castra*, *de expeditione militari*, v. Thucyd. 2, 10. 3, 5. Ael. H. V. 13, 12. *Elsnerus* ad h. l.: nonnulli, vt *Hammondus*, *Clericus*, *Boltenius*, ἔξοδος explicuerunt, de expeditione, quam Christus contra Hierosolymam suscepturus esset, de παρουσίᾳ Christi ad excidium Hierosolymitanum. At enimuero illis in locis scriptorum exterorum, vbi vocabulum ἔξοδος de expeditione bellica occurrit, ipse contextus docet, hoc sensu illud esse capiendum, h. l. vero neutiquam contextus eum requirit, nec legitur h. l. εἰς Ἱερουσαλήμ, sed ἐν Ἱερουσαλήμ, nec aliis in locis N. T. aut versionis Alexandrinae hac notione ἔξοδος vsurpatum extat. Adstipulor igitur interpretibus iis, qui ἔξοδος scl. τοῦ βίου, l. τοῦ ζῆν *de exitu ex hac vita*, *de morte* h. l. positum accipiunt,

quam quidem vocabuli explicationem confirmat vſus loquendi auctorum N. T. librorum, Ioſephi atque Philonis, praetereaque omnis orationis ſeries commendat, cf. v. 22. Matth. 16, 21 ſqq. 17, 9. et quae notauimus in Commentar. in Matth. p. 489. Hac eadem notione ἔξοδος legitur 2 Petr. 1, 15. Sap. 7, 6. μία δὲ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση· add. Sap. 3, 2. Ioſeph. Ant. 4, 8. 2. Philo de Charit. p. 701. A. Ita Latini quoque voces *exitus*, *exceſſus*, *exire*, vſurparunt Plin. epp. 6, 16. *petis vt tibi exitum auunculi mei ſcribam.* Nepos 19, 4. 3. *hunc exitum plerique habuerunt.* Sueton. Aug. c. 100. *a primo die natali ad exitum eius.* Iuuenal. Sat. 10, 127. *exitus ille vtcunque Hominis.* Lactant. de Mortibus Perſec. c. 50. *et illa, exitu eius audito, protinus fugit.* vid. et *Wetſtenius* ad h. l. atque *Suiceri* Theſaur. Eccl. h. v. Itaque τὴν ἔξοδον πληροῦν eſt, *vitae exitum habere*, *mortem ſubire.* ἐν Ἱερουσαλὴμ, *Hieroſolymis*, nam vſu loquendi vitae communis, quae prope locum aliquem peracta ſunt, dicuntur geſta in eodem, neque adeo neceſſe eſt, vt ἐν reddatur *prope*, ac moneatur, hanc praepoſitionem ſaepius viciniam indicare, vt ap. Lucian. Dial. Mort. c. 1. εὕροις δ᾽ ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ κατὰ τὸ Κρανεῖον· vbi vid. *Hemſterhuſius.* Caeterum ab hac vocabuli ἔξοδος explicatione parum recedit *Kypkii* ratio, qui illud latiori ſenſu ſumit, *de omnibus fatis, quae Chriſto Hieroſolymis, et extra vrbem, ſed in eius tamen vicinia eſſent euentura*, cum ἔξοδος quemlibet *finem* et *exitum* notet. Pro ἔξοδον in paucis quibusdam libris legitur δόξαν, quod interpretamentum adſcripſerunt grammatici, qui ἔξοδος, de exitu, non contumelioſo, ſed glorioſo intelligendum eſſe, ſignificare vellent.

38. 39. Vid. Matth. 17, 14 ſqq. Marc. 9, 17. ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, *fer opem filio meo.* Matth. l. c. ἐλέησόν μου τὸν υἱόν· de verbo ἐπιβλέπειν vid. 1, 25. 48. — 39. πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν] *genius malus eum corripit.* Matth. habet: δαιμόνιον. Graecos dicere λαμβάνε-

σθαι ὑπὸ τῶν δαιμονίων, ὑπὸ θεοῦ, obferuauit ad h. l. *Segaarius*, omninoque verbum λαμβάνειν adhiberi de eo, qui aliquem occupat, imprudentem opprimit, *Raphelius* docuit Obff. Herodott. p. 250. Fuiffe autem puerum illum epilepticum, ex ipfa morbi defcriptione fat euidenter patet. κράζει] np. ὁ υἱός μου, refertur enim hoc verbum ad puerum, caetera verba ad genium malum; cuius loquendi formae fimile exemplum attulit *Raphelius* Obff. Xenoph. ad h. l. e Xen. Anab. 1, 4. 2. σπαράσσει, *eum huc et illuc iactat, concutit, fpumantem*, μετὰ ἀφροῦ vid. Marc. 1, 26. καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρίβον αὐτὸν] *et aegre ab eo discedit, poftquam eum eneruauit, vires eius attriuit.* Praefens συντρίβον vim praeteriti habere, ipfa verborum complexio docet. Verbum autem συντρίβειν inter alia notat *vulnerare*, et in verfione Alexandrina refpondet Hebr. מחץ 1 Regg. 20, 37. v. *Kypkius* ad h. l. not. ad Marc. 5, 4. 14, 3. atque hanc fignificationem plures interpretes ob ea, quae Matth. 17, 15. extr. Marc. 9, 2. extr. leguntur, verbo συντρίβειν h. l. fubiiciunt. Verum enimuero hoc idem verbum refpondet etiam Hebr. דָּכָא, *contudit, contriuit, comminuit*, Ief. 57, 15. et adhibetur etiam *de iis, quorum vires atteruntur et exhauriuntur*, v. *Kypkius* ad h. l. et haec verbi fignificatio h. l. praeferenda videtur, cum Marci l. c. legatur verbum ξηραίνεται, cum puer, poftquam daemonium, πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν, exierit, fuiffe dicatur ὡςεὶ νεκρὸς, cum epileptici vehementia conuulfionum eneruentur, et paroxysmum multus membrorum corporis languor fequi foleat.

42 — 44. Vid. Matth. 17, 16 fqq. ἔῤῥηξεν αὐτὸν, cf. not. ad Marc. 9, 18. — 43. ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ] *hac Dei potentia obftupefacti funt omnes.* Dei potentia, cuius ope hoc miraculum Iefum perpetraffe iudicabant. Vocabulum μεγαλειότης Hebr. גְּדוּלָּה, *de potentia diuina miracula patrandi, de virtute diuina, miraculorum effectrice*, adhibitum quoque extat Act.

19, 27. 2 Petr. 1, 16. vbi ſynonymum eius eſt δύναμις, vid. et *Krebſius* ad h. l. — 44. Sanatio pueri epileptici in admirationem ſummam rapuerat ſpectatores omnes, ita, vt Dei potentiam celebrarent, et Ieſum legatum diuinum eſſe faterentur. vid. 5, 26. 7, 16. Ne vero diſcipuli aurae populari crederent, (v. not. ad Matth. 17, 22.) et vt praepararet Ieſus eos ad ea quae breui euentura erant, ne ab ipſo cruci affixo poſtea penitus deſciſcerent; repetebat, quae iam aliquoties (v. 9, 22. Matth. 16, 21. 17, 12.) de imminentibus ſibi periculis et morte praedixerat. Itaque verba huius verſus: θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα κ. τ. λ. accurate cohaerent cum vltima parte verſus praecedentis, et quidem hunc in modum: *cunctis Ieſu facta admirantibus, dicebat* (ſecedens) *diſcipulis ſuis* (v. ad Matth. 17, 19.): *memoria tenete haec*, populi, hominum illorum *dicta*, *etenim ego*, *Meſſias*, *hoſtium poteſtati tradar*; et ſenſus eſt: has voces populi memori mente tenete, ego moriar; recordamini tunc hos ſermones mihi honorificos, populum mea facta admiratum eſſe, meque legatum diuinum agnoviſſe, ne fides veſtra, perſuaſio veſtra de dignitate mea Meſſiana labefactetur. Minus recte alii verba θέσθε κ. τ. λ. ad ſequentia referunt, et ea vertunt: *auribus veſtris retinete, attendite ad ea quae vobis annuntio, me traditum iri hoſtibus meis.* θέσθε εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν, *in aures veſtras reponite*, aures veſtrae ſemper reſonent his dictis, memori mente, alta mente repoſta tenete haec dicta. Similes formulae τιθέναι ἐν τῇ καρδίᾳ Luc. 1, 66. εἰς τὰς καρδίας Luc. 21, 14. ἐπὶ καρδίαν Sir. 50, 28. vid. not. ad Luc. 1, 66.

45. Vid. Luc. 18, 34. Matth. 16, 21. 17, 23. ἀγνοεῖν, *non intelligere*, Xen. Mem. 1, 2. 33. ſynonymum eſt αἰσθάνεσθαι, *percipere*, *intelligere*, Xen. Cyr. 1, 4. 5. Hebr. בִּין Iob. 23, 5. verba Chriſti iis obſcura erant, non videbant, quomodo praedictionem hanc componerent cum praeconceptis opinionibus, quas de Meſſia eiusque dignitate fouerent. cf. not. ad Matth. 16, 21.

46. εἰςῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς] *Beza*, *Grotius*, alii, haec verba interpretati funt: *extitit inter difcipulos disceptatio*, vt adeo ἐν αὐτοῖς pofitum fit pro πρὸς ἀλλήλους, quo fcilicet componerent hunc locum cum Marc. 9, 33 fq. Recte vero *Lud. de Dieu*, *Pricaeus*, *Kypkius*, alii contra monuerunt διαλογισμὸς intelligendum effe de *cogitatione*, cum v. 47. fequatur: ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, cumque cogitatio non excludat disceptationem, adeoque Lucas Marco non repugnet. Itaque haec verba reddi debent: *Secum cogitabant difcipuli*, *in hanc cogitationem incidebant.* De cogitationibus autem, quae mentem fubeunt, Graecos frequenter adhibere folere verba ἐπιέναι, ἐπελθεῖν, εἰςιέναι, εἰςελθεῖν, exemplis pluribus comprobarunt *Valckenarius* ad Eurip. Phoenn. p. 464. et *Kypkius* ad h. l. ἐν αὐτοῖς pofitum eft pro εἰς αὐτοὺς, vt faepius. τὸ vid. ad Marc. 9, 23. μείζων *maximus*, *praecipuus*, vid. ad Matth. 18, 1.

48. 49. Pro οὗτος ἔςαι in aliis libris extat οὗτός ἐςιν· quae tamen lectio e Matth. 18, 4. (vbi v. not.) in hunc locum migrauit. — 49. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, *tum Iohannes dixit*, cf. not. ad Matth. 18, 6. ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν] *non fequitur nos*, non easdem partes nobiscum fequitur, non pertinet ad coetum noftrum. Formula eiusdem fignificatus eft, εἶναι μετά τινος Matth. 12, 30. Vfi autem funt fcriptores N. T. non tantum formula ἀκολουθεῖν τινι fed etiam formulis ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινος et ἀκολουθεῖν μετά τινος, *fequi aliquem*, inuitatu et admonitu fcriptorum V. T. et interpretum Alexandrinorum. Hebraei enim vtuntur voce הָלַךְ אַחֲרֵי פְּלֹנִי, *fequi aliquem*, et Alexandrini eam expreſſerunt verbis ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινος 1 Regg. 19, 20. Ief. 45, 14. atque πορεύεσθαι μετά τινος Gen. 24, 5. quoniam אחרי in ifta verborum complexione idem eft quod אֵת, *cum*, v. Num. 22, 20. vbi οἱ ὁ pro לֵךְ אִתָּם habent: ἀκολούθησον αὐτοῖς. A probis tamen etiam fcriptoribus ἀκολουθεῖν conftruitur cum κατόπιν,

vt Ariſtoph. Plut. 13. vbi v. *Fiſcherus*, et μετὰ, v. *Kypkius* ad h. l. *Fiſcherus* ad Ariſtoph. Plut. 757. 824. ſed ita, vt ſignificet: *ſequi a tergo alicuius*, non omnino *ſequi aliquem*, v. interpp. ad Phrynich. p. 155. *Fiſcherus* ad *Leusdenium* de Hebraiſm. N. T. p. 127. Errauit ergo *Grotius*, qui ſubintelligendum eſſe putauit σοι, et vertit: *quoniam non ſequitur te nobiscum.*

50. Pro καϑ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν diuerſarum familiarum codices praeſtantiſſimi, et verſſ. plures exhibent καϑ' ὑμῶν, ὑπέρ ὑμῶν, quam lectionem recte in textum recepit *Griesbachius*, nam nulla interpoſita ſententia alia, cohaerent verba: μὴ κωλύετε, ὃς γὰρ οὐκ ἔςι καϑ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐςιν. Fraudi fuiſſe videtur grammaticis et librariis μεϑ' ὑμῶν quod v. 49. praeceſſit, fortaſſis etiam h. l. mutationi locum dederunt ea, quae leguntur Matth. 12, 30. vid. not. ad Marc. 9, 40. ſaepius praeterea a librariis literae H et Υ, (vid. *Boſius* ad Heſychium T. 2. p. 934.) et pronomina ὑμῶν, atque ἡμῶν (v. *Fiſcheri* Index Plat. v. ἡμᾶς. Iſocrat. de pace p. 374. ed. *Batt.*) permutata ſunt.

51. Quae inde ab hoc verſu vsque ad 18, 14. leguntur, e ſingulari libello Lucas commentariis ſuis inſeruit. v. Prolegg. ἀνάληψις proprie indicat *elationem ad locum ſuperiorem*, et ἀναλαμβάνεσϑαι proprie eſt *ſurſum ferri*; hoc vero idem verbum in N. T. libris ſaepius adhibitum legitur de Chriſti *ex his terris abitu et reditu ad patrem*, de aſcenſione ipſius in coelum; v. Act. 1, 11. 22. Marc. 16, 19. 1 Tim. 3, 16. de Elia in coelum translato extat Sir. 48, 9. 2 Regg. 2, 11. vbi Hebraico verbo עלה reſpondet. Etiam h. l. ἀνάληψις ſignificat: Chriſti ex his terris abitum et reditum eius ad patrem in coelum. Neque audiendi ſunt interpretes ii, qui ſatis contorte, et parum cogitate atque circumſpecte hanc vocem explicant, de mortis Chriſti genere, de Chriſto in crucem tollendo, vel de itinere

ipfius vltimo Hierofolymitano. v. *Wolfius* in Curis, et *Koecherus* in Analectis ad h. l. *ἐν τῷ συμπληροῦσθαι, cum aduenisset, propius adesset.* v. ad Luc. 1, 57. *τὸ πρόςωπων αὐτοῦ ἐςήριξε κ. τ. λ.*] *vultum conuertit ad iter versus Hierofolymam suscipiendum* i. decreuit, conftituit proficifci Hierofolymam; nam qui petit locum aliquem, is os ad eum conuertit. Expreffa autem eft his verbis formula Hebraica הָשִׂים פָּנָיו quam Alexandrini expreſſerunt verbis *ςηρίζειν τὸ πρόςωπον*, vt Ier. 21, 10. *ἐςήρικα τὸ πρόςωπόν μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην*· add. Ez. 6, 2. cf. *Vorftius* de Hebraifm. p. 726 fq. et *Leusdenius* de Hebraifm. Nou. Teft. p. 150. ed. *Fifch.*

52. *ἀπέςειλεν ἀγγέλους πρὸ προςώπου αὐτοῦ*] *praemittebat legatos*, cum nollet ex improuifo ad Samaritanos venire. vid. ad v. 53. *πρὸ προςώπου* cf. Luc. 1, 76. *εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, in vicum aliquem Samaritanorum. ὥςτε ἑτοιμάσαι αὐτῷ, vt pararent ei hofpitium*; omiſſum enim eft *ξενίαν*, quod vocabulum additum legitur ep. ad Philem. v. 22. Hebraei autem etiam verbum הָכִין abfolute ponunt de iis, qui aliquem hofpitium, conuiuium, inftruere atque parare iubent, vt Gen. 43, 16. 1 Paral. 12, 39. add. Act. 10, 10. Luc. 22, 9.

53. *καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν κ. τ. λ.*] *illi vero eum non excipiebant, quoniam Hierofolymam proficifci decreuerat.* Non adeo acerbo odio Samaritani Iudaeos perfequebantur, quam hi illos. v. Ioh. 4, 9. vbi v. not. 8, 48. Luc. 10, 33. Negabant Samaritani Iefu eiusque difcipulis hofpitium, non tamen propterea, quoniam Iudaei erant, vid. Ioh. 4. 40. 43. fed propterea, quoniam Iefus cum fuis tendebat Hierofolymam, ad feftum Pafchatos, quod inftabat, ibi concelebrandum. Scilicet Samaritani contendebant, Iovam in templo ipforum in monte Garizim exftructo, vnice effe adorandum; Iudaei hoc idem contendebant de templo Hierofolymitano, et hoc erat praecipuum caput controuerfiae inter Iudaeos et Samaritanos. Tantus autem erat Sa-

maritanorum amor, tanta reuerentia templi in monte Garizim exſtructi, et Hierofolymitano oppoſiti, vt, cum crederent in hoc monte Iouam vnice eſſe colendum Ioh. 4, 20. opinarentur, ſibi a Iudaeis iniuriam fieri, qui his diebus Hieroſolymam religionis cauſſa per ipſorum regionem transirent. Hinc Iudaeos Hieroſolymis Deo cultum peracturos, et per ipſorum regionem profecturos, non promovebant, victum iis praebendo aut hoſpitium concedendo, imo interdum ne tranſitum quidem permittebant, ſed vi et armis eos repellebant, cuius rei exemplum legitur Ioſeph. Ant. 20, 5 ſq. *Bereſchit Rabba* Sect. 81. *R. Iſmael filius R. Ioſeph, proficiſcens Hieroſolymam, vt oraret, transiit per iſtum montem* (Garizim): *videns eum Samaritanus quidam dixit ei — nonne praeſtaret in monte hoc benedicto, quam in iſto maledicto orare?* Aliis in rebus, ad iſtam controuerſiam non pertinentibus, Samaritani Iudaeis non negabant humanitatis officia. *πρόςωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον* eſt forma loquendi Hebraica 2 Sam. 17, 11. וּפָנֶיךָ הֹלְכִים בִּקְרָבָם, quae verba Alexandrini reddiderunt: *καὶ τὸ προςωπόν σου προρευόμενον ἐν μέσῳ αὐτῶν* i. *tu ipſe proficiſcaris in proelium*; nam פנים et *πρόςωπον* ſaepius pro ipſa perſona ponuntur.

54. Cum rediiſſent nuntii, et Samaritanos hoſpitium denegaſſe retuliſſent, Iacobus et Iohannes; *ἰδόντες εἶπον· κύριε θέλεις εἴπωμεν κ. τ. λ. eo comperto* vehementius commoti *dicebant: viſne domine, vt iubeamus ignem de coelo deſcendere, qui eos conficiat, ſicut Elias fecit? πῦρ* vt Hebr. אֵשׁ Iob. 20, 26. vbi vid. *Schultenſius*, et Lat. *ignis* Horat. Carm. 1, 34, 5. Seneca Thyeſt. 1084. haud raro notat *fulmen* vt h. l. 17, 29. Apoc. 8, 7. 20, 9. cf. *Valckenarius* ad Eurip. Phoen. p. 60. Cum Chriſti ad loquentes conuerſi vultus admirationem proderet et indignationem, Eliae exemplo ſe defendentes adiiciebant verba: *ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε, ſicut Elias fecit.* v. 2 Regg. 1, 10. 12. Deſunt autem haec verba in codd. BL. 71. 157. et verſſ. nonnullis,

in iisdem codd. desunt etiam verba quae v. seq. leguntur: *καὶ εἶπεν — ἀλλὰ σῶσαι.* Nempe grammatici, cum vidissent, Christum nullam rationem habuisse exempli Eliae discipulis allati, verba *ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε*, tanquam spuria et aduenticia notarant, et librarii auctoritatem illorum grammaticorum secuti, ea omiserunt; vid. et not. ad v. seq.

54. 55. *στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, Iesus autem conuersus eos obiurgauit.* *πνεῦμα* indicat h. l. vt omnis contextus docet, *animum, animi sensus, die Gesinnung,* quo significatu hoc vocabulum in libris N. T. frequenter occurrit. *οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματος κ. τ. λ.* haec verba interrogatiue capienda sunt: ignoratisne, quo animo vos, sectatores mei, esse debeatis? equidem non veni ad perdendos homines, sed ad eos seruandos, coll. Matth. 18, 11. Alii sine interrogatione ea explicant: vos nescitis, non perpenditis, quali animo affecti sitis, hunc vestrum zelum ex impatientia et vindictae cupiditate ortum, sectatoribus meis esse indignum. v. *Koecherus* ad h. l. Sed haec ipsa verba *καὶ εἶπεν — ἀλλὰ σῶσαι* in plurimis et optimis diuersarum familiarum codd. ABCEGHLS. 71. 157. al. non leguntur. vid. *Griesbachius* ad h. l. vt adeo appareat antiquiori tempore ea non in textu fuisse, sed recentiori tempore addita esse, quare et rectissime ea *Griesbachius* in sua editione omisit.

59. 60. Vid. ad Matth. 8, 18 sqq. *διαγγέλλειν, annuntiare, praedicare,* Hebr. ספר, Ex. 9, 17. Ps. 2, 6. et אמר, Ios. 6, 10. id. qd. *ἀγγέλλειν*, vt Xen. Anab. 1, 6, 2. 2, 3. 4. Mem. 2, 6. 36. al.

61 sq. *ἀποτάξασθαι, valedicere,* vid. ad Marc. 6, 46. *τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, domesticis meis, familiae meae,* *εἰς* pro *ἐν*, vt saepius, v. Index. Alii haec verba interpretantur: vt meis suprema mandata dem, iniungam; qua

tamen notione ἀποτάσσεσθαι in libris N. T. non legitur. Alii, cum ἀποτάσσεσθαι Luc. 14, 33. de rebus occurrat: ad verba ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου fubintelligunt ὑπάρχουσι, et ea vertunt: *vt disponam mea negotia domeſtica*, l. *de meis ſtatuam*. Sed vt recte monuit *Grotius*, ἀποτάξασθαι de rebus vſurpatum, notat, *pro derelictis habere, renuntiare*, quod nullam temporis moram requirit, cum ſolo animo poſſit expleri. — 62. οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα κ. τ. λ.] *nemo, qui manu aratro admota, reſpicit ad ea quae retro ſunt, idoneus eſt ad regnum Dei.* Prouerbialis locutio. *Manum aratro admouere*, dictum eſt pro, inchoare negotium aliquod, opus aliquod aggredi. *Reſpicere ea quae retro ſunt*, ſignificat, redire domum, et negotium inchoatum negligere. Formula igitur βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω idem valet quod ἐπιςρέφειν ὀπίσω Matth. 24, 18. Verba enim reſpiciendi apud Hebraeos habent etiam ſignificationem *reuertendi*, vt Gen. 19, 26. coll. Luc. 17, 31 extr. 32. Ieſ. 13, 14. omninoque *eundi*. v. Cantic. 6, 1. Hoſ. 3, 1. *Heumanni* Poecile T. 2. p. 256 ſqq. εὔθετος, *aptus, idoneus*. Diodor. Sic. p. 649. C. πεδίον εὔθετον πρὸς ἱππομαχίαν. Id. p. 639. A. τῶν φίλων οἱ εὔθετοι. vid. et *Elsnerus* ad h. l. Iam vero ſenſus prouerbii h. l. eſt: qui rerum diuinarum coeleſtiumque curam non anteponit curae rerum terrenarum humanarumque omnium, qui, cum ſemel profeſſus eſt, ſe velle me ſectari, et tractare negotium religionis, ab eo rurſus diſcedere, aliisue rebus occupari cupit, is non eſt idoneus meus ſectator, non idoneus diſciplinae meae alumnus, et religionis meae praeco.

C A P V T X.

1. Μετὰ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα] *postea dominus alios quoque discipulos eosque septuaginta designauit:* ἀναδείκνυμι proprie significat *ostendo*, iam quoniam ii, qui muneri alicui publice praeficiebantur, solebant in conspectum populi produci, hinc notat quoque *creo, designo, constituo, praeficio aliquem.* 1 Esdr. 1, 34. τὸν Ἰεχονίαν ἀνέδειξεν βασιλέα, *creauit Iechoniam regem.* 2 Macc. 10, 11. ἀνέδειξεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων Λυσίαν τινὰ, *rebus gerendis administrandisque Lysiam quendam praefecit.* ib. 14, 2. καὶ στρατηγὸν ἀναδείξας τῆς Ἰουδαίας, *constituerat Iudaeae praefectum;* add. ib. 9, 23. 25. 3 Esdr. 2, 3. Zosim. 1, 17. 5. Diod. Sic. pag. 41. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. *Elsnerus*, *Münthius* ad h. l. et *Wetstenius* ad Luc. 1, 80. ἑτέρους, ἑβδομήκοντα est formula elliptica, post ἑτέρους comma ponendum, et subaudiendum: μαθητὰς, οἵτινες ἦσαν ἑβδ. alios discipulos numero septuaginta. Similis locus infra 23, 32. respicitur autem h. l. ad 6, 13. 9, 1 sqq. ἑβδομήκοντα, *septuaginta.* Numerus Iudaicus. Totidem erant capita familiae Iacobi, cum in Aegyptum veniret, v. Gen. 46, 27. totidem erant seniores Israelitarum a Mose constituti v. Num. 11, 16. 25. septuaginta erant quoque synedrii assessores, praeter Synedrii principem, qui vocabatur נשיא, vt docuerunt *Seldenus* de Synedriis Hebr. p. 603 sqq. et *Meuschenius* in N. T. e Talmude illustr. p. 131. Vulgaris opinio est LXXII. assessoribus synedrium constitisse, et ex hac opinione orta esse videtur nonnullorum codd. et verss. lectio ἑβδομήκοντα

δύο. vid. *Grotius*, *Millius* Prolegg. n. 731. *Matthaeius* et *Paulus* ad h. l. καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ κ. τ. λ.] *quos binos praemitteret in omnia oppida et loca quae ipse aditurus esset.* Praemisit Iesus hos septuaginta, vt animos incolarum illorum oppidorum locorumque, per quae ipse iter facere vellet, ad ipsius aduentum praepararent, doctrinam euangelii praedicarent, et in docendo dexteritatem sibi compararent. ἀνὰ δύο vid. ad 9, 3. πρὸ προσώπου αὐτοῦ v. ad 9, 52.

2. Vid. Matth. 9, 37. ibique notata. Pro οὖν alii libri habent δέ· recte. οὖν e glossemate extitit. Lectionem autem ἐκβάλῃ, quam multi codd. tuentur, e Matth. l. c. in hunc locum venisse, opinor.

3. 4. Vid. Matth. 10, 16. 9. 10. βαλάντιον, *crumena*, cui immittitur pecunia, in eaque adseruatur, Hebr. צרור Iob. 14, 17. Xen. Sympos. 4, 2. κἄπειτα σὺ εἰς τὸ βαλάντιον διδοὺς ἀργύριον. Herodi. 5, 4. 5. βαλάντια δὲ χρημάτων μέγα δέλεαρ προδοσίας. add. Theophr. Char. 17, 1. Aristoph. Nubb. 157. ἄνευ βαλαντίου, ἄνευ ἀργυρίου. vid. *Wetstenius* ad h. l. Itaque μὴ βαστάζετε βαλάντιον est idem quod Matth. 10, 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον κ. τ. λ. πήρα, saccus, in quo commeatus et alia necessaria recondi solent. vid. Matth. 10, 10. Iudith. 13, 10. καὶ ἐνέβαλεν αὐτὴν (caput Holofernis) εἰς τὴν πήραν τῶν βρωμάτων. καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε] *neminem in via salutate.* Locutio hyperbolica, vt omnis orationis series docet. Salutationes apud Orientis populos receptae non fiebant, vt ad h. l. monuerunt *Grotius* et *Lud. de Dieu*, leui gestu et verbo, sed multis percunctationibus et prolixa apprecatione trahebantur, non sine multis corporis flexionibus, osculis et amplexibus. Neque adeo hoc voluit Iesus, vt neminem plane in via salutarent discipuli, breuissima etiam salutationis formula ne quidem vsi, sed longas salutatio-

nes, prolixa colloquia et confabulationes ex ſalutationibus oriundas iis interdixit, omninoque his verbis praecepit, vt feſtinanter et nulla mora interiecta, iter peragerent. vid. ad Matth. 10, 9. Similis locus 2 Regg. 4, 29.

5. 6. υἱὸς εἰρήνης, id. qd. ἄξιος εἰρήνης, dignus, cui contingant bona et commoda illa, quae ei apprecati eſtis. v. not. ad Matth. 8, 12. Articulum ὁ ante υἱὸς, auctoritate plurium et optimorum codd. recte ex ordine ſuſtulerunt *Griesbachius* et *Matthaeius*. Lectio εἰςέλθητε, quam v. 5. et 10. nonnulli codd. exhibent, a grammaticis profecta, et e Matth. 10, 11. tranſcripta videtur. De reliquorum verborum ſenſu vid. notat. ad Matth. 10, 13.

7. *ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, in eadem domo manete* explicatur accuratius verbis: *μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν*. v. ſupra 9, 4. Matth. 10, 11. *ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν, edentes et bibentes quae vobis appoſuerunt.* Ad verba *τὰ παρ' αὐτῶν*, *Kypkius* intelligi vult χρήσιμα quae vobis vſui eſſe poſſunt, vel *τὰ παρ' αὐτῶν δοθέντα* ſ. *δῶρα*. *Lud. de Dieu*, *τὰ ὑπάρχοντα*, *Elsnerus*, *ἀγαθά*. *Ruſius*, *Paulus*, *ὄντα*. Equidem arbitror ſubaudiendum eſſe *τὰ παρατιθέμενα*, coll. v. 8. 1 Cor. 10, 27. vid. *Boſius* de Ellipſ. p. 373. ed. *Schaef.* Iam cum h. l. ſequatur: *ἄξιος γὰρ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι, dignus eſt mercede ſua operarius;* ſenſus verborum hunc in modum conſtitui debet: libere et iure veſtro vtimini alimentis ab eo appoſitis, qui vos vltro in domum ſuam recepit, non gratuitum, ſed debitum victum accipitis, fas eſt vt liberalitas auditorum vos alat.

8. Repetiit Ieſus praeceptum, v. 7 notatum, ita, vt h. l. ſenſus ſit: quotidiano cibo ac potu hoſpitis contenti eſtote, quamuis frugali, ne lautiores menſas appetatis ventri dediti, nec a paupere hoſpite ad ditiorem, et ad pinguiora fercula deflectatis. *παρατιθέναι*, vt Lat. *apponere*,

verbum de cibis, qui apponuntur, proprium. Xen. Cyr. 5, 2. 8. τὴν φαυλότητα τῶν παρατιθεμένων βρωμάτων. add. Ael. H. V. 12, 45. Theophr. Char. 10, 3. Horat. Sat. 2, 8. 16. *Hic herus, Albanum, Maecenas, siue Falernum Te magis appositis delectat.* et v. 69. *Ne male conditum ius apponatur.* vid. *Raphelius* ad h. l. et *Arntzenius* ad Sedul. p. 29.

9. ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ] v. Matth. 10, 7. Verbum ἐγγίζειν sequitur h. l. particula ἐπὶ, quoniam Hebraei verbo קרב adiungere solent praeter particulas אֶל et לְ, etiam particulam עַל, quam Alexandrini interpretes particula ἐπὶ reddere solent. vt Pf. 27, 2. ubi est: ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας. Sed ἐφ' ὑμᾶς positum est pro ὑμῖν, vt v. 10.

10. 11. Vid. Matth. 10, 14. καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα κ. τ. λ.] *etiam puluerem ex vrbe vestra nobis adhaerentem abstergimus vobis* h. e. vos plane missos facimus, nihil commercii vobiscum amplius habere volumus, ne puluerem quidem ex vrbe vestra auferamus, sed abstergendo vobis reddimus. De vsu verbi ἀπομάττεσθαι in libris scriptorum Graecorum v. *Spanhemius* ad Callim. h. in Del. *Dresigius* de V. M. p. 198. et *Segaarius* ad h. l. πλὴν τοῦτο γινώσκετε attamen, sed hoc sciatis, vid. ad Matth. 26, 39. ἐφ' ὑμᾶς in nonnullis libris deest, omissum autem videtur ab iis, qui putarent, de incolis illius ciuitatis non commode dici potuisse, ἤγγικε ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Sed ἐφ' ὑμᾶς positum est pro datiuo incommodi ὑμῖν, et sensus est: adsunt tempora regni Messiani, vestro detrimento, potuissetis ciues eius fieri, sed noluistis, repudiastis nos legatos diuinos, vestra culpa felicitate in illo regno exspectanda priuamini, et poenas dabitis. v. Matth. 3, 9 sqq. 11, 23. Luc. 2, 34.

12 — 16. Vid. Matth. 10, 15. 40. 11, 21 sqq. ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, *qui vos vestramque doctrinam repudiat.* De verbo ἀθετεῖν v. ad Marc. 7, 9. Luc. 7, 30.

17. Reuerfi poftea difcipuli, laeti annuntiabant (μετὰ χαρᾶς coniungendum cum participio λέγοντες) magiftro felicem laborum fuorum fucceffum. καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου, *etiam daemonia nobis auctoritate tua* (v. Matth. 18, 6.) *obediunt* i. ipfos illos grauiffimos morbos, (v. Marc. 16, 9.) qui a geniis malis deriuantur, fanare potuimus.

18. ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα] *videbam Satanam fulminis inftar de coelo delabentem*; quorum verborum fenfum haud male expreffit *Reichardus* hunc in modum: *fane, tanta celeritate videbam mali daemonis vim euanefcere, quanta fulmen de coelo folet deferri.* Etenim ἀστραπὴ, *fulmen*, eft imago celeritatis maximae, vt Zach. 9, 14. Virg. Aen. 11, 616. v. *Elsnerus* ad Matth. 24, 27. *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 90. *Fabricius* ad Sext. Empir. p. 718. Formula autem ἐξ οὐρανοῦ πίπτειν perquam frequenter impropie adhibetur de iis, qui de felicitatis gradu, ad quem peruenerunt, deiiciuntur, quorum vis ac poteftas frangitur et debilitatur. Sic ea legitur Matth. 11, 23. Ioh. 12, 31. Apoc. 12, 7. Ief. 14, 12. Nec Latinis haec loquendi ratio inufitata fuit. Cic. Phil. 2, 42. de Antonio: *collegam de coelo detraxifti* i. omni auctoritate fpoliafti. Id. ad Attic. 3, 21. de Pompeio: *quia deciderat ex aftris, lapfus quam progreffus potius videbatur.* Etiam h. l. vt omnis contextus fatis aperte docet, haec formula impropr̃ie accipi debet. Itaque verba ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν κ. τ. λ. explicanda funt: fciebam, fiue, praeuidebam (fic θεωρεῖν pofitum legitur Act. 27, 10.) per vos celeriter, felici fucceffu, minutum iri Satanae poteftatem, iis in oppidis quae adiiftis. Alii ἐθεώρουν per enallagen pofitum effe ftatuunt pro θεωρῶ, hoc fenfu: praeuideo, breui Satanae poteftatem penitus fractum iri. Quae tamen enallage non neceffaria eft, et admiffa interpretatione, quam paulo ante propofuimus, ea quae dixerunt difcipuli, et quae Chriftus refpondit, accu-

ratiori nexu leguntur. *Paulus* verba noſtra interpretatur: in oppidis et locis, per quae, vos ſecutus, veni, ipſe oculis meis vidi, vos plures genios malos expuliſſe. Sumit diſcipulos tum demum ad Ieſum reueniſſe, cum ipſe transiiſſet per oppida illa, in quae eos praemiſiſſet.

19. ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν κ. τ. λ.] *ſcitote me vobis concedere poteſtatem conculcandi ſerpentes et ſcorpios.* Vulgo haec verba explicant: ope auxilioque meo adiuti, e praeſentiſſimis vitae periculis emergetis. v. Pſ. 91, 13. Minus, opinor, accurate. Etenim non tam ſermo eſt de eo, quod diſcipuli propter religionis chriſtianae profeſſionem et propagationem perpeſſuri eſſent, ſed potius de eo, quod promouendae doctrinae chriſtianae cauſſa facturi eſſent. Nam praeceſſerat imago quae ſignificabat, per diſcipulos imminutam eſſe vim ac poteſtatem Satanae. Formula porro πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, cum etiam referatur ad πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, non tam notat, *calcare ſuper ſerpentes*, quam potius, *conculcare*, *interimere, ſerpentes*, et πατεῖν ἐπὶ π. τ. δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ eſt *frangere vim atque potentiam Satanae*; nam per ἐχθρὸν intelligitur Satanas, ad quem in libris N. T. omnia quae rei chriſtianae aduerſantur et contraria ſunt, omnia illius impedimenta et obſtacula referuntur. vid. Matth. 13, 19. 25. Serpentes autem et ſcorpii alias ſunt ſymbolum *rei cuiusque maxime noxiae et perniciosae*, (v. Luc. 11, 12.) nominatim etiam *aduerſariorum callidorum et periculoſorum*. v. *Boſii* Obſſ. Crit. p. 108. Nicephorus Oneirocrit. p. 19. ὄφεις ἀναιρῶν, τοὺς ἐναντίους νόει, *ſerpentes interficiens, aduerſarios eſſe puta*; et ſic h. l. ſunt imago *aduerſariorum rei chriſtianae.* Cum vero in fine verſus adiectum legatur: καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει, *et nihil*, neque hominum, neque Satanae, furor, malignitas et potentia, *vobis*, doctrinae meae praeconibus *nocebit*: ſenſus verborum, ἰδοὺ δίδωμι κ. τ. λ. eſt: ſcitote, vos etiam in poſterum, rei chriſtianae aduerſarios callidos et maxime periculoſos,

victuros, et vim ac potentiam omnem Satanae, felici fucceffu, ita, vt maneatis illaefi, fracturos effe. *ἀδικεῖν*, *laedere*, *nocere*, vt Apoc. 7, 2. 3. Sap. 14, 29. Xen. Cyr. 2, 4. 7. Anab. 2, 5. 1. Ael. H. V. 14, 32. Hefychius: ἠδίκησεν, ἔβλαψεν.

20. Vt vero Iefus difcipulos, quibus conceffiffet poteftatem etiam morbos graues ac defperatos fanandi (vid. ad Matth. 17, 21.) a faftu auocaret: *nolite tamen*, inquit, *tam propterea laetari, quod genii mali vobis pareant, quam potius propterea, quod veftra nomina in coelo confignata fint.* μὴ fequente ἀλλὰ reddi debet *non tam*. vid. *Schleusneri* Lex. fub μή. Particulam μᾶλλον plures optimae notae codd. et verff. omittunt; recte igitur eam induxerunt *Griesbachius* et *Matthaeius*, eft tamen fubaudienda, et perquam frequenter ab vtriusque linguae fcriptoribus omittitur. v. Luc. 14, 12. 18, 14. ibique *Wetftenius*, *Ienfius* Lectt. Lucian. p. 278. *Burmanus* ad Vellei. Pat. 2, 129. *Bofius* de Ellipf. Gr. pag. 770 fqq. ed. *Schaeferi*. ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς h. e. quod ciuibus ciuitatis coeleftis adfcripti fitis, quod acceperitis ius ciuitatis coeleftis, quod vobis aeterna felicitas parata fit. Vita futura hoc loco, vt aliis in locis, (v. Phil. 3, 20. al.) fub πολιτεύματος imagine fiftitur. In ciuitatem recipiendi infcribi folent libro, in quem ciuium nomina relata funt, ex eoque delentur nomina ciuium indignorum, qui ius ciuitatis amittunt. Inde illuftranda imago, quae h. l. propofita legitur. Tribuitur nimirum Deo liber, in quo confignata funt nomina eorum, qui vita beata fruentur, vt Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5. 13, 8. Secuti autem funt Iefus et fcriptores N. T. hac imagine vfi, Hebraeorum cogitandi et loquendi confuetudinem. Nempe Hebraei tribuebant Deo album f. catalogum, in quo fcripta effent nomina omnium viuentium. (v. Exod. 32, 32.) vbi legitur: *dele me ex libro, quem confignafti* h. e. iube me mori. Praeterea etiam loquebantur de voluminibus in coelo repofitis,

quae facta et fata hominum literis consignata continerent. v. Ps. 69, 29. Apoc. 20, 12. vbi vid. *Eichhornius.* Sohar Gen. fol. 25. col. 298. *omnia opera hominis libro inscribuntur, siue bona sint, siue mala, illique omnibus rationem reddituri sunt, q. d. Ps.* 139, 16. *et libro tuo omnes dies inscripti sunt.* Targum Ez. 13, 9. *et in libro vitae aeternae, qui scriptus est iustis domus Israelis, non scribentur.* Eiusmodi libros, in quos nomina factaque hominum in vtramque partem relata essent, etiam Graeci tribuebant Ioui, Parcis, aliisue diis. v. *Valckenarius* ad Herodo. 5, 58. *Ernestius* ad Callim. h. in Cer. 57. et *Segaarius* ad h. l.

21. Vid. Matth. 11, 25 sqq. ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι, *intima animi laetitia perfusus.* Luc. 1, 47. Verba καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητάς, εἶπε, quae a nonnullis codd. et verss. absunt, *Griesbachius* ex ordine eiecit. An recte fecerit, non parum dubito. Grammatici et librarii ea delenda esse iudicarunt, vt opinor, quoniam Matth. loco parallelo non extant, et quoniam v. 23. repetita leguntur, vnde coniiciebant, ea quae v. 22. notata sunt, Iesum non dixisse discipulis.

23 sqq. Quae v. 23. et 24. leguntur, ea alia occasione a Iesu dicta esse, refert Matth. 13, 16 sq. Nimirum Lucas ea repetiit e gnomologia, qua vtebatur, cuius in margine apposita erant, vel cuius auctor ea h. l. notarat, cum non satis accurate recordaretur temporis, quo Iesus haec verba dixisset, qui tamen sciret ea Iesum discipulis, et quidem κατ' ἰδίαν, *seorsum, priuatim,* dixisse. v. Matth. 13, 10. Marc. 4, 10. ἃ βλέπετε *quae vos videtis,* nempe, vt h. l. orationis series docet, haec laeta regni Messiani auspicia, coll. v. 9. 21. ἠθέλησαν, *optabant, cupiebant* id. qd. ἐπεθύμησαν, Matth. 13, 16. quem quidem verbi significatum confirmat interpretum Alexandrinorum auctoritas. Hi enim verbum Hebraicum חפץ

modo expresserunt verbo θέλειν, vt Pf. 34, 13. modo verbo ἐπιθυμεῖν, vt Ief. 58, 2. Caeterum vid. not. ad Matth. l. c. et 1 Petr. 1, 10 fqq.

25. Tum legisperitus quidam, νομικὸς id. qd. γραμματεὺς (vid. ad Luc. 11, 45.) e fecta Pharifaeorum, qui animum difcendi cupidum fimulabat, quamquam ab eo alieniffimus erat, ἀνέστη, *prodiit* (etiam Hebraei *furgere*, de iis dicere folent, qui ad aliquem accedunt, Gen. 37, 35.) ἐκπειράζων αὐτὸν, fententiam Iefu explorandi cauffa, an legi aliquid contrarium ex ore ipfius eliceret, quo eum fufpectum et inuifum redderet populo. Vt ergo cum Iefu disputandi nancifceretur materiam, eum interrogabat: τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; *quid mihi faciendum eft, vt felicitatem perennem obtineam?* vid. not. ad Matth. 19, 16. 22, 36. τί ποιήσας id. qd. τί με δεῖ ποιεῖν Act. 16, 30. κληρονομεῖν id. qd. ἔχειν, *obtinere, confequi.* v. Matth. 5, 5.

26 — 28. Remittebat Iefus hominem illum omnino ad legem diuinam, eiusque diligentem obferuationem ei commendabat. ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις; κ. τ. λ.] *quidnam in lege fcriptum extat? quid legis?* etc. Laudabat legisperitus locum Deut. 6, 4 fqq. quem Iudaei quotidie bis recitare folebant. vid. ad Marc. 12, 29. Iudaei fefe ornabant Φυλακτηρίοις h. e. fchedis membranaceis, quibus infcriptae erant fectiones legis, (Deut. 6, 4 fqq. 15, 13 — 21. Exod. 13, 1 — 10. 11 — 16.) quas thecis infertas fronti et brachio finiftro aptabant. vid. ad Matth. 23, 5. Puto igitur, Iefum, dum verbis vteretur πῶς ἀναγινώσκεις; digito monftraffe thecam illam, qua fe ornauerat hic legisperitus, qui propterea haec ipfa, non alia, legis verba laudabat, inprimis cum Iefus adhiberet verbum, quod legisperito lectionem quotidianam in mentem reuocabat. Caeterum πῶς eft idem quod τί, adeoque vertendum *quid*, vt do-

cuit ad h. l. *Kypkius*, et ἀναγινώσκειν, vt Hebr. קרא Ex. 24, 7. Ier. 3, 12. h. l. notat *legere*, vt Matth. 12, 3. al.
27 sq. Laudabat ergo legisperitus verba, quae leguntur Deut. 6, 5. quibus addebat locum Leuit. 19, 18. vt ita summam legis afferret, nam neque lectio illa solennis, neque phylacteria, hoc praeceptum de amore proximi continebant. De verbis ἐξ ὅλης τῆς καρδίας κ. τ. λ. vid. not. ad Matth. 22, 37. add. Marc. 12, 29. Respondebat Iesus: ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ] *recte dixisti; quodsi feceris, felix eris:* ζῇν id. qd. ζωὴν αἰώνιον κληρονομεῖν v. 25.

29. Legisperitus, qui Iesum quaestione sua in inuidiam adducere voluerat, cum spe excidisset: θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν εἶπε κ. τ. λ. *se purgaturus, interrogabat Iesum: ecquis vero est mihi proximus?* δικαιοῦν ἑαυτὸν notat, *insontem*, re aut argumentis, *se declarare*, hinc *excusare*, *purgare se* vt h. l. et Gen. 44, 16. vbi legitur; מה נדבר ומה נצטדק quae verba Alexandrini reddiderunt: τί λαλήσομεν, ἢ τι δικαιωθῶμεν; *cur excusemus nos?* vid. *Koppii* Excurs. 4. in ep. ad Gal. p. 114. et *Storrii* Opuscc. T. 1. p. 242. Ostendere nimirum volebat Pharisaeus, se non proposuisse quaestionem leuem, et ieiunam, et ad dissoluendum facilem, sed magnam, et tractatu dignam, et perdifficilem, dedecori enim sibi esse putabat, id quod quaesierat, tam cito esse solutum; hinc cum vox πλησίον non omni ambiguitate careret, vid. ad Matth. 5, 43.: adiiciebat quaestionem hanc: καί τίς ἐςί μου πλησίον; Particula καὶ h. l. reddi debet, *ergo*, *igitur*. v. *Kypkius* ad h. l. et not. ad Matth. 15, 3.

30. Longe aliter, quam sperabat legisperitus, ei Iesus respondet. Audierat forte homo ille, Iesum publice esse professum vocabulum πλησίον, quod in illo legis praecepto strictiori sensu accipiebant doctores Iudaici, latiori sensu esse sumendum, vid. Matth. 5, 43. ibique not. Ex-

ſpectabat ergo Ieſum etiam nunc temporis ſimpliciter eſſe affirmaturum, vocabulum πλησίον latiori ſenſu ſumi debere, et ſic cum Ieſu diſputandi locum ſe conſecuturum ſperabat. Sed Ieſus exemplo Samaritae de Iudaeo praeclare meriti, etiam peregrinos et inimicos amandos, iis humanitatis officia eſſe praeſtanda, ita docebat, vt Pharifaeus nihil prorſus haberet, quod ei reſponderet. ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν] *Ieſus vero ita ei reſpondit.* Verbo ὑπολαμβάνειν in verſione ſeptuagintauirali exprimitur Hebr. ענה ita, vt ſignificet, *reſpondere*, et idem valeat quod ἀποκρίνεσθαι, vid. Iob. 2, 4. 4, 1. Dan. 3, 9. qua eadem ratione illud vſurparunt quoque ſcriptores Graeci, vt Xen. Sympoſ. 4, 22. ὁ Σωκράτης ὑπέλαβε· τί δῆτα κ. τ. λ. et auctores Latini verba *ſuſcipere*, v. Virg. Aen. 6, 723. et *excipere*, Virg. Aen. 9, 258. Coniunxit autem Lucas ὑπολαβὼν cum verbo εἶπεν, ita, vt ὑπολαβὼν εἶπεν ſit ſimpliciter *reſpondit*, more et exemplo Hebraeorum, qui verbo ענה copulare ſolent verbum וַיֹּאמֶר ita, vt haec verba iuncta ſimpliciter notent, *dixit* l. *reſpondit*. v. Matth. 3, 15. In libris ſcriptorum proborum exterorum ὑπολαβὼν iungitur verbo ἔφη, cum aliquis dicentem interpellat, cum aliquis ita reſpondet, vt aliquid excipiat et reprehendat, circumſcribat et corrigat in iis, quae dicta ſunt ab altero, vt adeo tunc ὑπολαβὼν non redundet. v. Xen. Cyr. 2, 2. 1. 5, 5. 11. Plat. Phaedo. 4. Etym. M. et Suidas: ὑπολαβὼν — ἀποκριθεὶς ἢ ἀντειπών, ἀντικρούσας. Thom. M. ὑπολαμβάνω — τὸ ἀποκρίνομαι. Heſychius: ὑπολάμβανε — ἀντιτίθει vid. *Wetſtenius* ad h. l. *Raphelius* Obſſ. Herodott. *Palairetus* ad h. l. et *Fiſcheri* Ind. Aeſchin. ſ. v. ὑπολαμβάνω. — ἄνθρωπος τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ κ. τ. λ.] *Iudaeus quidam* (Iudaeum enim fuiſſe, omnis fabula docet) *cum Hieroſolymis iter faceret Hierichuntem, in latrones incidit.* Hiericho, vrbs Iudaeorum illo tempore, exceptis Hieroſolymis, praecipua, inter Hieroſolymam, a qua CL ſtadiis diſtabat, (v. Ioſeph. Ant. 4, 8. 3.) et Iordanem

fluuium fita erat; ciuium, facerdotumque copia (v. Luc. 1, 39.) et commerciis florebat. Erat autem inter Hierichuntem et Hierofolymam defertum valde horridum, latronibusque refertum. v. Iofeph. Ant. 15, 7. Hieronymus in Ier. 3, 2. *Arabes — quae gens latrociniis dedita, usque hodie incurfat terminos Palaeftinae, et defcendentes de Ierufalem in Iericho obfidet vias.* add. not. ad Matth. 4, 1. οἱ δὲ ἐκδύσαντες αὐτὸν καὶ πληγὰς ἐπιθέντες κ. τ. λ.] *hi vero eum fpoliarunt, plagis vulnerarunt, et, relicto eo femimortuo, difcefferunt.* Iniurias, quas homo ille perpeffus erat, accuratius Iefus defcripfit, quo oftenderet conditionem illius adeo triftem fuiffe, vt facile ad commiferationem, etiam duriffimum quemque, permouere potuiffet. Verbum ἐκδύω non tantum notat *exuere veftimenta*, fed etiam latiori fignificatu adhibetur, vt Lat. *exuo*, et Hebr. פשט Ez. 23, 26. ita, vt fit, *fpoliare, bonis fuis aliquem priuare*, vt h. l. τυγχάνοντα idem quod ὄντα 2 Macc. 6, 2.

31 — 33. κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ] *cafu facerdos quidam eadem via iter fecit.* κατὰ συγκυρίαν idem quod κατὰ συντυχίαν (quo vocabulo illud interpretatur Hefychius) apud Philon. de Iof. p. 528. C. Vtrum autem h. l. de facerdote cogitandum fit, qui ex ordine claffis fuae (v. Luc. 1, 9.) Hierofolymis facra fecerat, et nunc Hierichuntem, vbi habitabat, redibat, vt plures interpretes ftatuunt, an de facerdote, qui Hierofolymam petebat, facra ibi facturus, verba ipfa accurate non definiunt. Neque in parabolis omnia ad viuum refecanda, nec ea curiofius explicanda funt, quae tantum faciunt ad fabulam ipfam exornandam. — 32. ὁμοίως δὲ καὶ λευΐτης κ. τ. λ.] *etiam Leuita, cum ad locum illum perueniffet, acceffit, vidit et praeteriit.* Participium ἐλθών, vt recte docuit *Raphelius* Obff. Xenopph. p. 91. cui adftipulatur quoque *Wolfius* in Curis ad h. l. non otiofum eft, fed declarat, Leuitam non fugitiuis tantum

oculis infpexiffe vulneratum, vt facerdos ille fecerat, fed cognofcendi cupidum propius acceffiffe, curiofis oculis fpectaffe omnia, neque tamen vulnerato opem tuliffe, fed re cognita abiiffe. — 33. Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων κ. τ. λ.] *Samaritanus vero quidem illuc iter faciens, cum ad locum illum peruenifſet, et vulneratum vidiffet, mifericordia commotus eft.* Samaritanus ergo, non vt facerdos et Levita ille, immotus praeteribat, fed trifti fpectaculo commouebatur, et quamquam vulneratus, Iudaeus, adeoque ex inimicorum ipfius numero erat, tamen fibi imperabat, et illius prouidam curam habebat. Commemorauit autem Iefus Samaritanum, non gentilem et ἀλλόφυλον, quoniam Samaritani Iudaeis omnium erant maxime odiofi, (vid. not. ad Luc. 9, 52.) quo doceret ambitum legis de amore proximi latius patere, amore profequendos effe peregrinos et exteros quoque, et vero etiam inimicos, iisque auxilio indigis effe auxilium praeftandum.

34. 35. κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον] *vulnera ipfius oleo et vino perfufa obligauit.* De olei et vini vfu in fanandis vulneribus v. *Wetftenius* ad h. l. et nos ad Marc. 6, 13. ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν κ. τ. λ.] *iumento fuo impofitum in diuerforium duxit, et curam illius habuit.* Vocabulum generis κτῆνος, quo omnino iumenta et pecora fignificantur, (Etym. M. κτήνη κυρίως ἐπὶ τῶν σφαζομένων εἰς βρῶσιν, καταχρηστικῶς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Hefychius: κτήνη, βοσκήματα. Suidas: κτῆνος· τὸ ζῶον. Xen. Cyr. 8, 2. 8. εὐδαίμονα τὰ κτήνη) h. l. indicat *afinum*, cum ciues orientales iter facientes afinis equorum loco illo tempore vfi fint, et etiamnum iis vtantur. vid. ad Matth. 21, 2. πανδοχεῖον eft *deuerforium*, vt Vulgatus interpres vertit: *ftabulum*, qui idem etiam v. 35. ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ expreffit: *dedit ftabulario*, et recte quidem, cum ex vfu linguae Latinae *ftabulum* dicatur locus, quo recipiuntur viatores. Gloff. Vett. πανδοχεῖον, *cauponium, deuerforium, ftabulum.* vid.

Suiceri Thef. Ecclef. h. v. Cogitandum autem eft h. l. de deuerforio publico, a Samaritano propter Samaritanos et gentiles peregrinantes conftructo. Iudaei enim peregrinantes, cum illis temporibus ius hofpitalitatis adhuc floreret, deuerfabantur apud Iudaeos, amicos et cognatos, neque adeo iis in Iudaea erant deuerforia publica. — 35. ἐπὶ τὴν αὔριον fcl. ἡμέραν, *poftridie.* ἐξελθὼν, *cum abitum pararet*, nempe ἐκ τοῦ πανδοχείου, e diuerforio. ἐκβαλὼν, *protulit.* vid. ad Matth. 12, 35. δηνάρια v. Matth. 18, 28. καὶ ὅ, τι ἂν προςδαπανήσῃς κ. τ. λ.] *quicquid autem infuper infumferis, vbi rediero, tibi reddam.* προςδαπανᾷν, *plures fumtus facere*, habet enim praepofitio πρὸς in compofitis faepius vim augendi. Verbum ipfum προςδαπανᾷν rarius occurrit, et praeter hunc locum in libris N. T. non extat, legitur tamen etiam apud Themiftium, et Lucianum, vt docuerunt *Wetftenius* ad h. l. et *Rhoerius* in Feriis Dauentriens. p. 146.

36. 37. Verba τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν κ. τ. λ. recte interpretatus eft *Storrius* Differt. Exeget. in libror. N. T. hiftoricor. aliquot loca P. 2. p. 32. Opufcc. Vol. 3. p. 128, *quis horum trium tibi videtur proximum fe exiftimaffe ei, qui in latrones inciderat?* Quaefiuerat enim legisperitus v. 29. quem *habere deberet* proximum fuum. Sic Iac. 4, 9. ταλαιπωρεῖν miferum fe exiftimare, et 1 Cor. 4, 8. πλουτεῖν, βασιλεύειν ii dicuntur, qui diuites effe et regnare fibi videntur. — 37. Pro εἶπεν οὖν in nonnullis libris legitur δέ, et ita refcripfit *Griesbachius*; nec improbabile eft, grammaticos δὲ explicuiffe per οὖν, atque librarios hoc interpretamentum in textum recepiffe; cum vero in aliis libris legatur καὶ εἶπεν, in aliis fimpliciter fcriptum extet εἶπεν· haec ipfa inconftantia docere videtur, lectionem εἶπεν αὐτῷ, reliquis effe praeferendam. πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως, *agedum*, nam πορεύου, ex Hebraifmo, excitantis eft et hortantis, Samaritani, *hoc exemplum imitare*, fis ita quoque animatus, ita quoque te geras erga exteros etiam, et inimicos tuos.

38. 39. εἰς κώμην τινά, *in vicum quendam*: intelligi debet Bethania. vid. Ioh. 11, 1. ὑπεδέξατο vulgo vertunt: *hofpitio eum excepit*; poteft tamen etiam reddi: *conuiuio excepit*, vt fit id. qd. δεῖπνον ἐποίησε. Sic ὑποδέχεσθαι legitur Ael. H. V. 4, 9. 13, 26. 14, 14. Athen. 6, 21. p. 274. C. εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς *Grotius* fufpicatur, Martham fuiffe viduam, quacum frater et foror vixiffent *Paulus*, eam Simonis viduam fuiffe opinatur. vid. ad Matth. 26, 6. Potuit vero etiam commode domus Marthae dici, domus, quam illa incoluit, vt Ioh. 11, 1. Bethania dicitur κώμη Μαρίας καὶ Μάρθας, *vicus Mariae et Marthae*, certe non quod dominae illius effent. — 39. ᾗ καὶ, παρακαθίσασα — ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ] *quae etiam, ad pedes Iefu affidens, ei dicenti attentas aures praebebat.* Particula καὶ ex nonnullorum interpretum fententia h. l. redundat. Sed ea referenda eft ad verbum ἤκουε, et includit Chrifti difcipulos aliosque conuiuas. παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ *Paulus* ex his verbis apparere monuit, apud Iudaeos, feminas coenae hofpitibus datae adhibitas, cum viris cubantibus fedentes coenitaffe, et ad hunc morem illuftrandum laudauit Ifidor. Originn. 20, 11. *Apud veteres Romanos vfus non erat accumbendi, vnde et* confidere *dicuntur. Poftea, vt Varro ait de vita populi Rom, viri* discumbere *coeperunt, mulieres* federe, quia turpis vifus eft in muliere accubitus. Suet. Claud. 32. *cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum* fedentes *vefcerentur.* Valer. Max. 2, 1. 2. *feminae cum* viris cubantibus fedentes *coenitabant.* παρὰ τοὺς πόδας, cum de coenantibus fermo fit, eft, *ad dextram*, v. 7, 38.

40. ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν] *Martha autem quae multis distraheretur minifteriis.* διακονεῖν notat, *miniftrare, afferre cibum potumque, apparare ad menfam.* vt Matth. 8, 15. Ioh. 12, 2. et h. l. vid. not. ad Matth. 4, 11. add. Diod. Sic. 5, 40. vbi δια-

κονοῦντες οἰκέται sunt pueri, qui ministrant, et apparent ad mensam. Luc. 22, 27. vbi ὁ διακονῶν refertur ad ἀνακείμενον. Sic etiam nomen διακονία de *ministerio*, np. ad mensam adhibitum exstat h. l. et ap. Xen. Oec. 7, 41. ἀνεπιστήμονα ταμιείας καὶ διακονίας. Et Lat. *ministrare* ap. Plaut. Sticho 5, 4. 7. et a Petron. Satyric. c. 31. *ministrator* (id. qd. διάκονος) dicitur seruus, qui in conuiuio ministrat. Verbum autem περισπᾶσθαι Attici ponere consueuerunt de iis, qui cingunt aliquid, et circumplectuntur, sed inde detrahuntur et auelluntur. Macedones vero hoc ipso verbo vti coeperunt de iis, *qui nimis sunt in aliqua re occupati, nimis animo in ea defixi, qui occupationibus atque negotiis distringuntur ac distinentur*, atque hoc sensu illud h. l. legitur de Martha, ministrante et operam dante; add. Diod. Sic. p. 82, A. ἀπῆλθε περισπασθεὶς ὑπὸ βιοτικῆς χρείας. Ioseph. B. I. 5, 6. 2. ἀναπνεύσειν, περισπωμένων πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ὑπελάμβανον. Eccles. 3, 10. 5, 20. cf. *Raphelius*, *Münthius*, *Krebsius*, *Wetstenius* ad h. l. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 706. *Bosius* ad Thom. Mag. p. 707. et *Gatackerus* ad Antonin. 12, 2. ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, κύριε κ. τ. λ.] *accedens ad Iesum, nihilne, inquit, te mouet, quod soror mea, mihi soli, ministrandi curam relinquit? iube eam me adiuuare*, vna mecum manus admouere operi. συναντιλαμβάνεσθαι significat, succurrere alicui, cuius vires solae, oneri ferendo, vel rei peragendae impares sunt Exod. 18, 22. καὶ κουφιοῦσιν ἀπὸ σοῦ, καὶ συναντιλήψονταί σοι, vbi in textu Hebr. legitur verbum נשׂא. add. Ps. 89, 22. Diodor. Sic. 14, 8.

41. Nimiam curam Marthae, eiusque intempestiuam de Mariae incuria atque desidia querelam, et propriam sedulitatis atque alacritatis iactantiam, reprehendens Iesus, respondit: *Martha, Martha, tu nimis sollicita es, multisque negotiis distraheris*, μεριμνᾷν de nimia cura et sollicitudine dici, notatum est ad Matth. 6, 25. τυρβάζειν autem proprie, vt ταράττειν (v. ad Matth. 2, 3.) est, *lu-*

tum turbare, Ariſtoph. Veſp. 257. τὸν πηλὸν ὥςπερ ἀτταγᾶς τυρβάσεις βαδίζων. Ariſtoph. Equit. 311. τὴν πόλιν ἅπασαν ἡμῶν ἀνατετυρβακώς· vbi ſchol. ἀνταράξαι· τυρβάσαι δὲ κυρίως λέγεται τὸν πηλὸν ταράξαι· deinde metaphorice notat, *perturbare*, *tumultum excitare*, vt ap. Ariſtoph. Equit. l. c. et Medium τυρβάζεσθαι, *ſe ipſum perturbare*, adhibetur etiam de iis, qui multis negotiis distrahuntur, et male ſeduli ſunt. v. Ariſtoph. in Pace 1007. *Dreſigius* de Verb. Med. p. 476 ſqq. *Boſius* et *Wetſtenius* ad h. l. Quid ſubaudiendum ſit ad verba περὶ πολλά, orationis ſeries ſat euidenter docet. Martha fercula afferebat, videbat, ne quid deeſſet conuiuis et multis distrahebatur negotiis, coll. v. 40. Itaque cum dixerit Ieſus τυρβάζῃ περὶ πολλά, his verbis ſpectarit neceſſe eſt illa ipſa Marthae negotia, atque adeo ſubintelligi debet πράγματα, *res*, *negotia*, quae vocabuli ellipſis perquam vſitata eſt ſcriptoribus ſacris pariter atque profanis. Sir. 11, 9. περὶ πράγματος οὗ οὐκ ἔςι σοι χρεία, μὴ ἔριζε.

42. ἑνὸς δέ ἐςι χρεία] cum paulo ante ad περὶ πολλὰ intelligi debeat, μέρη l. πράγματα· per ſe intelligitur, ad ἑνὸς ſubaudiendum eſſe, μέρους vel πράγματος, *vna re*, *vno negotio opus eſt*, *vnum negotium maxime neceſſarium eſt*, nempe vt Theophylactus (qui tamen et aliam interpretationem attulit, de qua infra dicetur) notauit: τοῦ προςέχειν τῇ διδασκαλίᾳ, animum aduertere ad doctrinam, ad ſermones meos, hoc enim faciebat Maria, doctorem audiebat, praecepta eius animo auide excipiebat, et ita Chriſtus ipſe mentem ſuam explanabat, additis verbis his: Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο] *Maria ſibi elegit praeclarius*, ipſi vtilius, magis neceſſarium l. *optimum negotium*. Μερὶς, *negotium*, *occupatio*, v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. quo ſenſu etiam ſynon. μέρος a ſcriptoribus Graecis vſurpatur, vid. Xenoph. Cyr. 3, 3. 5. Anab. 7, 6. 25. et a Latinis, *pars*, vt ap. Cic. ad Q. Fr. 1, 1. *neque enim eiusmodi partem reipublicae ge-*

ris; in qua fortuna dominetur, sed in qua ratio plurimum possit et diligentia. ἀγαθὴ, *praestantius, magis necessarium*, vt Positiuus vim habeat Comparatiui, vel *praeclarissimum, optimum*, vt Positiuus adhibitus sit loco Superlatiui, de qua enallage graduum v. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3, P. 1. p. 325 sq. 330 sq. ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς] *quae res, quod negotium ab illa non auferetur, non debet auferri*, non debet inde ad alios labores auocari, vt adeo respexerit his verbis Christus petita Marthae v. 40. vt Mariam parte laborum subleuare se iuberet. Iam vero sensus loci nostri est: Martha, tu male sedula es, et citra necessitatem multis negotiis distraheris, Maria recte praefert studium cognoscendi doctrinam salutarem, neque ab hac occupatione auocari debet ad labores alios minus necessarios, imitare potius sororis tuae exemplum, assideas, audias. Alii aliter hunc locum interpretantur. Nempe nonnulli ad πολλὰ supplent μέρη τῆς διακονίας et ad ἑνὸς vocabulum βρώματος, monent Christum solitum fuisse a rebus obuiis illustrare doctrinam diuinam, atque sic h. l. de ferculis epularum, quae dici solebant, transtulisse ad doctrinam suam. v. not. ad Matth. 5, 6. Vocabulum igitur μερὶς v. 42. explicant *de ferculo* (quo sensu μερὶς legitur apud τοὺς ό Gen. 43, 34. 1 Sam. 1, 5. 9, 23. v. et *Wetstenius* ad h. l.) verbis Iesu tribuunt frugalitatis commendationem, v. *Paulus* ad h. l. et ad iocosam Marthae de Mariae desidia querelam, Iesum subridentem respondisse arbitrantur haec: tu nimis multis ministeriis distraheris, vnum sufficit ferculum, (aliam ergo vocem subintelligunt ad πολλὰ, aliam ad ἑνὸς) nec multo coenae ciborumque apparatu opus est. Hoc Maria probe intelligens, optimum ferculum elegit, assidet et me docentem audit, quod a me laudari potius debet, quam reprehendi, non debet hoc ferculo priuari, inde auocari; siue, vt alii volunt, non potest ei hoc animi pabulum eripi, fercula, quibus pascitur corpus, eripi possunt, sed fercula, quibus pascitur animus, eripi non possunt;

imo fructus inde percipiuntur perpetuo duraturi. Hanc interpretationem nimis quaefitam, et orationis feriei minus confentaneam effe, cordatiffimus quisque rei aeftimator, me non copiofius demonftrante, concedet. Praeiuerunt tamen eam Theophylactus, qui ad h. l. notauit etiam haec: ἑνὸς ἔχομεν χρείαν, τοῦ φαγεῖν ὅτι δήποτε, οὐχὶ ποικιλίας, et grammatici ii, a quibus profecta eft nonnullorum codd. lectio ὀλίγων δέ ἐςι χρεία ἢ ἑνός· vbi vel vocula ἢ aperte oftendit, a librariis interpretamentum in textum effe receptum. *Nachtigallius* in *Henkii Magazin* T. 6. Heft 2. p. 355. ad ἑνὸς fupplet ἀνθρώπου et vocabulo χρεία *negotii* fignificationem fubiicit, vt fenfus fit: Hoc eft negotium vnius hominis, vnus hoc peragere poteft ac debet, tu (Martha) ei fola fufficis. Ita vero inhumaniorem Chrifto refponfionem adfcribi, recte obferuauit *Tychfenius* in *Henkii Neuen Magazin* Th. 1. Heft 2. p. 186. qui adeo ad τὰ πολλὰ v. 41. μέρη τῆς διακονίας et ad ἑνὸς intelligit μέρους τῆς διακονίας, atque refponfionem Chrifti ita explanat: multa tu (Martha) minifteria ad me excipiendum follicite obis; hoc vnum autem fufficit, quod Maria elegit, fcl. inftitutioni meae attentam fe docilemque praebendo. Verum huic explicationi, vt praeclare monuit *Wolfius*, Theologus Lipfienfis, in Commentat. V. de agnitione ellipfeos in interpretatione librorum facrorum p. 23. hoc obftat, quod fuppleta vox διακονία, quae ad verbum διακονεῖν v. 40. referri debet, non de minifteriis, fed de attentione et docilitate accipitur, quod tamen fieri per vfum loquendi atque contextum non poffit.

CAPVT XI.

1 — 4. De precandi formula h. l. obuia, quam Lucas ita reddidit, vt ea legebatur in gnomologia ab ipſo in conſcribendis commentariis adhibita, cuius magnam partem inde a c. 9, 51. inſeruit, vid. notat. ad Matth. 6, 9. Verba ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ in aliis iisdemque optimae notae libris, etiam verſſ. deſunt, et Origines περὶ εὐχῆς Opp. T. 2. p. 226 ſq. ed. *de la Rue*, diſerte profitetur illa verba apud Lucam non legi, παρὰ τῷ Λουκᾷ σεσιώπηται, etiam Tertull. Auguſt. Hier. ea omittunt. Rectiſſime igitur *Grotius*, *Millius*, *Bengelius*, *Wetſtenius*, *Segaarius* et *Griesbachius*, verba illa pro ſpuriis habent, et Lucam e Matthaeo iis locupletatum eſſe contendunt, maxime tum, cum haec formula precandi in cultu publico frequentari coepiſſet. τὸ καθ' ἡμέραν ſcl. ἑκάστην, *quotidie*; τὸ redundat. v. *Schleusneri* Lex ſub ὁ.

5. 6. τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον κ. τ. λ.] *ſi quis veſtrum media nocte amicum adeat:* τίς pro εἴ τις. v. Matth. 7, 9. μεσονυκτίου, *media nox* memoratur, vt tempus importunum et incommodum petendi ab alio quaepiam. De voce μεσονύκτιον vid. not. ad Marc. 13, 35. Pro εἴπῃ alii libri exhibent ἐρεῖ, quod vt minus frequens, omnino praeferendum videtur. χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους] *mutuos mihi da tres panes*, χρᾷν, *commodare*, *vtendum dare*. Xen. Mem. 3, 11. 17. χρῆσον τοίνυν μοι τὴν ἴϋγγα. add. Polyaen. 6, 21. vid. *Salmaſius* de vſuris c. 7. φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με] *amicus meus ex itinere ad me deuertit.*

Orientales ob aeftum diei noctu itinera fuscipere folebant. v. ad Matth. 2, 9. Panes in Oriente erant tenues, et formam placentarum habebant. v. ad Matth. 14, 19. Ineptiunt ergo, cum *Heumano*, qui quod tres panes poftularit homo ille, inde coniiciunt, cogitandum etiam effe h. l. de feruis, qui cum eo venerint ad panes auf..endos. Praeterea tenendum eft, apud Hebraeos non fuiffe vfitatas tabernas piftorias, fed familiam quamlibet fibi panem coquere folitam effe. v. *Warnekros Hebräifch. Alterthüm.* pag. 24.

ṽ. 8. *Ille vero intus refpondeat: noli mihi moleftus effe* (κόπους παρέχειν v. Matth. 26, 10.) *ianua iam claufa eft, et liberi mecum in cubili verfantur, non poffum furgere,* meorumque quietem turbare, *et tibi panes dare.* παιδίον, נער, fignificat infantem, puerum adultiorem, interdum etiam feruum, miniftrum, v. Matth. 18, 2. hinc nonnulli interpp. per παιδία feruos h. l. intelligunt. Citra neceffitatem. εἰς τὴν κοίτην pofitum eft pro ἐν τῇ κοίτῃ. — 8. λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει κ. τ. λ.] *mihi credite, etiamfi non furrexerit et dederit ei, amicitia motus, tamen propter impudentem pertinaciam eius tandem furget, et dabit ei, quotquot panibus indiguerit.* ἀναίδεια h. l. tribuitur petenti, qui molefte vrget, qui repulfa abigi non poteft. Pro ὅσων χρῄζει, *quotquot indiguerit,* plures codd. habent ὅσον χρῄζει i. e. ὅσον ἐθέλει, *quot voluerit,* quae lectio verior videtur, cum aliis in locis N. T. χρῄζειν conftruatur cum genitiuo et notet *indigere;* fed χρῄζειν, *velle, cupere,* a fcriptoribus Graecis conftruitur etiam cum accufatiuo. v. Soph. Oed. Tyr. 373. ὅσον γε χρῄζεις. add. Ariftoph. Nub. 457. Xen. Oec. 5, 8. Iam quod fententiam ipfam hac comparatione expreffam attinet, ea quidem haec eft: Si impudentem flagitatorem, amicus intempeftiue ab illo interpellatus tandem audit, non tam amicitia, quam illius potius improbitate et pertinaci flagitatione permotus, quid non obtinebit a Deo affiduus

precator? Bona quaeque, omnia vobis in rebus ad munus veſtrum ſpectantibus, neceſſaria, a Deo precibus piis et aſſiduis efflagitare, ab eoque exſpectare poteſtis ac debetis. Vlterius comparatio non eſt extendenda. Nam quid voluerit Chriſtus inde concludi, ipſe oſtendit verbis v. 9. rogate, dabitur vobis. Reliquae partes narrationis de nocturna interpellatione ad ornatum pertinent.

9 — 13. Vid. not. ad Matth. 7, 7 ſqq. τινα pro εἴ τινα, vt ſupra v. 5. Pro εἰ καὶ, *ſi autem*, v. 11. multi codd. legunt ἢ καὶ, quae tamen lectio e v. 12. in hunc venisse putanda eſt. *Piſcis*, *ouum*, memorantur pro re ſalutari quacunque; *ſerpens*, *ſcorpius*, ad deſignandam rem nociuam quamcunque. — 13. ὁ ἐξ οὐρανοῦ id. qd. aliis in locis ὁ ἐν οὐρανῷ, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (ſic infra v. 16. ἐξ οὐρανοῦ id. qd. ἐν οὐρανῷ) i. e. ὁ οὐράνιος *coeleſtis*. Per πνεῦμα ἅγιον intelliguntur Spiritus ſancti dona, vid. ad Matth. 3, 16. Pro πνεῦμα ἅγιον in nonnullis libris extat, ἀγαθὸν δόμα, in aliis δόματα ἀγαθὰ, in aliis πνεῦμα ἀγαθὸν, quae gloſſemata deriuanda ſunt e Matth. loco parallelo 7, 13. vbi ſimpliciter legitur: δώσει ἀγαθά.

14. Vid. Matth. 12, 22 ſqq. Luc. 8, 19. καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον κ. τ. λ.] *poſtea* l. *aliquando* (v. Marc. 3, 21.) *ex homine eiecit daimonium*, *quod eum reddiderat mutum*; ſequitur ἐλάλησεν ὁ κωφός. Matthaeus refert, hunc hominem fuiſſe quoque coecum. Vocabulum κωφὸς vt tralatitium eſt, indicat et *ſurdum*, vt Matth. 11, 5. κωφοὶ ἀκούουσι, Hebr. חֵרֵשׁ, ap. Alexandrinos Exod. 4, 11. et *mutum*. Heſychius: κωφός, οὔτε λαλῶν, οὔτε ἀκούων, cf. *Ienſii* Fercul. Literar. p. 32. cum vero noſtro loco ſequatur, ἐλάλησεν ὁ κωφὸς, in promtu eſt, intelligendum eſſe hominem *mutum*.

15 ſs. Vid. ad Matth. 12, 24. 9, 33. 12, 38. Quae vero v. 16. leguntur, ea ap. Matthaeum accuratius poſita

extant, finita defenfione Chrifti contra Pharifaeos, qui affirmarant, eum ope principis geniorum malorum expellere genios malos. — 17. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει] poft οἶκος incifi nota ponenda eft, et ex praecedentibus fubintelligendum διαμερισθεὶς, atque ἐπὶ οἶκον pofitum eft pro ἐφ' ἑαυτὸν, vt adeo fenfus fit: et familia a fe ipfa diffidens, falua effe nequit. v. Matth. 12, 25. Marc. 3, 25. Theophylact. οἶκος μερισθεὶς πίπτει.

21. ἰσχυρὸς, *robuftus, robore et corporis viribus valens*, vt Matth. 12, 28. ex aliorum interpretatione, *miles, bellator*, Hebr. גִּבּוֹר חַיִל, πολεμιστής 2 Chron. 32, 21. גִּבּוֹרִים, *milites*, ἰσχυροὶ, Ier. 46, 5. fed cum initio v. 22. legatur ἰσχυρότερος, prior explicatio praeferenda eft. αὐλὴ h. l. eft *domus ipfa*, vel fi mauis, *arx, palatium*. Suidas enim: αὐλὴ, ἡ τοῦ βασιλέως οἰκία, et Matthaei loco parallelo adhibitum legitur vocabulum οἰκία. ἐν εἰρήνῃ ἐςὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ] *res eius omnes in tuto collocatae funt*: τὰ ὑπάρχοντα, fupellex, vtenfilia, bona, opes.

22. ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος κ. τ. λ.] *quodfi vero validior illo, inuadens eum vicerit, aufert armaturam ipfius, qua fretus erat, et bona distribuit*: ἐπέρχεσθαι verbum de hoftili irruptione proprium v. *Irmifchius* ad Herodi. 1, 8. 12. Phauorinus: ἐπέρχεται, τὸ ὡς πολέμιός τις ἐπί τινα ἔρχεται. Vocabulum autem σκύλα proprie indicat *fpolia, praedam, manubias*; v. *Perizonius* ad Ael. H. V. 6, 6. deinde vero fignificat fupellectilem, bona, opes, quae direptae funt vel diripiuntur, vt h. l. hinc etiam Matth. 12, 29. legitur σκεύη, et loco noftri διαδίδωσι, verbum διαρπάσαι. Cauffa eft, quoniam Hebraei voc. שָׁלָל cuius propria fignificatio eft *praeda*, eodem fignificatu, nempe de bonis, vel direptis vel diripiendis, vfurpare folent, vt Efth. 3, 13. vbi οἱ ό habent τὰ ὑπάρχοντα, fed Zach. 14, 1. vfi funt vocabulo σκύλα. 1 Macc. 1, 19. καὶ ἔλαβε τὰ σκύλα γῆς Αἰγύπτου, *diripuit opes Aegypti.*

23 — 26. Vid. Matth. 12, 30. 43 sqq. ibique notata.

27. 28. *Haec cum Christus dixisset; mulier quaedam ex illa multitudine populi alta voce clamabat: beatus ille vterus, qui te gestauit, et mammae, quas suxisti.* Pesikta R. fol. 63, 2. *Israelitae dicent: felix hora, qua creatus est, felix vterus ex quo prodiit.* Hom. Odys. ζ', 154. τρὶς μάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ, Τρὶς μάκαρες δὲ κασίγνητοι. Musaeus v. 138. vbi ad Heronem Leander: ὄλβιος ὅς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὀλβίη ἣ τέκε μήτηρ, Γαστὴρ, ἥ σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη. Petron. c. 49. *o felicem, inquit, matrem tuam quae te peperit*, vbi v. interpp. Ouid. Met. 4, 321. — *qui te genuere, beati, Et frater felix, et fortunata profecto Si qua tibi soror est, et quae dedit vbera nutrix.* cf. et *Raphelius*, *Elsnerus*, *Wetstenius* ad h. l. Iam vero mulieris vocem Iesus ita corrigit, vt concedat quidem matrem suam esse felicem praedicandam, attamen affirmet quoque, inprimis felices esse praedicandos, qui doctrinam suam audirent et obseruarent. μενοῦνγε, *atqui, contra vero.* φυλάσσειν τὸν λόγον est *doctrinam vita factisque exprimere*, שמר מצות Ex. 15, 26, 16. 28. Deut. 4, 40. Ps. 78, 7. 56. Prou. 4, 4.

29 — 32. Vid. Matth. 12, 39 sqq. καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον κ. τ. λ. *Sicut Ionas fuit documento Nineuitis*, sicut Ionae fata erant Nineuitis legationis ipsius diuinae documentum; *ita et ego quoque huic aetati*, his hominibus perfidis et male pertinacibus *documento ero*, mea fata erunt legationis meae diuinae documentum.

33. 34. Quae h. l. leguntur, ea tanquam alio tempore a Christo dicta reperiuntur. cf. Matth. 5, 15. 6, 23. vbi v. not. Luc. 8, 16. (et not. ad Luc. 6, 20.). Lucas apposuit has sententias h. l., quoniam eas in gnomologia sua h. l. notatas reperiebat, easque a Christo bis prolatas

putabat; neque tamen illae cum antecedentibus, vbi Christus verba fecerat ad Pharifaeos, ipfum fpernentes et conviciis profcindentes, atque oftenderat eos poena digniffimos effe, accuratius cohaerent, vt facile concedet, qui quae v. 33 fqq. leguntur, diligenter nec cupide, cum iis quae praecefferunt, comparauerit. Puto igitur fententias, quas v. 33 — 36. continent, a Chrifto propofitas effe eodem tempore, quo difcipulis dixit ea, quae Luc. 8, 16 — 18. leguntur, vbi accuratior eft fententiarum nexus. vid. Commentar. noftr. ad Matth. l. c. et p. 138 fq. *Morus* et *Rofenmüllerus*, quo cohaerentiam orationis vtcunque demonftrarent, ad h. l. notarunt haec: „Docuerat Chriftus, fe non effe magum neque fraudatorem; non opus effe, vt diuinam fuam legationem demonftret miraculo e coelo (v. 16.); nam partim fe multa alia miracula edidiffe, partim in vitam effe rediturum. Nunc addit v. 33. hanc cognitionem non effe celandam; non effe poftulandum alio tempore fignum e coelo. Si Iudaei rectam haberent Meffiae cognitionem, tunc facta etiam et iudicia eorum recte fe haberent; non dicerent, me effe praeftigiatorem, fed legatum diuinum v. 34." Alii fenfum et cohaerentiam hunc in modum conftituerunt: quamquam vos Pharifaei, me non pro legato diuino habetis, et mea praedicatione nihil mouemini, tamen ob veftras calumnias, conuicia, et pertinacem contumaciam, doctrinam coeleftem praedicare non intermittam, fed eam porro tradam; etenim fum a patre miffus, vt, quantum in me fit, genus humanum illuftrem, quilibet me docentem attente audiat, et meae doctrinae conuenienter viuat.

35. *Vide igitur, ne lumen quod tibi ineft*, h. e. mens tua, quae animo inftar oculi eft, vid. not. ad Matth. 6, 23. *obfcuretur*, (ἐστὶν pro ᾖ) ignorantiae et praeconceptarum opinionum tenebris obtecta ac circumuoluta fit. vid. ad v. 36. *Beza*, cui adftipulatur *Segaarius*, verba v. 35. vertit: *confidera, an* (μὴ) *lumen quod in te eft, tenebrae*

fint i. confidera an mens tua obfufa fit caligine, ita, vt tibi perinde fit, num vifu gaudeas, an coecus fis. Nunquam, quod fcio, fcribit ad h. l. *Segaarius*, σκοπεῖν, vt verba βλέπειν et ὁρᾶν, pro *cauere* vfurpatur. At enimvero σκοπεῖν, vt fit *curare*, legitur ap. Xen. Cyr. 1, 6. 10. Ἱππαρχ. 1, 6. et in verfione Alexandrina, vt ὁρᾶν et βλέπειν refpondet Hebr. verbo ראה et Gal. 6, 2. et reddi debet *cauere*.

36. Offenfioni fuit interpretibus, in apodofi h. l. idem legi, quod in protafi: εἰ τὸ σῶμά σου ὅλον φωτεινὸν — ἔϛαι φωτεινὸν ὅλον. Hinc varias excogitarunt rationes, quibus hanc difficultatem remouerent, et verfum a tautologia liberarent. *Maldonatus*, *Erasmus*, *Grotius* pro σῶμα legendum coniecerunt ὄμμα, et in apodofi e v. 34. fubaudiendum effe contenderunt vocabulum σῶμα. Sed hac coniectura admiffa, hic verfus eandem plane fententiam continet, quae v. 34. expreffa eft verbis his: ὅταν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν ἐϛιν. *Michaelis* in *Einleitung in das N. T.* Vol. 1. p. 739. refcribendum effe ftatuit: ἔϛαι φωτεινὸν ΤΟ' ὅλον, *corpus et animus*, vel ἔϛαι φωτεινὸν 'ΟΛΟΟ'Ν. Quam tamen viri fententiam accurate refutauit *Vogelius*, Theologus Erlangenfis, in libello: *de coniecturae vfu in Crifi N. T.* p. 37 fq. cuius verba haec funt: „Sed quid iftud ὁλοόν; *Animus* eft, inquit, *ratio* eft. At hoc vnius Suidae auctoritate confirmat, qui nil habet, nifi: ὁλοός, ὁ φρόνιμος καὶ ὑγίης. Hinc igitur effectum erit, τὸ ὁλοὸν effe *mentem*? et quo tandem cafu Lucam in hanc vocem incidiffe putabimus? Sed fit fane τὸ ὁλοὸν *ratio* feu *animus*, notum fuerit hoc verbum Lucae; tamen eo vti hic non potuit, nifi rem comparatam in ipfam comparationem inferre voluit. Intellectus fcilicet hominis comparatur *oculo*, qui, fi fincerus eft, facit, vt totum corpus (quo fenfus animi defignari videntur) luce gaudeat. Nonne igitur hoc fimile per totam comparationem retinendum

erat? nonne dicendum: ſi totum corpus tuum luce gaudet, *oculus* tuus ſanus et integer eſt? In Matthaeo 6, 22. 23. certe, qui eadem comparatione vtitur, vel potius, ſicut et Lucas, τὸν Κύριον ea vſum eſſe, refert, ſimilitudo ſervatur. Et idem obſtare priori coniecturae videtur; ſi enim τὸ ὅλον legimus, et, quod vult *Michaelis, corpus et animum* intelligimus, rem comparatam non minus inferimus in comparationem, atque etiam verbum *corpus*, in vna eademque periodo duplici ſenſu, proprio altero, altero translato, vſurpamus." *Vogelius* interpunctionem mutandam, et verba ita diſtinguenda eſſe putat: εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον, φωτεινὸν μὴ ἔχον τι μέρος, σκοτεινὸν, ἔϛαι φωτεινὸν ὅλον κ. τ. λ. Senſus totius loci inde a v. 33. ſic videtur ei conſtituendus: Chriſtus v. 29 — 32. conqueſtus erat de multitudine miraculum petente, quo legatio ſua diuina confirmaretur. (Non multitudo miraculum petierat, ſed Phariſaei atque legisperiti illud poſtularant. v. ſupra v. 16. coll. Matth. 12, 38.) In his hominibus videntur fuiſſe, et qui legationem Ieſu diuinam agnoſcerent, profiteri *non auderent*, et qui Ieſum legatum diuinum opinarentur, at *dubitanter*. *Illis* dicit v. 33. candelam, rectam cognitionem, non ponendam ſub modium, non tegendam eſſe; *hos* monet, cognitionem non certam, non omnino veram, peiorem eſſe ignorantia, hanc enim ſubito eximi poſſe, errores verae cognitioni admixtos vix poſſe. (Supra iam monitum eſt, ſententias h. l. v. 33 — 36. propoſitas, Ieſum procul dubio alio tempore, aliaue occaſione, non Phariſaeis nec multitudini, ſed diſcipulis dixiſſe). Et cum vſus eſſet ſimilitudine *lucis*, eam retinet. *Oculus*, inquit, cognitio ſcilicet (ſed *oculus* eſt imago mentis, vt et τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ mentem indicat; vid. ad Matth. 6, 23.) *eſt candela corporis*, ſenſuum animi, *hic ſi integer eſt, totum corpus tuum in luce verſatur; at ſi vitium contraxit, corpus quoque verſatur in caligine.* v. 36. *Vide igitur, ne lux in te caligo ſit*, ne cognitio, qua gaudes, erroribus ſit deformata. v. 37. *Quodſi igitur corpus tuum* animi ſenſus, *omne*

caliginoſum, cognitionis expers *eſt*, *ut particulam quidem lucidam habens*, *erit*, fieri poterit, *totum lucidum*, *quaſi lux ſubito ſplendore tibi affulſerit.* Alii ὅλον v. 36. altera vice abſolute poſitum autumant, vt ſit *vniuerſum*, *totum*, et verba ἔςαι φωτεινὸν ὅλον vertunt: *omnia circa te lucida erunt*, ſed haec ſententia verbis non ineſt, et ad ὅλον ſubaudiendum eſſe vocabulum σῶμα, quod praeceſſit, vel additum φωτίζῃ σε docet. *Morus* in Praelectt. in Eu. Lucae p. 260. locum ita explanat: *ſi totum tuum corpus erit lucidum*, ſi omnia membra recte funguntur officio ſuo, *neque habent aliquam partem tenebricoſam*, ſi nullum membrum impeditur in officiis ſuis praeſtandis, quia oculus eſt ſalvus, *erit totum* ita *lucidum*, *vt ſi fulmen* (de fulmine h. l. non eſt ſermo) *te colluſtraret*, (verbis ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀςραπῇ φωτίζῃ σε ſummum lumen, ſummum ſplendorem indicari ait) omnis vita recte ſe habebit, ſi fuerit in mente cognitio iuſta. Ita vero ſententia ſatis languida ac frigida procedit. Fateor mihi nullam huius loci explicationem hactenus prolatam arridere, et dubito, an commendabilis atque probabilis interpretatio poſſit proferri. Videtur hic verſus, quem *Beza* in ſuo cod. non reperit, compoſitus eſſe ex interpretamentis atque gloſſematis a grammaticis ad verba v. 34. ὅταν οὖν ὁ ὀφθαλμὸς κ. τ. λ. adſcriptis. Neque enim loco parallelo Matth. 6, 23. haec verba leguntur, iisque h. l. omiſſis omnia optime cohaerent, et v. 35. quo Chriſti oratio finitur, allegoriae applicationem continet. Eſt autem v. 33 — 35. mens atque ſententia Chriſti haec: Ego, qui vos (alloquitur diſcipulos ſuos. vid. not. ad v. 35.) magiſtros vitae morumque hominum deſignaui, volo vt meam doctrinam profiteamini, eamque vita et factis exprimatis. Si mens veſtra, quae animum eiusque affectiones regere debet, in ignorantia verſatur; ſentiendi et agendi ratio veſtra mala erit atque peruerſa, nec aliis praelucere poteritis; contra vero ſi mens veſtra religionis luce colluſtrata eſt, etiam ſentiendi atque agendi ratio veſtra ita comparata erit, vt eſſe debet, atque ido-

nei vitae morumque hominum magiſtri apparebitis. Curate igitur, vt mens veſtra doctrina mea illuſtretur, ſitis attenti ac diligentes doctrinae meae auditores, coll. Luc. 8, 18. ἀϛραπὴ v. 36. eſt *fulgor*, *ſplendor*, Hebr. בָּרָק Hab. 3, 11. vbi οἱ ό habent; φέγγος ἀϛραπῆς ὅπλων. add. Deut. 32, 41. Nah. 3, 3. Etiam verbum ἀϛράπτειν ita legitur, vt ſit *fulgere*, *coruſcare*. Xen. Cyr. 6, 4, 1. ἤϛραπτο μὲν χαλκῷ, ἤνθει δὲ φοινίκισι πᾶσα ἡ ϛρατιά. Anab. 1, 8. 5. χαλκός τις ἤϛραπτε· de canibus ap. Xen. Cyneg. 6, 15. κύνες ἀϛράπτουσι τοῖς ὄμμασι· add. Alciphr. 3. ep. 67. vid. et *Kypkium* ad h. l.

37. Vid. Marc. 3, 20. *Haec dum Ieſus loquebatur*, ea nimirum quae leguntur a v. 17 — 32. *Phariſaeus quidam eum ad coenam inuitabat.* Animo maligno hunc hominem Ieſum ſibi expetiiſſe hoſpitem, docent ea, quae praeceſſerunt, docet item tam conuiuii ſucceſſus, quam eiusdem exitus, coll. v. 53. 54. Inuitauerat Ieſum, vt interpellaret acerbam et Phariſaeis valde ingratam orationem ipſius; vt auram popularem captaret, et vt priuatim, minori famae periculo Ieſum tentaret, cum ſciret omnes qui hactenus publice cum eo congreſſi eſſent, ab eo victos et ad ſilentium redactos diſceſſiſſe. ἀριϛᾷν, *coenare*, vocabulum enim ἄριϛον, quod etiam in Rabbinorum libris occurrit, (v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 227. ſub v. אַרְסְתּוֹן in dialecto Alexandrina eſt id. qd. δεῖπνον et notat *epulum, coenam*, circa meridiem, non *cibum matutinum*; quo ſignificatu primis temporibus a Graecis vſurpabatur. vid. *Buxtorfius* l. c. 2 Sam. 24, 15. ἔδωκε κύριος θάνατον ἐν Ἰσραὴλ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ὥρας ἀρίϛου· add. not. ad Matth. 22, 4. Ieſus, quamuis probe perſpectum haberet malignum hominis animum, ne ſubterfugere videretur ſimulatoris molimina, et vt priuatim quoque in familiari colloquio eos de ſuae doctrinae veritate conuinceret, eorumque peruerſos mores corrigeret, locum ipſius petitis concedebat, *ingreſſus domum accubuit*, ἀνέπεσε v. ad Matth. 15, 35, 8, 11.

38. Pharifaeus, qui infidias Iefu ftruere vellet, adeoque ad eius dicta et facta attenderet, cum vidiffet eum non ante coenam lotum effe, (vid. not. ad Matth. 15, 2.) mirabatur, et admirationem atque indignationem fuam etiam voce oftendebat.

39. Vid. not. ad Matth. 23, 1. Iefus, qui a rebus obuiis praeceptorum fuorum illuftrationem petere folebat, cum videret, quanta cura poculorum patinarumque partes externae a miniftris purgarentur, digito monftrans miniftros, indignabundus dicebat: νῦν ὑμεῖς κ. τ. λ. *nunc vos Pharifaei purgari folerter curatis externas*, concauas et conuexas, *poculorum patinarumque partes*, *intus vero haec vafa plena funt rapinis et improbitate.* cf. Matth. 23, 25. νῦν *Raphelio* in Obff. Polybb. p. 206. et *Wolfio* in Curis ad h. l. admirationem vel potius indignationem inferre videtur, *nun ihr Pharifäer.* Aliis encliticum eft, et fignificat idem quod δή, *igitur*, fed tum accentu caret. v. fchol. Ariftoph. Plut. 414. et *Reusmanus* ad Deuarium de Particc. L. Gr. p. 239. ed fec. Eft potius aduerbium temporis, vt faepius, id qd. ἀρτίως, *nunc*, *iam*, *in praefenti*. πίναξ, *patina.* v. Matth. 14, 8. τὸ ἔσωθεν ὑμῶν plures interpretes explicant: *quod intra vos eft* i. e. animus vefter. Cui tamen explicationi aperte repugnat orationis cohaerentia (coll. v. 41.) et ipfa antithefis externi et interni, et locus parallelus Matth. 23, 25. Imo pronomen ὑμῶν referri debet ad ἁρπαγῆς et πονηρίας, cuius generis traiectiones fcriptoribus facris pariter atque profanis haud inufitatae funt. v. Matth. 5, 16. 10, 30, 13, 16. *Kypkius* ad h. l. et Obf. Mifcell. Vol. 3. p. 338. 343 fqq.

40. Qui τὸ ἔσωθεν v. 39. de animo interpretantur, eorum nonnulli perquam contorte τὸ ἔξωθεν v. 39. fignificare putant *externas et internas partes vaforum*, fed v. 40. *corpus hominis et res quascunque in fenfus cadentes*; per τὸ ἔσωθεν autem intelligunt *animum*, et locum ita explicant;

Deus tam *internorum* quam *externorum* eſt *conditor*, adeoque aeque neceſſaria eſt *munditiες animi*, quam corporis aliarumue rerum in ſenſus cadentium. Alii (vt *Paulus*) verba οὐχ ὁ ποιήσας κ. τ. λ. ita exponunt: *nonne qui creavit externa*, ſupellectilem veſtram, *item etiam creauit interna*, animum veſtrum? quoniam ergo Deus creauit ſupellectilem et animum: non tantum eſt cura habenda vaſorum, rerum externarum, ſed etiam animi. Verum enimvero omnis oratio Chriſti ſpectat vaſa, neutiquam ſermo eſt de animi munditie vel immunditie, vt ſatis docet vſus vocis ἐνόντα v. 41. et aperte demonſtrat locus parallelus Matth. 23, 25. 26. Rectius ergo alii τὸ ἔσωθεν v. 39. et 40. de cibis intelligunt. Horum vero plures male verba noſtra ita explanant: *nonne is qui creauit externa*, pocula et patinas, *etiam interna*, cibos *creauit*? Quam enim remota eſt conſequentia inde deducta: ergo pura eſſe debent externa et interna poculorum patinarumque, non debetis improbitate atque rapinis vobis comparare cibos. Omnes veritatis notas et numeros habet haud dubie *Elsneri* verborum expoſitio, quae etiam *Kypkium*, *Moldenhauerum*, *Michaelem*, *Schulzium*, *Boltenium*, *Eichhornium* (*Einleit.* Th. 1. p. 603.) aſſenſores nacta eſt. Scilicet verbum ποιεῖν, vt apppoſite *Elsnerus* monuit, inter alia ſignificat: *facere rem talem, qualis eſſe debet, parare, apparare aliquid*, vt ap. Theophr. Char. 14, 3. Φακῆν — ἄβρωτον ποιεῖν, *lenticulas facere, vt edi nequeant*. Palaephat. fab. 13, 1. ποιεῖν πτέρυγας προςθετὰς, *accommodare, aptare ſibi alas factitias*. Xen. Cyr. 4, 2. 18. ὅπως διπλάσια σιτία παρασκευασμένα ᾖ, ἢ καθ᾽ ἡμέραν ἐποιεῖτε. ib. 8, 5. 3. περὶ τοῦ πεποιῆσθαι τὰ ἐπιτήδια. Mem. 3, 14. 6. ὀψοποιοὺς — τὰ ὑπ᾽ ἐκείνων ποιούμενα. Hinc etiam de purgatione ſermo eſt, notat *purgare*, vt Hebr. עשה 2 Sam. 19, 25. וְלֹא עָשָׂה רַגְלָיו וְלֹא עָשָׂה שְׂפָמוֹ vbi Alexandrini vſi ſunt verbo ποιεῖν· add. Deut. 21, 12. Ariſtoph. in Pace v. 287. *Elsnerus* igitur ſine interrogatione vertit: *non qui exterius purgauit*, pocula patinasque (eadem opera) *etiam interius*

purgauit cibos. *Boltenius* interrogationem retinet: *wenn man etwas von auſſen rein macht, ſollte man's nicht auch inwendig rein machen?* nonne qui externa purgat, purgare etiam debet interna?

41. τὰ ἐνόντα nonnulli explicant: *pro viribus et facultatibus veſtris, quantum res ſeu facultates ferunt*, omiſſam eſſe monent praepoſitionem κατὰ, et κατὰ τὰ ἐνόντα ſcl. χρήματα idem valere praecipiunt quod ἐκ τῶν ἐνόντων, quam in rem laudant Heſychium, qui ἐνὸν interpretatus eſt ἐνυπάρχον ἢ δυνατόν ἐςι. vid. *Schleusneri* Lex. ſub v. ἔνειμι. Verum vt ſcite animaduertit *Raphelius* in Obſſ. Xenoph. ad h. l. quem ſecuti ſunt *Wolfius*, *Heumanus*, *Kypkius*, *Segaarius*, *Paulus*, alii, deſiderantur exempla idonea, quibus comprobetur a Graecis τὰ ἐνόντα dictum eſſe pro ἐκ τῶν ἐνόντων. Vi originis τὰ ἐνόντα dicuntur *ea, quae inſunt*; hac ſignificatione ſaepius haec vox recurrit, (vid. *Raphel.*, *Kypk.*, *Segaar.* ad h. l.) vt ap. Xen. Ageſ. 2, 19. αἱρεῖ τὸ Πείραιον, ἔρημον εὑρὼν φυλακῆς, καί τά τε ἄλλα τὰ ἐνόντα λαμβάνει, καὶ τὰ τείχη ἃ ἐνετετείχιςο, *non ſolum ea quae intus erant capit, ſed etiam moenia quibus cinctus erat.* Id. Hiſt. Gr. 2, 3. 6. Λύσανδρος δὲ τοῖς ἀρχαίοις πολίταις παραδοὺς τὴν πόλιν, καὶ τὰ ἐνόντα πάντα, *Lyſander ciuibus priſtinis oppido et vniuerſis in eo rebus traditis.* His in locis τὰ ἐνόντα dicuntur quaecunque intra vrbium munimenta ſunt, et diſtinguuntur a locis et muris ipſis, vt h. l. ea, quae in poculis et patinis ſunt, a patinis et poculis ipſis. Significari autem h. l. per τὰ ἐνόντα ea, quae poculis patiniſque inſunt, cibum et potum, ſat luculenter oſtendunt verba quae leguntur Matthaei loco parallelo 23, 26. καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος. Iam plures interpretes, qui hanc vocis τὰ ἐνόντα ſignificationem admittunt, verba reddunt: *quin potius* (πλὴν) *ex iis quae poculis patiniſque inſunt, beneficia in alios conferte, et omnia* (τὰ πάντα referunt vel ad cibos tantum, vel ad externa et interna, ad vaſa et cibos)

vobis pura erunt; atque his verbis fuadere voluiffe Iefum Pharifaeis, opinantur, vt ferio poenitentiam agerent, et per iniuriam aliis erepta, quantum fieri poffet, reftituerent, vel beneficentia in egenos rapinas quodammodo penfarent. Verum de poenitentia ferio acta h. l. nihil legitur, neque de reddendo improbe parto; dixiffet ergo Iefus, cum neque animi emendationis neque reftitutionis iniufte partorum mentionem fecerit, fraudulentum, iniuftum, qui tantum pauperibus ftipem daret, etfi animum non emendaret, neque minus bene quaefita et comparata redderet, poffe Deo placere. Haec vero non erat Iefu, fed Pharifaeorum peruerfa doctrina. Pharifaei ftipem pauperibus dabant, vt vanam gloriam aucuparentur, et quoniam putabant, fcelera liberalitate poffe expiari, parum autem folliciti erant de vita in melius mutanda. v. *Lightfootus* ad Matth. 6, 2. et ad h. l. Itaque adftipulor *Drufio, Erasmo, Lightfooto, Paulo, Eckermano,* ftatuentibus, Iefum h. l. legem, quam fibi Pharifaei fcriberent, per ironiam repetiiffe, verba vero ipfa ita reddenda puto: *Sed, attamen,* (πλὴν vid. ad Matth. 26, 39.) *adiuuate modo iis quae infunt* poculis patinisque veftris *pauperes,* ftipem date pauperibus, *tunc omnia vobis,* ex opinione veftra, *pura funt.* Series orationis haec eft: de fupellectilis munditie vos quidem multum laboratis, fed nihil vos mouet, victum veftrum quotidianum improbitate atque rapinis effe comparatum. Infipidi, qui pocula patinasque purgat, non item purgat cibum ipfum iniufte partum ac Deo probatur, ficuti nec is, qui lotis manibus cibum capit, propterea Deo probatur: v. Matth. 15, 2. Attamen date modo ftipem pauperibus, tunc ex veftra opinione parum folliciti effe poteftis de victu iniufte comparato, tunc vobis omnia pura funt. Ingeniofa eft, neque tamen neceffaria verborum πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην interpretatio, quam *Eichhornius* propofuit in *Einleitung* Th. 1. p. 603. vertit: curate, vt quae infint poculis patinisque, munda, non iniufte comparata fint. Nempe opinatur

in eo libro, e quo Lucas haec praecepta Christi hauserit, extitisse חֲנוּ זְכָה, haec verba interpretem Graecum minus recte expressisse δότε ἐλεημοσύνην (notat, voc. זכאה in lingua Arab. significare *stipem*) cum potius exprimenda fuissent καθαρὰ ποιεῖτε, vel, καθαρίζετε; coll. Matth. 23, 26. Caeterum ἐλεημοσύνη, vt Hebr. צדקה Dan. 4, 24. h. l. indicat *stipem*, *id ipsum quod pauperibus datur*, vt Sir. 29, 12. Act. 3, 2. 10, 2. 4.

43. At enimuero vos vehementer erratis, opinantes, vos externam liberalitatis ac pietatis speciem prae vobis ferentes, a vera autem liberalitate atque pietate alienos, Deo posse probari. Huius simulatae pietatis exemplum aliud v. 42. affertur. ἀλλ' οὐαὶ ὑμῖν κ. τ. λ. vid. not. ad Matth. 23, 23. πήγανον, *ruta*, Raute Plin. H. N. 29, 9. παρέρχεσθαι, *negligere*, *violare*, Hebr. עָבַר Ier. 34, 18. Deut. 26, 13. 2 Chron. 24, 10. Ps. 148, 6. Iudith. 11, 10. infra 15, 29. vbi v. *Kypkius*. τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, v. supra 10, 27. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι, *haec facere vos decet*, *illa non omittere*, sic probaretis, vos vera pietate in Deum ductos, non simulate, adeo religiose sacerdotibus decimas omnium frugum dare.

43. 44. Vid. Matth. 23, 6. 7. Verba γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ in pluribus optimae notae codd. et verss. desunt, in aliis deest vocabulum ὑποκριταί. Scilicet petita sunt haec verba a grammaticis e Matth. loco parallelo 23, 27. vnde rectissime ea ex ordine eiecit *Griesbachius*. τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, *sepulcra non conspicua*, *occulta*, sunt sepulcra calce non signata, monumenta non dealbata. vid. ad Matth. l. c. Diuersa est quidem similitudo quae ibi legitur, ab ea, quae h. l. proposita extat, sed vtraque eadem sententia exprimitur; Lucas verba Christi ita reddidit, vt ea sibi notarat is, quem h.

l. auctorem et ducem fecutus eft. *καὶ ἐπάνω* pro *ἐπάνω ὤν*, vid. 1, 49. 66.

45. *Νομικοὺς* diuerfos fuiffe a *γραμματεῦσι*, haud pauci interpretes ftatuunt, de discrimine autem ipfo discrepant. *Camero* in notis ad h. l. putat, *γραμματεῖς* fuiffe doctores legum diuinarum publicos, qui publice in fynagogis leges diuinas interpretati effent, *νομικοὺς* vero, fiue *νομοδιδασκάλους* fuiffe doctores legum diuinarum priuatos. Sed haec ratio antiquitatis auctoritate caret. Aliis *γραμματεῖς* funt legisperiti e fecta Pharifaeorum, contra vero *νομικοὶ* et *νομοδιδάσκαλοι* legisperiti e fecta Sadducaeorum, cum h. l. *νομικοὶ* difertis verbis diftinguantur a *γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις* v. 44. quae tamen verba, vt paulo ante vidimus, diuerfarum familiarum codd. praeftantiffimi omittunt. Alias aliorum fententias collegerunt *Wolfius* in Curis et *Koecherus* in Analect. ad h. l. Equidem arbitror vocabulis *γραμματεῖς*, *νομικοὶ*, *νομοδιδάσκαλοι*, Hebr. סופרים omnino notari legisperitos, fectae Pharifaeorum vel Sadducaeorum addictos, atque adeo haec vocabula effe idem valentia. Etenim legisperitus e fecta Sadducaeorum, qui Matth. 22, 34. *νομικὸς* dicitur, a Marco 12, 28. vocatur *γραμματεύς*· de vtriusque fectae doctoribus Matth. 2, 4. adhibitum extat nomen *γραμματεῖς*, et Luc. 5, 17. memorantur *νομοδιδάσκαλοι καὶ Φαρισαῖοι*, *legisperiti iidemque Pharifaei*, (nam in hac formula particula *καὶ* eft explicantis, et accuratius definientis, quinam legis doctores intelligendi fint) qui v. 21. dicuntur *γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι*. add. Luc. 5, 17. Iam quod hunc noftrum locum attinet, *νομικὸν*, qui h. l. loquens inducitur, Sadducaeum fuiffe, *Paulus*, aliique autumant, eum vero Pharifaeum fuiffe, mihi quidem perfuafiffimum eft. Etenim quae Iefus hactenus dixerat, fpectarant vnice Pharifaeos, et doctores Iudaicos, qui fectae Pharifaeorum placita probabant v. 39. 41. 42. 43. coll. Matth. 15, 3. 23, 23. 6 fqq. ibique notata.

Ea quae Iesus v. 46 sqq. legisperito conquerenti de iniuria sibi collegisque illata respondit, etiam inprimis legis doctores e secta Pharisaeorum spectabant, coll. Matth. 23, 2 sq. Vsus autem est Iesus v. 46. generaliori nomine סופרים, νομικοὶ, non dixit ὑμῖν τοῖς νομικοῖς καὶ Φαρισαίοις οὐαὶ, quoniam, vt iam notauimus, omnis ipsius oratio Pharisaeorum mores perstringebat, et quoniam non nisi Pharisaei praesentes erant, nam v. 53. legitur: ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, quibus verbis, vt videtur, accuratius constituitur, quinam praesentes fuerint, nempe *legisperiti* iidemque *Pharisaei*. Quodsi vero etiam vel maxime concedamus, Sadducaeos conuiuio interfuisse, quod tamen nullo idoneo argumento comprobari potest, parum tamen probabile est, Sadducaeum, Iesum contra Pharisaeos declamantem interpellasse, et pro his pugnasse, Pharisaeos autem, qui toties praefracta fronte sese Iesu opposuerint, criminationes ipsius audiuisse tacitos, vid. v. 53. et Iesum ad interlocutionem Sadducaei: διδάσκαλε ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις, ita respondisse, vt Pharisaeorum mores (vid. v. 46. coll. Matth. 23, 2.) perstringere pergeret. Quae cum ita sint, palam esse arbitramur, νομικὸν illum, qui v. 45. loquens inducitur, fuisse *legisperitum e secta Pharisaeorum*. Hic νομικὸς audiuerat tacitus Iesum generatim Pharisaeorum, τῶν Φαρισαίων, placita et mores castigantem; cum vero Iesus etiam ipsos legisperitos e secta Pharisaeorum, τοὺς γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους reprehendere instituisset, eosque comparasset cum sepulcris non conspicuis v. 43. 44. magis exacerbatus νομικὸς, in haec tandem erumpebat verba: διδάσκαλε ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις, *magister talia loquendo inprimis* (καὶ) *nos contumelia afficis*: non tam eos vituperas et contumelia afficis, qui placita Pharisaeorum probant atque sequuntur, qui sectae eorum addicti sunt, quam potius nos doctores Pharisaeorum, qui praecepta illa, quae tu vituperas, damus, coll. v. 46.

46. *καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαὶ, vaeh maxime vobis legis doctoribus.* Neque h. l. καὶ est simpliciter copulantis, sed emphatice positum, vt Apoc. 1, 7. *καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν*, vbi *καὶ* non esse copulam, ex eo intelligitur, quod antea omnium hominum ibi mentio facta est, ficuti et h. l. in antecedentibus v. 39. 42. generatim Iesus Pharisaeos nominauerat. *προςψαύειν, attingere*, Matth. 23, 4. legitur, *δακτύλῳ κινεῖν*. Hesychius: *ψαύειν, θιγγάνειν.* vid. *Abreschius* Annot. p. 584. Quod reliqua verba attinet, cf. not. ad Matth. l. c.

47. 48. Vid. Matth. 23, 29 sqq. Locus obscurus et ab interpretibus diuerse expositus. *Storrius* in Opusc. Vol. 3. p. 74 ss. alii, formulam *οἰκοδομεῖν τὰ μνημεῖα*, *sepulcra exstruere, parare*, ambigue vsurpatam existimant, hoc modo: *vos*, qui maioribus vestris meliores videmini, *paratis sepulcra prophetis* aequalibus, vestrorum temporum (Luc. 11, 49.), *illi vero prophetas* suae aetatis *trucidarunt. Sic laudatis et approbatis maiorum facta, nam illi interfecerunt prophetas* illorum temporum, *vos prophetis* horum temporum *sepulcra praeparatis.* Accipiunt ergo hi interpretes pronomen *αὐτοὺς* v. 47. alio sensu positum, quam nomen *τῶν προφητῶν*, nec *eosdem* vtrobique v. 47. et 48. prophetas intelligunt. Laudant ad hanc interpretationem confirmandam 1 Tim. 2, 14. vbi nomen *γυναικὸς*, *Euam*, sed relatiuum pronomen, quod in verbo *σωθήσεν* lateat, *aliorum temporum*, aequales mulieres significet; et Iob. 17, 1. vbi *sepulcrum ei est*, idem sit quod, *mors ei imminet.* Alii verba Christi ita interpretantur: *vos reficitis sepulcra illorum prophetarum, quos maiores vestri* (*δὲ* positum existimant pro *οὓς*, cum ו in ואבותיכם idem esse possit quod אשׁר, *οὓς*, reddi vero etiam possit per *δὲ*, v. *Lud. de Dieu* ad h. l.) *trucidarunt. Sic laudatis et probatis maiorum facta*, dum ea memoriae traditis, *nam illi prophetas trucidarunt, et vos interfectis monumenta exstruitis. Paulus* in *Krit. Kommentar.* ad h.

l. ſenſum verborum Chriſti hunc in modum conſtituit: *Vaeh vobis*, qui patribus meliores videri vultis. *Sane*, reficientes prophetarum ſepulcra (ἔργοις re ipſa) *teſtimonium perhibetis de maiorum improbitate*, *attamen* (καὶ Ioh. 1, 11. 32. 5, 40. 10, 25. v. *Heumanus* ad h. l.) quod animum veſtrum attinet, *facinora* (ἔργοις) *illorum probatis*; (teſtimonium de eorum improbitate perhibetis) *quoniam illi prophetas trucidarunt*, *vos vero prophetarum monumenta reficitis*. Vocabulum ἔργοις *Paulus* tam ad μαρτυρεῖτε quam ad συνευδοκεῖτε refert, et diuerſo ſenſu poſitum putat; verbum μαρτυρεῖτε explicari notat verbis: ὅτι τοὶ μὲν κ. τ. λ. deeſſe vero ſuſpicatur vlteriorem explicationem τοῦ συνευδοκεῖτε, eam continere Matth. 23, 32. verba: καὶ πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. Equidem fateor, has interpretationes omnes duras atque contortas mihi videri. In antecedentibus ſermo erat de ſimulata pietate, animique peruerſitate legis doctorum e ſecta Phariſaeorum, de ea etiam h. l. ſermo eſt, et vox Chriſti hoc ſonat: vos ſimulatis aduerſus prophetas et viros ſanctos pietatem atque reuerentiam, et improbare videri vultis maiorum impietatem, qui illos trucidarunt, dum reficitis (οἰκοδομεῖν, *inſtaurare*, *reficere*, v. ad Matth. 23, 29.) illorum monumenta. *Sane*, (ἄρα Hebr. אַף, *profecto*, *vtique*, v. *Schleusneri* Lex. ſub h. v.) *laudatis et approbatis* (μαρτυρεῖν τινι *laudare*, *probare aliquem* id. qd. συνευδοκεῖν, v. ad Luc. 4, 22.) *maiorum facinora*, eſtis ſimulatores peſſimi, et plane ita animati vt maiores veſtri erant, (accuratius hoc demonſtratur v. 49 ſqq.) *quamquam* (ὅτι vt Hebr. כִּי Gen. 8, 21. Ioh. 8, 45. v. *Noldius* in Concordd. Particc. *Schleusneri* Lex. h. v. et not. ad Matth. 11, 25.) *illi quidem eos trucidarunt*, *vos vero eorum monumenta inſtauratis*. Haec interpretatio reliquis ſupra prolatis ſimplicior eſt, eaque admiſſa ſingula verba vſitatam ſignificationem retinent, neque repugnat ei contextus, nec locus parallelus Matth. 23, 29. vbi tamen clarius et vberius ſententia Chriſti expoſita legitur, quam

notarat auctor gnomologiae, v. ad 9, 51. et Prolegg.) quem Lucas secutus est.

49. Vid. Matth. 23, 34. et not. ad v. 35. p. 639. Matthaeus ibi v. 34. loco σοφίας τοῦ Θεοῦ, cuius Lucas h. l. meminit, habet ἐγώ, et Iesum loquentem inducit Nempe *Sapientia Dei* est id. qd. Deus sapientissimus, vt aliis in locis *Dei potentia* pro Deus potens occurrit. Deus sapientissimus, qui et vos vestramque simulatam pietatem probe nouit, per me, me interprete sic loquitur. Fauet huic interpretationi locus 1 Cor. 1, 30. vbi Christus dicitur σοφία ἀπὸ Θεοῦ· et Act. 8, 10. vbi legitur: οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη, *per eum se exserit potentia numinis summi.* add. Matth. 26, 64. διὰ τοῦτο h. l. cum antecedentibus ita coniungi posse puto: *quapropter*, quoniam vos ita animati estis, vt maiores vestri, eueniet etiam, quod Deus sapientissimus per me denuntiat.

50 sq. ἵνα vt ὅπως Matth. 23, 35. euentum indicat. ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα, *vt adeo caedis vindicta de vobis sumatur*, respondet haec formula Hebraeorum בִּקֵּשׁ אֶת־דָּם מִיַּד 2 Sam. 4, 11. add. Ez. 3, 18. 20. ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης pendet ab ἐκζητηθῇ coll. v. 51. extr. οἴκου scl. Θεοῦ, *templi*, vt בַּיִת legitur 1 Sam. 1, 7. al. cf. omnino Matth. 23, 35. vbi pro οἶκος est ναός.

52. Matth. 23, 13. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, *abstulistis clauem cognitionis verae*; γνῶσις est h. l. doctrinae diuinae, doctrinae christianae scientia (quo sensu saepius in N. T. libris hoc vocabulum legitur); nam v. 49. Iesus verba fecerat de religionis suae doctoribus, et Matth. l. c. memoratur βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Verbum αἴρειν, vt Hebr. נָשָׂא, Leuit. 10, 4. 5. Mich. 2, 2. notat, *auferre, eripere, priuare*, vt Luc. 6, 29. 30. 11, 22. Ioh. 10, 18. et h. l. Sed *auferre, eripere clauem doctrinae diuinae*, tropice dictum est pro, priuare doctri-

na diuina eiusque cognitione, impedire quo minus alter ad eam perueniat. Comparatur autem h. l. doctrinae christianae cognitio cum aedificio occluso et inaccesso, fraudibus et improbitate legis doctorum, vt Matth. 7, 13. felicitas in regno Messiano exspectanda, cum arce componitur. Sensus igitur est: vos simulatores pessimi errores spargentes, et meam doctrinam eleuantes, dictis et factis a cognitione doctrinae diuinae alios abalienare studetis; ipsi eam amplecti non vultis, et alios etiam doctrinae meae cupidos ea priuare studetis. Commendat hanc verborum Christi interpretationem locus parallelus Matth. 23, 13.

53. 54. ἤρξαντο δεινῶς ἐνέχειν, *grauiter ei succensebant*; ἤρξαντο redundat, v. Matth. 4, 17. vt de verbo ἐνέχειν not. ad Marc. 6, 19. ἀποστοματίζειν verbum de schola sumtum, significat: *promte et memoriter aliquid recitare, ore, non scripto proferre*, ἀπὸ μνήμης λέγειν, vt interpretatus est illud Timaeus in Lex. Platon. vbi vid. *Ruknkenius*. Suidas: ἀποστοματίζειν, ἀπὸ μνήμης λέγειν, καὶ ἀπὸ στόματος ἄνευ γραμμάτων. cf. et *Wetstenius* ad h. l. Ponitur vero etiam transitiue, ita, vt notet, *responsa elicere ex aliquo, memoriter recitare iubere*, atque sit idem quod ἀποστομίζειν quod verbum Hesychius explicat: ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν. Sic vtrumque verbum legitur ap. Platon. Euthydem. p. 216. G. τί δὲ, ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστομιζόμενα; ib. p. 217. A. ὅταν οὖν τις ἀποστοματίζῃ ὁτιοῦν, οὐ γράμματα ἀποστοματίζει; ὡμολόγει· οὔκουν ὧν τι σὺ ἐπίστασαι, ἔφη, ἀποστοματίζει κ. τ. λ. Pollux 2, 102. ἀποστοματίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας Πλάτων που λέγει, ἤγουν ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος. Suidas: καὶ ἀποστοματίζειν φασὶ τὸν διδάσκαλον, ὅταν κελεύει τὸν παῖδα λέγειν ἅττα ἀπὸ στόματος. Sic h. l. ἀποστοματίζειν est: *quaestionibus variis et multis exercere aliquem, et ad respondendum prolicere.* Exigebant ergo

Pharifaei Iefum, vt promte et fine praeuia meditatione ad plures captiofas quaeftiones refponderet, vt ex ore eius aliquid minus confiderate dictum elicerent, et haberent, cuius eum accufarent. In quibusdam libris legitur ἀποςομίζειν, puto librariorum negligentia. Vulgatus vertit: *os eius opprimere, de multis infidiantes ei*, fed hoc eft potius ἐπιςομίζειν, et ita libri nonnulli legunt, quae tamen lectio nulla ratione huic loco conueniens eft. ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, *infidias ei ftruebant*, np. captiofas quaeftiones proponendo. Iungitur verbum ἐνεδρεύειν fere datiuo, paffim tamen etiam accufatiuo. v. *Weffelingius* ad Diod. Sic. 19, 69. ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ ςόματος αὐτοῦ, *cupientes aliquid ex ore eius captare*: particulam καὶ ante ζητοῦντες, quae facilius potuit addi quam omitti, auctoritate plurimorum codd. fustulerunt *Griesbachius* et *Matthaeius*.

CAPVT XII.

1 — 4. Ἐν οἷς inter haec, interea. ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου] *cum confluxiffent multa hominum millia*. μύριας, *decem millia*, vt Hebr. רְבָבוֹת ponitur pro quocunque numero magno et indefinito vt Deut. 32, 30. Iudith. 16, 3. Luc. 21, 20. ὥςε καταπατεῖν ἀλλήλους, *vt fe inuicem paene conculcarent*, locutio hyperbolica, pro, fe inuicem premebant. ἤρξατο λέγειν — αὐτοῦ] *difcipulos fuos ita allocutus eft*. Finita igitur coena, et finita disputatione cum Pharifaeis, vt difertis verbis Lucas tradidit, Iefus e domo egreffus, orationem quae fequitur, ad difcipulos, futuros religionis doctores

habuit. Plures quidem fententiae, quas haec Chrifti oratio continet, a Matthaeo 10, 26 fqq. tanquam alio tempore a Chrifto propofitae afferuntur, fed Matthaeus ibi, vt faepius, argumenti potius, quam temporis rationem habuit, et variis temporibus dicta ob argumenti fimilitudinem coniunxit. v. Argum. Matth. c. 10. πρῶτον, *ante omnia*, *inprimis*, Matth. 6, 33. πρῶτον πάντων, 1 Tim. 2, 1. Sine omni idonea ratione nonnulli interpp. πρῶτον ad antecedentia referunt, hoc fenfu: Iefus difcipulos ante omnia ita admonuit. ζύμη, *fermentum*, metaphorice adhibetur *de doctrina falfa* Matth. 16, 6. *de animi indole praua*, vid. not. ad Marc. 8, 15. fpeciatim h. l. *de fimulatione*, *moribus perfonatis* Pharifaeorum, ita enim h. l. explicatur addito nomine ὑπόκρισις. Senfum et cohaerentiam fententiarum, quas v. 1 — 3. continent, interpretes haud pauci hunc in modum conftituunt: cavete vobis a fimulata pietate Pharifaeorum; vt in vita communi res etiam cummaxime occultae in notitiam hominum veniunt, ita etiam errores et fcelera, fimulatione occultata, tandem in notitiam hominum veniunt, nil ergo proderit fimulando fcelera occultaffe. Si vel maxime clam, in occulto, intra priuatos parietes, improbitati et fceleribus indulgeatis, palam vero et extrinfecus probitatis fpeciem prae vobis feratis, tamen fcelera illa clandeftina in omnium notitiam venient. Verfu 4 fqq. aliam praeceptionem legi, de doctrina chriftiana conftanter profitenda, et fiducia in Deo reponenda, iidem interpretes monent. Huic vero interpretationi repugnat locus parallelus Matth. 10, 26 fqq. qui idem docet, h. l. v. 4. accurate cum iis quae praecefferunt, cohaerere. Scilicet Iefus, qui iam alio tempore (vid. Matth. 16, 6.) difcipulos admonuerat, vt fibi cauerent a Pharifaeorum doctrina falfa, nec ab iis eo fe adduci paterentur, vt ipfum pro quouis alio, quam pro legato divino atque Meffia haberent, h. l. data occafione, eos a Pharifaeorum fimulatione dehortari, eorum animos con-

firmare, eosque excitare voluit, vt conſtanter et ſine trepidatione doctrinam ſum profiterentur et propagarent. Phariſaei metuentes populum Matth. 21, 46. al. cum Ieſu coram agentes, ſimulabant aduerſus eum amicitiam et reuerentiam, blandis eum compellabant verbis, eiusque doctrinam admirabantur et praedicabant, v. Matth. 22, 16. attamen maxime infenſo erga eum erant animo, eum non pro legato diuino habebant, doctrinae ipſius propagationem omni modo impedire, aliosque ab eo abalienare ſtudebant. Verbis igitur *προςέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἥτις ἐςὶν ὑπόκρισις, nolite mores perſonatos, ſimulationem Phariſaeorum imitari*, quibus Ieſus diſcipulos ſuos, futuros religionis ſuae doctores, tunc temporis praeſentes, alloquebatur, exprimere volebat ſententiam hanc: nolite more Phariſaeorum amicitiam et reuerentiam erga me ſimulare, eſtote potius amici mei certi ac fideles, et conſtantes doctrinae meae praecones. Vtebatur porro Ieſus prouerbio ſatis trito (v. Luc. 8, 17. Matth. 10, 26.) hoc: *οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐςὶν κ. τ. λ. nihil tectum eſt, quod non tandem retegatur, nihil occultum, quod non tandem reperiatur*, cuius prouerbii in hac orationis ſerie ſenſus eſt: veritas non poteſt opprimi; etiamſi Phariſaei eorumque aſſeclae doctrinam coeleſtem opprimere, eiusque propagationem impedire ſtudeant, eius tamen veritas atque praeſtantia agnoſcetur. Hoc prouerbio allato ita pergebat v. 3, 4. *Quare, quae in tenebris* (i. clam, priuatim) hactenus *docuiſtis*, in poſterum *in aprico audiri debent, et quae aliis* hactenus *in aurem dixiſtis in coenaculis*, (de voce *ταμεῖον* ſ. *ταμιεῖον* v. not. ad Matth. 6, 6.) in poſterum *de tectis*, (palam, publice v. 8. 9.) *tradi debent* (v. *Glaſſius* p. 199 ſq.), doctrinam meam vlterius propagate, coll. Matth. 10, 27. *Et vos, qui amici mei eſtis et eſſe vultis, fidi ac certi*, (Ioh. 15, 16.) qui non *ἀπὸ τῆς γλώττης φίλοι*, vt Phariſaei, qui non tantum amicorum meorum ſpeciem prae vobis fertis, *vos cohortor, vt intrepide et conſtanter, publice, doctrinam meam profiteamini*

ac defendatis (*v.* 8. 9.) *nec metu hominum permoti eam opprimatis.* Ita mihi hic locus explicandus esse videtur; an mentem Christi assecutus sim, aliorum iudicium est. *καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι*] *nihil amplius posthaec mali vobis inferre possunt:* *ἔχειν*, *posse*, v. Matth. 18, 24.

5—9. Vid. not. ad Matth. 10, 28—32.

10—12. Quae h. l. v. 10. leguntur, ea Christus haud dubie alio tempore dixit, v. not. ad Matth. 12, 32. etiam ea, quae v. 11. et 12. notata reperiuntur, non tunc temporis, praesente populi multitudine, sed alio tempore priuatim Iesus discipulis dixisse videtur. cf. not. ad Matth. 10, 17 sqq. et ad Luc. 21, 15.

13 sq. Iesum in docendis discipulis occupatum, interpellabat homo quidam e turba, *magister*, inquiens, *iube fratrem meum mecum haereditatem partiri.* Homo ille, et frater ipsius, e numero sectatorum Iesu fuisse videntur, hinc ille sperabat, magistri dicto et auctoritati facile obsecuturum esse fratrem. Sed Iesus respondebat: *ἄνθρωπε τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς*] *quis, quaeso, me vobis iudicem, aut arbitrum ad bona inter vos diuidenda constituit?* non est meum lites forenses dirimere, non propterea missus sum vt priuatorum controuersias componerem. *Iudex* ne sederet, recusabat Iesus; nolebat enim suo exemplo omnia iura euertere, magistratus auctoritatem minuere, ac potestatem sibi arrogare, quae in ipsum, hominem priuatum, non caderet. Denegabat vero etiam *arbitri* munus in se suscipere, quoniam alius aeque bene hoc munere perfungi poterat, et quoniam exiguum quod ipsi restaret vitae tempus, non expendendis priuatorum controuersiis insumendum, sed grauioribus rebus impendendum erat. *μεριστὴς* est, *Grotio* interprete, qui familiae herciscundae, communi diuidundo, aut finibus regundis, arbiter sumitur.

15. Poftquam declinarat Iefus preces hominis, qui ipfius auxilium implorarat ad obtinenda ea, quae ipfi debebantur, fectatores fuos praefente homine illo, cuius fortaffis et ipfe frater aderat, dehortabatur ab amore habendi, et nimia rerum terrenarum cura, eosque excitabat ad ftudium rerum diuinarum, bonorumque coeleftium. *πλεονεξία*, *inhoneftum lucri ftudium*, *amor habendi*. Ouid. Faft. 1, 195. vbi v. *Burm.* Xen. Mem. 1, 6. 12. *δίκαιος μὲν ἂν εἴης, ὅτι οὐκ ἐξαπατᾷς ἐπὶ πλεονεξίᾳ*. add. Ael. H. 3, 16. 2 Cor. 9, 5. Eph. 4, 19. al. Pro *ἀπὸ τῆς* multi iidemque praeftantiffimi libri exhibent *ἀπὸ πάσης*, quae lectio omnino praeferenda videtur. *ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν κ. τ. λ.*] vario modo haec verba explicuerunt interpretes. v. *Beza*, *Wolfius*, *Kypkius* ad h. l. Nonnulli ad *ἐστιν* fubintelligunt *τι*, vertunt: *vita non eft pars opum illarum, quibus aliquis abundat*, et hunc his verbis fubftituunt fenfum: etiamfi multas obtineas opes, propterea tamen non eft tibi vita diuturna, *du bift im Befitz des Lebens felbft um nichts ficherer.* Alii verba textus ita ordinanda effe praecipiunt: *ὅτι οὐ τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῷ περισσεύειν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ*, vt adeo infinitiuus *περισσεύειν* vim obtineat fubftantiui, et *ἐκ τῶν ὑπαρχόντων* pofitum fit pro *τῶν ὑπαρχόντων*, vertunt: *nemini vita fua eft in abundantia facultatis.* Has vero interpretandi rationes contortas effe atque coactas, vel me non monente, nemo non intelliget. Haud pauci interpretes vocabulo *ζωὴ* recte quidem *felicitatis* notionem tribuunt, fed minus recte hanc fententiam verbis ineffe putant: felicitas illa, quae ex opibus obtinetur, non in fola multarum diuitiarum poffeffione, fed legitimo earum vfu confiftit; quae tamen fententia non cohaeret cum parabola, quam verfus fequentes continent, neque his ipfis verbis ineft. Alii cum codicibus nonnullis pro *ἡ ζωὴ αὐτοῦ* legunt *αὐτῷ*. Male ac perperam. Repetitio enim pronominis *αὐτοῦ* eft Hebraifmus in libris N. T. frequenter recurrens, fed ad euitandam hanc redundan-

tiam, et quoniam praecessit τινὶ, librarii αὐτοῦ mutarunt in αὐτῷ. Equidem arbitror ἐν τῷ περισσεύειν τινι, vt Hebr. בהותר לאיש explicandum esse, *cum abunde est alicui;* particulam οὐκ refero ad verbum ἐςὶ, et hoc coniungendum puto cum verbis ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ i. *non pendet ab opibus*, Rom. 11, 36. ἐξ αὐτοῦ πάντα, *ab ipso omnia pendent*, vbi v. interpp. vt adeo verba iuncta hunc in modum sint exprimenda: *cum abunde alicui est, cum aliquis diuitiis abundat, tamen felicitas eius a diuitiis minime pendet;* vt vere felix sis diuitiarum affluentia non opus est. Hanc interpretationem non tam postulant, quam potius flagitant ea quae v. 21. et 31. leguntur. Sententia autem parabola, quae sequitur, expressa, haec est: diuitiae sunt incertae et periturae, nec ipsa vita fortunati, in diuitiis spem suam atque fiduciam ponentis, diuturna est; soli sunt diuites atque beati, qui virtutis studio, bonis coelestibus perpetuo duraturis dignos se reddunt.

16. ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα] *cum hominis cuiusdam diuitis agri vberrimos fructus tulissent.* πλούσιος h. l. vt contextus docet, est diués, qui spem fiduciamque suam in diuitiis ponit et collocat, qui iis abstrahitur a virtutis studio, iis abutitur, et vitam luxuriosam viuit, coll. v. 19. 21. add. not. ad Luc. 6, 24. εὐφορεῖν de vbere frugum agrestium prouentu adhibetur, vt ap. Ioseph. B. I. 2, 43. vnde et nomen εὐφορία, *fertilitatem, frugum vbertatem* notat. Ael. H. V. 2, 17. Philo de vit. Mos. T. 2. p. 162. 21. Pollux 1, 51. εὐφορία — εὐκαρπία, πολυκαρπία. v. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. χώρα in hac orationis serie est *ager, rus*, id. qd. ἀγρὸς, Hesychio interprete, vt Luc. 21, 21. coll. Matth. 24, 18. Hoc eodem sensu etiam V. T. interpretes Graeci vocabulum χώρα vsurparunt. Nam Gen. 24, 6. Hebr. בשדה Aquila expressit ἐν χώρᾳ· sed Symmachus ἐν ἀγρῷ· et Exod. 23, 11. verba: חית השדה

Aquila vertit: τὰ ζῶα τῆς χώρας. Neque tamen hic vocabuli vſus inſolens fuit optimae notae ſcriptoribus Graecis, vt pluribus exemplis docuerunt *Graeuius* Lectt. Heſiodd. c. 8. et *Kypkius* ad h. l. quibus add. Xen. Oecon. 4, 16. vbi legitur formula κατασκευάζειν τὴν χώραν. Mem. 3, 6. 11. vbi τὰ ἐκ τῆς χώρας ſunt *fructus agri*. ib. ſegm. 13. ἱκανός ἐϛιν ὁ ἐκ τῆς χώρας γιγνόμενος σῖτος διατρέφειν τὴν πόλιν. Hier. 10, 5. τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἐργάταις. — οὐκ ἔχω ſcl. τόπον.

18. καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας] *deſtruam granaria mea*: ἀποθῆκαι erant cauernae ſubterraneae. vid. ad Matth. 3, 12. γεννήματα ſunt *prouentus agrorum*, *frumenta*, quas Atticorum lingua dixit καρποὺς, et ita legitur in verſione Alexandrina ad exprimendum Hebraicum תְּבוּאָה Exod. 23, 10. Deut. 22, 9. et פְּרִי Deut. 26, 10. al. eodemque ſenſu in libris recentioris Graecitatis auctorum occurrit. v. *Raphelius* Obſſ. Polybb. ad h. l. et *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. N. T. p. 708 ſq. καὶ τὰ ἀγαθά μου, *et bona mea*, *fruges meas*, τὰ ἀγαθὰ, vt Lat. *bona*, dicuntur *opes*, *omnia quae ſunt ad victum et cultum neceſſaria*, ſpeciatim, vt h. l. *bona*, *quae terra gignit*, *fruges*. Suidas: ἀγαθὰ ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν. Xen. Cyr. 4, 4. 4. χώρα μεϛὴ οἴων — καὶ σίτου, καὶ πάντων ἀγαθῶν. ib. 4, 4. 5. χώρα ἐρήμη ἀνθρώπων — καὶ ἀγαθῶν. Anab. 3, 1. 13. τῶν ἀγαθῶν οὐδενὸς — εἰ μὴ πριαίμεθα. Eodem modo Hebraei vſi ſunt vocabulo טוּב. vid. Esdr. 9, 12. coll. v. 3. 8, 85.

19. καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου] *tunc mihi dicam*: ψυχὴ h. l. obtinet vim pronominis, vt ſaepius. Fruſtra igitur laborarunt *H. Stephanus* in Lampade Gruteriana T. 5. p. 3 ſq. *Kypkius* ad h. l. alii, diligentius disquirentes, quomodo homo iſte, non corpus, ſed animum ad edendum bibendumque excitare potuerit. ἔχεις πολλὰ ἀγα-

θὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ] *possides multa bona*, magnam frugum omnis generis copiam, *in multos annos reposita*, in plurium annorum vsum sufficectura. Xen. Oec. 7, 16. εἰς ἐνιαυτὸν κειμένη δαπάνη, *victus in annum repositus.* v. *Kypkius* ad h. l. ἀναπαύου, *quiesce*, *otiare*, post exantlatos labores. Verbum ἀναπαύειν respondet Hebr. נוח cui opponitur יגע, κοπιᾶν. Thren. 5, 5. vbi οἱ ό habent: ἐκοπιάσαμεν, οὐκ ἀνεπαύθημεν. Caeterum similes sententiae leguntur ap. Sir. 11, 19. ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτὸν, εὗρον ἀνάπαυσιν, καὶ νῦν φάγωμαι ἐκ τῶν ἀγαθῶν μου· καὶ οὐκ οἶδε τίς καιρὸς παρελεύσεται, καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις, καὶ ἀποθανεῖται. Tob. 7, 9. φάγε, πίε καὶ ἡδέως γίνου. Plaut. Mil. Glor. 3, 1. 83. *es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine.*

20. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς] *dixit ei Deus.* Ornatus. Deus decreuit vt homo iste insipidus illa nocte moreretur. ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ] *hac nocte vita tua a te repetetur:* ἀπαιτοῦσιν imperfonaliter capiendum atque exprimendum: *repetetur*, vt infra 14. 35. ἔξω βάλλουσιν αὐτό· add. infra v. 48. Luc. 6, 38. *Vorstius* de Hebraism. p. 587 sq. ἀπαιτεῖν, repetere, quod antea nostrum fuit, reposcere commodatum. Sir. 20, 15. σήμερον δανιεῖ, καὶ αὔριον ἀπαιτήσει. Comparatur igitur h. l. vt saepius, vita cum debito, cum bono ad tempus concesso, quod repetitur. Sapient. 15, 8. ἀπαιτεῖν τὸ τῆς ψυχῆς χρέος. v. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Wetstenius* ad h. l. vid. et not. ad Luc. 6, 30. ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσαι;] *opes vero congestae, quem dominum sortientur? cuinam cedent?* moriturus ista non auferes. Propert. 3, 5. 13 sq. *Haud vllas portatis opes Acherontis ad undas Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.* Sil. Ital. 5, 267. *modo quem Fortuna fouendo Congestis opibus donisque refersit opimis Nudum Tartarea portabit nauita cymba.*

21. οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν] *ita eueniet, haec est sors* (οὕτως scl. ἔσαι) *hominis,*

qui fibi bona, caduca et peritura, *congerit*, *neque diues eft apud Deum* i. e. bonis coeleftibus, apud Deum, in coelo, repofitis. ἑαυτῷ eft datiuus commodi, qui redundat. εἰς Θεὸν id. qd. πρὸς Θεὸν, *apud Deum*, i. in coelo. Frequenter enim hae praepofitiones inter fe permutari, et accufatiuis nominum perfonarum ita iungi folent, vt locum indicent, in quo perfona eft. vid. *Fifcheri* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 150 fq. et quos ibi laudauimus, atque not. ad Matth. 26, 57. Formula autem πλουτεῖν εἰς Θεὸν, *diuitem effe* (quae propria eft atque folennis verbi πλουτεῖν fignificatio) *in coelo*, notat: virtutis cuiuscunque ftudio, (a quo animum auocat et abstrahit nimia diuitiarum cura) dignum fe reddere gaudiis propriis atque perpetuis in altera vita exfpectandis, coll. v. 15. 31. et loco parallelo Matth. 6, 20 vbi legitur: θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ. Iam vero fenfus verborum v. 21. ita conftitui debet: talis eft fors hominis, qui opes terrenas fibi congerit, in iisque fpem fuam collocat; fubito moritur, et opes congeftas aliis relinquere cogitur; colligit bona caduca, iis abutitur (v. 19.), in iis fpem fuam et felicitatem vnice ponit, atque ita bonis coeleftibus et fempiternis, ea felicitate, qua in altera vita virtutis ftudiofi perfruuntur, fe ipfum priuat, recipit bona fua his in terris, nec ad eum pertinent regni Meffiani bona, nulla a Deo praemia vitae luxuriofe ac male peractae expectare poteft. v. Luc. 6, 24. Matth. 6, 2. Alii verba noftra hunc in modum vertunt: *talis eft fors hominis, qui fibi tantum opes colligit, neque diuitiis vtitur ita vt Deum refpiciat.* Pronomen ἑαυτῷ emphatice pofitum putant, et fubintelligunt μόνον, qui in colligendis diuitiis fe ipfum tantum refpicit, qui thefauros colligit, quos ipfe tantum abfumat aut recondat; πλουτεῖν explicant, *diuitiis vti*, quo fignificatu legitur ap. Philoftr. Vit. Apollon. 4, 8. ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν, *vti diuitiis ad plebem fuftentandam*; et εἰς Θεὸν interpretantur vel, *Dei refpectu habito* i. vt Deus vult ac poftulat

diuitiis vti; vel *in honorem Dei*, vt εἰς Θεὸν fit id. qd. τῷ Θεῷ diuitiis legitime vti, ad fubleuandam aliorum inopiam. Durior interpretatio, et orationis feriei parum conueniens. Alii aliter, v. *Elsnerus*, *Kypkius*, *Wolfius* et *Koecherus* ad h. l.

22. 23. Quae iam fequuntur, eodem tempore Chriftus difcipulis fuis, futuris religionis doctoribus dixit, quo ea quae proxime praecefferunt. Matthaeus quidem has enuntiationes, quae h. l. inde a v. 22 — 31. leguntur, tanquam alio tempore a Chrifto propofitas attulit, fed v. Commentar. noftr. in Matth. p. 139. et not. ad Matth. 6, 19. 25 fqq. Pronomen ὑμῶν poft ψυχῇ in multis libris deeft, male ac perperam; omiffum eft vel librariorum incuria, quoniam praeceffit ὑμῖν, vel expunctum a fciolo, quoniam neque vocabulo σώματι additum legitur. Pro ἡ ψυχὴ alii libri exhibent ἡ γὰρ ψυχὴ, alii οὐχὶ ἡ ψυχὴ, quae additamenta grammaticorum ftudio verba v. 23. cum iis quae praecefferunt connectendi debentur.

24. τοὺς κόρακας, *coruos*, Matth. 6, 26. generalius vocabulum τὰ πετεινὰ legitur, et hoc quoque loco *corui*, omnino pro auibus quibuscunque memorantur, attamen etiam in V. T. libris, cum Dei praedicatur prouidentia, fpeciatim corui commemorari folent. v. Pf. 149, 9. Iob. 38, 41. accuratius ergo Lucam h. l. verba Chrifti retuliffe opinor. ταμεῖον h. l. eft *cella penuaria*, *promtuarium*, vt ap. Theophraft. Char. 4, 2. vbi v. Ind. *Fifcheri*. Hefychius et Phauorinus: ταμεῖα· ἀπόκρυφα οἰκήματα. Pollux 1, 80. ἀποθῆκαι, ταμεῖα, θησαυροί, φυλακτήρια. In verfione Alexandrina refpondet hoc vocabulum Hebr. אָסָם *horreum*, Deut. 28, 8. et מְזָוִים, *promtuaria*, Pf. 144, 13.

29. μὴ ζητεῖτε, *nolite quaerere*, id. qd. μὴ μεριμνᾶτε v. 22. καὶ μὴ μετεωρίζεσθε] *nec dubitationibus an-*

gamini f. *nec inter fpem metumque fluctuetis*, nempe quod attinet ad vitam veftram tuendam neceffaria; de victu enim et cultu corporis h. l. fermo eft, id quod fat euidenter docent, quae v. 28. leguntur, et verba quae proxime praecedunt: τί φάγητε, ἢ τί πίητε, et quae v. 30. fequuntur: ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν ὅτι χρῄζετε τούτων. Senfus ergo eft: certam fiduciam in diuina prouidentia ponatis, fuppeditabit vobis Deus ad victum et cultum neceffaria. Haec interpretatio, fi quid video, confilio Chrifti, et orationis feriei, et vfui loquendi apprime conueniens eft. Cum vero plures interpretes dubitarint, an verbum μετεωρίζεσθαι vsquam eo fignificatu legatur, quam illi fubftituimus, adeoque alias fignificationes h. l. huic verbo fubiiciendas putarint: quo accuratius interpretationem propofitam confirmemus, age, paulo copiofius de varia vi ac poteftate verbi μετεωρίζεσθαι disputabimus. Scilicet μετέωρον dicitur, *quicquid fublime eft, quicquid in loco alto et edito eft.* Gloff. Vett. μετέωρος, ὑψηλὸς, *fublimis, excelfus.* Diod. Sic. p. 354. D. ἐπίσημον φοινικοῦν μετέωρον, *purpureum fignum in fublime fublatum.* Plutarch. de Puer. Educ. 7, 13. *Heufing.* τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως μέρος, *altiffimus vrbis locus.* Palaeph. 17, 2. ἵππον κατεσκεύασαν ξύλινον, πρὸς μέγεθος μετεωρότερον τῶν πυλῶν, *quod altitudinem attinet, porta altiorem*, fermo ibi eft de equo Troiano. Sir. 22, 18. ἐπὶ μετεώρου fcl. ὄρους, *in monte fublimi*, add. 37, 14. maxime tamen μετέωρον dicitur, *quod in aëre, in coelo eft.* Lex. Cyrill. MS. Brem. μετέωρα· τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι, ὡς ἥλιος οὐρανὸς καὶ αἰθήρ. Hefychius: μετεωρολέσχαι· φλυαροῦντες τὰ περὶ οὐρανῶν μετέωρα, *de meteoris inutiliter garrientes.* Sic Socrates dicebatur μετεώρων φροντιστής, v. Xen. Sympof. 6, 6. ibique *Bachius.* Hinc μετεωρίζειν 1) notat: *humo tollere, in altum erigere;* Paffiuum: *attolli;* Medium: *fe attollere, fe eleuare.* Hefychius: μετεωρίζει· ὑψοῖ. Id. μετεωρηθήσονται· ὑψωθήσονται. Thucyd. 4, 90. καὶ παντὶ τρόπῳ ἐμετεώριζον τὰ ἔρυμα, *muni-*

tionem omni modo attollere conabantur. Sext. Empir. Pyrrh. Hypoth. 1. 14. εἴποτε τραῦμα ἐν ποδὶ σχοίῃ, μετεωρίζει τοῦτον, καὶ ὡς οἷόν τε ἄσκυλτον τηρεῖ, *si quid forte vulnus in pede habuerit, hunc surfum attollit, et quantum potest, dat operam, ne agitetur.* De *auibus, quae in sublime se tollunt,* legitur ap. Ael. H. Anim. 11, 33. ἐπὶ τὸν ταὼν ἦλθεν· ὁ δὲ ἀμφοτέρων αἶξας καὶ ἑαυτὸν τοῖς πτεροῖς, μετεωρίσας, *ad pauonem venit, qui mox ambabus alis in aërem se eleuauit.* add ib. 7, 30. 3, 20. Ezech. 10, 16. καὶ ἐν τῷ ἐξαίρειν τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν τοῦ μετεωρίζεσθαι ἀπὸ τῆς γῆς. Obad. 4. ἐὰν μετεωρισθῇς, ὡς ἀετὸς κ. τ. λ. *De fumo et puluere* Xen. Cyr. 6, 3. 5. καὶ τὰ πρόσω αὖ ἐφορῶντες ἐδόκουν καταμανθάνειν μετεωριζόμενον ἢ καπνὸν, ἢ κονιορτόν. De *vento* Aristoph. Nubb. 403. ἄνεμος ξηρὸς μετεωρισθείς. De *mari, quod intumescit, et fluctus tollit,* Diodor. Sicul. p. 482. C. τῆς θαλάσσης μετεωρισθείσης ἐπὶ πολὺ, καὶ κύματος ὑψηλοῦ ἐξαιρουμένου, *cum mare intumescens fluctus in altum tolleret.* Philo Lib. 2. vit. Mos. p. 661. E. πελάγη μὲν ἀρθέντα, καὶ ποταμοὶ μετεωρισθέντες, *maria tumentia, elatique fluuii.* De *nauibus in alto nauigantibus* Polyaen. Strateg. 4. p. 246. εἰς τὸ πέλαγος μετεωρίζονται, *in altum prouehuntur.* Diod. Sic. p. 448. B. μετεώρων πλεουσῶν αὐτῶν, *cum in medio mari nauigarent.* add. Thucyd. 1, 48. ibique schol. Longus Pastor. 2, 9. p. 186. ed. *Boden.* Etiam de *nauibus, quae in mari ventis ac tempestate grauissime iactantur* Diod. Sic. 340. B. μετέωροι διεφθάρησαν. add. Achill. Tat. 3, 1. et *Wetstenius* ad h. l. Notandus quoque locus Xen. Cyneg. 4, 1. vbi canibus tribuuntur ὄμματα μετέωρα h. e. *oculi vagi et fluctuantes,* nam §. 3. sequuntur verba: τὰ ὄμματα πυκνὰ διακινούντων· et locus Sirac. 26, 9. μετεωρισμοὶ ὀφθαλμῶν, *oculorum agitatio.* 2) Metaphorice et ad animum translatum μετεωρίζειν notat a) *animum addere, in spem erigere,* item *inflare aliquem, elatum reddere, superbia aliquem implere,* et μετεωρίζεσθαι *spiritus sumere, superbire,*

elato ac superbo animo esse, vnde et Pollux 9, 145. tanquam synonyma coniunxit verba μετεωρίζεσθαι, πεφυσῆσθαι, ὑψηλοφρονεῖν, ὑπερφρονεῖν. Aristoph. Auu. 1447. ὑπὸ γὰρ λόγων ὁ νοῦς τε μετεωρίζεται, *erigitur animus oratione*. Lucian. Icarom. 3. T. 2. p. 755. μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων. Diod. Sic. p. 259. C. οἱ τῆς Ἑλλάδος ἡγούμενοι Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι, μετεωρισμένοι μὲν ταῖς προγεγεννημέναις νίκαις, *victoriis superioribus elati*, add. p. 433. D. 2 Macc. 5, 17. ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν ὁ Ἀντίοχος, *animo se efferebat Antiochus*. ib. 5, 21. διὰ τὸν μετεωρισμὸν τῆς καρδίας, *propter animi superbiam*. Hinc b) μετεωρίζειν ponitur *de iis qui spe et promissis ad aliquid agendum incitant*. Passiuum μετεωρίζεσθαι, *spe ad aliquid impelli*. Med. *spe se ipsum incitare ad aliquid*. Diod. Sic. p. 383. B. ταῖς μεγίσταις ἐπαγγελίαις ἐμετεώρισε, *pollicitationibus magnificis impellit*. Id. p. 407. C. οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῖς ἐλπίσι μετεωρισθέντες. pag. 350. B. μετέωρος ἐν ταῖς ἐλπίδαις. add. p. 407. C. 497. E. Polyb. 3, 40. Dicitur vero etiam *de iis qui vana spe, vanaque persuasione aliquem ad aliquid impellunt*. Demosth. de Rep. Ord. p. 69. A. παρελθὼν, ὑμῶν — ἐνέπλησε τὰ ὦτα λόγων, καὶ διέσυρε τὰ παρόντα, καὶ τοὺς προγόνους ἐπαινέσας καὶ μετεωρίσας καὶ φυσήσας ὑμᾶς, κατέβη, *ad dicendum progressus — aures vestras obtundere solet, cauillando praesentem statum, laudandisque maioribus: ac vbi vos concitauit et inflauit, descendit*. Diodor. Sic. p. 697. A. Πευκέστην δ' εἰς ἄλλας ἐλπίδας ἀγαγὼν, καὶ κενῶς μετεωρίσας ἐξήγαγεν ἐκ χώρας, *Peucestem, ad spes alias translatum, et vana persuasione arrectum, e regione eduxit*. Exempla alia vid. ap. *Loesnerum* ad h. l. Iam vero quoniam verbum μετεωρίζεσθαι adhibebatur de spe et exspectatione in vtramque partem, hinc factum est, vt c) poneretur quoque *de fluctuatione animi, inter spem metumque dubii atque suspensi, de iis, qui animo sollicito, suspenso, dubio, sunt*, vt metaphora petita sit a nauibus, quae vento et fluctibus in alto iactantur. Notabilis

hanc in rem eſt locus Philonis de Monarch. p. 817. A. quem *Loesnerus* attulit: γνῶθι δὲ σαυτὸν καὶ μὴ συμπεριφέρου ταῖς ὑπὲρ δύναμιν ὁρμαῖς καὶ ἐπιθυμίαις, μηδέ σε τῶν ἀνεφίκτων ἔρως αἱρέτω καὶ μετεωριζέτω· τῶν γὰρ ἐφικτῶν οὐδενὸς ἀμοιρήσεις, *noſce te ipſum, nec ſinas te cupidine rerum quibus impar ſis abripi, nec te eorum, ad quae peruenire negatum ſit, amor efferat et ſollicitet. Potieris enim omnibus ad quae peruenire datum ſit.* Poſita h. l. ſunt promiſcue verba συμπεριφέρεσθαι et μετεωρίζεσθαι. Pertinet et huc locus Ioſephi Ant. 8, 8. 2. vbi ſermo eſt de populo anxie exſpectante, quid reſponſi ab Roboamo laturi ſint: ὡς συνῆλθον ἀκουσόμενον τὸ πλῆθος τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, μετεώρου τοῦ λαοῦ παντὸς ὄντος, καί τι λέγοντος ἀκοῦσαι τοῦ βασιλέως ἐσπουδακότος, poſtquam tertia die populus ad *audiendum conuenit, cunctis exſpectatione ſuſpenſis, omnique ſtudio agentibus, vt verba regis audirent.* Ap. Cic. ad Attic. 5, 11. 15, 14. 16, 5. μετέωρος dicitur, *incertus et dubius, is, quem anceps cura premit.* 2 Macc. 5, 17. de Antiocho: ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν. Sext. Empir. adu. Mathem. c. 4. p. 221. τὰ ἔτι ἐπίδικα καὶ ἐν μετεώροις ἀμφισβητήσεσι κείμενα, *res controuerſae et in ſuſpenſis dubitationibus verſantes*, vbi v. *Fabricius.* Soph. Oed. Tyr. 914. ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν λύπαισι παντοίαισιν, *nimis perturbatur Oedipus variis curis*: vbi ſchol. ὑψοῦ γὰρ αἴρει, ἀντὶ τοῦ μετεωρίζεται τὴν ψυχὴν, καὶ ὑπερβαλλόντως ἄχθεται. Schol. ad Eurip. Oreſt. 1537. μετεωρίζεται δὲ τὴν γνώμην ὁ χορὸς, *dubius haeret chorus.* Similiter quoque Latini: Virg. Aen. 8, 19. *magno curarum fluctuat aeſtu.* ibid. 10, 680. *animo nunc huc, nunc fluctuat illuc.* Horat. epp. 1, 18. 110. *ne fluitem dubiae ſpe pendulus horae.* Ita vero ſatis confirmaſſe nobis videmur notionem, quam ſupra, verbo μετεωρίζεσθαι, iuſſu et admonitu orationis contextus tribuimus. *Schelhornius* in Bibl. Brem. Cl. 6. p. 209. *Münthius*, alii, opinantur, Ieſum animi tumorem et inſolentem futuri ſucceſſus confidentiam ex animis diſcipulorum euellere voluiſſe,

atque adeo μὴ μετεωρίζεσθε explicant: *ne sitis elato animo, nolite magnas futuri temporis spes ingredi.* Alii cogitant de vana spe vitae longioris, atque hanc verbis sententiam inesse putant: *inprimis nolite vana spe et inani vitae longioris ducti exemplo paulo ante memorati diuitis vos impellere ad opes futurae adhuc vitae profuturas ac necessarias, studiose colligendas, atque in posterum reponendas.* Has vero interpretationes nimis quaesitas esse, et orationis seriei parum conuenientes, ex iis quae a nobis de hoc loco disputata sunt, satis iudicari posse speramus. Alias aliorum explicationes contortas et ab h. l. alienas vid. ap. *Wolfium*, *Koecherum* et *Heumanum* ad h. l.

30. 31. Vid. Matth. 6, 32. 33. Pro τοῦ Θεοῦ alii optimae notae libri habent αὐτοῦ, et vocabulum πάντα plures diuersarum familiarum codd. omittunt. Vulgaris lectio a grammaticis e Matth. l. c. petita videtur.

32. Explicant: *omnem metum deponite*, Deo confidite, ne sitis solliciti de victu comparando, *nam vobis Deus concedere vult regni Messiani bona*, bona coelestia quae maioris sunt, concedet ergo vobis quoque alimenta, ad vitam tuendam necessaria, quae minoris sunt. Haec vero sententia verbis non inest, sed intruditur. Neque hac explicatione admissa, facile perspicitur, cur Iesus apostolos reliquosque discipulos suos tunc temporis praesentes, in tali orationis serie, appellauerit μικρὸν ποίμνιον nam μικρὸν ποίμνιον nil aliud est quam, *grex exiguus, parva* sectatorum *caterua.* Omisso hoc commate, ea quae v. 31. et 33. leguntur, bene cohaerent. Nempe sententia v. 31. proposita: ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ v. 33. accuratius explicatur, et demonstratur, quomodo Christi discipuli, futuri religionis doctores, se dignos reddere possint praemiis sempiternis. vid. not. ad v. 33. Arctiori et accuratiori nexu sententia, quam v. 32. continet, legeretur post versum huius capitis septimum.

Putauerim ergo v. 32. in gnomologia Lucae non fatis accurate collocatum fuiffe, eumque in illum locum transponendum effe. Hac autem traiectione admiffa, fenfus commodus procedit hic: vos quidem eftis numero pauci, et magna eft aduerfariorum meorum multitudo, coll. v. 4. 5. fed metum omnem deponite, Deo confidite, intrepide et conftanter doctrinam meam propagate; feretis virtutis atque conftantiae veftrae olim praemia vberrima, maxima.

33. 34. Qui illo tempore doctoris religionis munere fungi volebat, opes terrenas negligere, poffeffionibus fuis fefe abdicare debebat, vt vbiuis locorum nullis curis ac follicitudinibus distractus doctrinam diuinam praedicare, et fefe totum illius propagationi confecrare poffet. v. *Michaelis* et *Schulzius* ad h. l. atque nos ad Matth. 6, 19. 24. Hinc Iefus ita pergebat: πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα κ. τ. λ.] *vendite poffeffiones veftras, et inopes adiuuate.* Equidem non adftipulari poffum interpretibus iis, qui quo Chrifti fententiam emolliant, obferuant, eum omnino docere voluiffe fpernendas effe opes atque diuitias, et exempli loco commemoraffe bonorum venditionem; comparate effe intelligenda, quae h. l. abfolute dicta videri poffint, vt adeo fenfus verborum hic fit: vendite potius quae poffidetis, et date egenis, quam vt tot curis ac follicitudinibus angamini, quas ftudium opes terrenas conferuandi et adaugendi procreare folet. Verum enimuero non fcripfit h. l. Chriftus regulam omnibus fectatoribus fuis omnium temporum, fed Apoftolis et difcipulis fuis tunc temporis praefentibus, coll. v. 1. Matth. 19, 21. 27. πωλήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα] *parate vobis crumenas quae non veterafcant*, e quibus adeo pecunia perdi non poffit, h. e. omnino, bona propria et fempiterna, neque vnquam peritura; hanc interpretationem confirmant verba fequentia, quae explicationis cauffa addita funt: θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν

τοῖς οὐρανοῖς] *thefaurum in coelo inexhauftum:* ἀνέκλειπτος adhibetur de abundatia et copia rerum ad victum pertinentium, aliarumque rerum fumma, inexhaufta et nunquam deficiente, vt ap. Diod. Sic. p. 111. B. ἀνεκλείπτους ἔχοντες τὰς τῆς τροφῆς δαψιλείας. p. 529. C. χρημάτων πλῆθος ἀνέκλειπτον. Eodem fignificatu vfurpatum legitur ἀνεκλιπὴς Sap. 7, 15. 8, 18. vxorem caftam et fanctam θησαυρὸν ἀνέκλειπτον, *thefaurum proprium et perpetuum*, dixit Protagoras. vid. Stobaeus Eclogg. c. 182. p. 607. ed. Wechel. ὅπου κλέπτης κ. τ. λ. vid. fupra v. 18. add. not. ad Matth. 6, 19. 20. 21.

35. Quae inde ab hoc verfu vsque ad v. 49. leguntur, alio tempore et loco a Chrifto prolata funt; conf. Argum. Matth. c. 24 extr. et not. ad Matth. 24, 43. 25, 1. annexa erant in Lucae gnomologia fuperioribus fortaffis propterea, quoniam v. 33. βαλάντια μὴ παλαιούμενα memorafa deprehendebantur, nam v. 35. fequitur cohortatio haec: *fitis accincti*, cf. 10, 4. et infra ad v. 58. notata. Continent autem verfus 35 — 40. parabolam, quae Matth. 25, 1. fqq. legitur, in compendium redactam, et ita propofitam, vt illam auctor gnomologiae Lucae, ex memoria, literis confignarat. Eft ergo h. l. fermo de reuentu Chrifti ad iudicium extremum, folennemque regni Meffiani inaugurationem. ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι] *accincti funto lumbi veftri.* Refpexit Chriftus his verbis morem Orientalium, qui, cum veftibus vterentur ad talos vsque demiffis, laxioribus, huc illuc diffluentibus, iter fuscepturi, vel minifterium facturi, vel quoduis aliud negotium peracturi, eas fuccingebant, ne ipfis impedimento effent. v. 2 Regg. 4, 29. 9, 1. Ier. 1, 17. infra v. 37. 17, 8. Ioh. 13, 4. Act. 12, 8. Philo de Sacrif. Ab. et Cai. T. 1. p. 174. προςτέτακται τὰς ὀσφῦς περιεζωσμένους ἑτοίμως πρὸς ὑπηρεσίαν ἔχοντας. Virg. Aen. 2, 235. *accingunt omnes operi,* Horat. Sat. 2, 8. 10. *puer alte cinctus.* v. 70. *praecincti*

recte pueri comtique ministrent. Prop. 4, 3. 62. *succinctique — popae.* Iam vero h. l. *accincti estote* est id. qd. γίνεσθε ἕτοιμοι, *parati estote.* coll. v. 40. Sensus autem horum verborum et omnis parabolae h. l. propositae est: officiis vestris recte et accurate satisfacite, pietatis atque virtutis constanter studiosi estote, ne in reuentu meo vos imparatos reperiam, quo participes fieri possitis felicitatis in regno Messiano exspectandae. v. Matth. 24, 44. 25, 1 sqq. καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι] *et lucernae sint ardentes*; eadem sententia his verbis exprimitur: vos, sectatores mei, sitis parati, ne quid in mora sit, vbi advenerim. Serui, qui dominum exspectant ad ministerium obeundum, debent esse succincti, et cum nox est, lumina habere parata.

36. καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι (scl. ἔστε) ἀνθρώποις] *nempe vos similes esse debetis seruis.* ἄνθρωποι sunt *serui*, nam v. 37. legitur δοῦλοι. Sic quoque Alexandrini interpretes Hebr. עבד, *seruus*, reddiderunt ἄνθρωπος 2 Paral. 24, 6. eadem vero vis etiam ab optimae notae scriptoribus Graecis data est vocabulo ἄνθρωπος. Xen. Polit. 4, 14. Νικίας — χιλίους ἀνθρώπους ἐκτήσατο. Mem. 2, 1. 15. ἄνθρωπον ἐκ οἰκίᾳ ἔχειν· praecessit ibi nomen δοῦλος. Ael. H. An. 7, 28. ποῦ γὰρ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ δεσπότῃ τέθνηκεν. Lat. *homo*, vt seruum notet, legitur ap. Petron. c. 63. vbi vid. *Burmanus.* προσδεχομένοις τὸν κύριον — ἐκ τῶν γάμων] *exspectantibus dominum a coena nuptiali redeuntem.* ἀναλύειν, *discedere, redire.* 3 Esdr. 3, 3. *rex* ἀνέλυσεν, *rediit in cubiculum suum.* Tob. 2, 9. ἀνέλυσα, *redii a sepeliendis mortuis.* Sap. 2, 1. οὐκ ἐγνώσθη ὁ ἀναλύσας ἐξ ᾅδου, *non agnitus est, qui reuersus sit ab inferis.* ib. 5, 12. τμηθεὶς ἀὴρ εὐθέως εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη. add. 2 Macc. 8, 25. Ioseph. Ant. 6, 4. 1. ἐπεὶ δ' ἡ κοίτης ὥρα προσῆγεν, οἱ μὲν ἀναστάντες ἀνέλυον πρὸς αὑτοὺς ἕκαστοι, *cum vero hora cubitus venisset, alii domum quisque suam reuersi sunt.* Athenae. Lib. 1. p. 16. ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύειν. v. *Bosius*

Exercitt. et *Elsnerus* ad Phil. 1, 12. *Perizonius* ad Ael. H. V. 4, 23. et *Wetstenius* ad h. l. γάμος vt γάμοι haud raro adhibetur *de conuiuio quocunque*, et ita h. l. plures interpretes vocabulum iftud ceperunt, fed κατ' ἐξοχὴν ponitur *de coena nuptiali*, v. not. ad Matth. 22, 2. qui fignificatus etiam h. l. ei tribuendus effe videtur, vel ob locum parallelum, Matth. 25, 1. vbi de nuptiis fermo eft. Neque tamen noftro loco de fponfo ipfo cogitandum eft, nam vt alias rationes praeteream, quae de fponfo nos cogitare vetant, non commemorantur comites fponfi, nec fponfa, nec virgines eam deducentes.

37. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι περιζώσεται κ. τ. λ.] *mihi credite, ipfe praecinctus, accumbere iuffis, miniftrabit.* Satis inepte nonnulli opinati funt, refpexiffe Iefum his verbis manumiffionem feruorum per menfam, apud Romanos vfitatam et in eo pofitam, vt feruus manumittendus ad domini coenam adhiberetur, atque adeo hunc verbis fenfum fubiecerunt: dominus tam fideles feruos protinus manumittet. Saturnalia Iefum refpexiffe, *Grotii* fententia fuit. Sed Saturnalibus domini omnibus fine discrimine feruis, bonis aeque ac malis miniftrabant, ad recolendam memoriam aureae fub Saturno aetatis, qua nullum, ex opinione veterum, inter dominos ac feruos discrimen fuerat; h. l. autem fermo eft de praemio quo dominus feruos probos, fideles et vigilantes, ornaturus fit. Ad accuratiorem imaginis hoc loco propofitae intelligentiam, tenendum eft, feruorum apud Hebraeos fortem neutiquam fuiffe duram atque iniquam; feftis folennibus dominos feruis epulas inftituiffe, vt herilis laetitiae participes fierent, v. Deut. 12, 17. 18. 16, 11. 12. vfitatum etiam fuiffe amicis coenantibus offerre varii generis cibaria domum mittenda. v. *Heumanus* ad h. l. Imago igitur a Iefu adhibita haec eft: herus hilari animo e conuiuio nuptiali reuerfus repetit feruos vigilantes atque paratos, laetatur de hac eorum alacritate

et vigilantia, et vt virtutem eorum infigni modo remuneretur, cibaria domum miffa ipfe inter eos distribuit, eosque laetos conuiuas agere iubet. Sententia autem, quae fub hac imagine latet, haec eft: ita vos gerite, vt quandocunque venturus fim, vos paratos reperiam ad me laeto animo recipiendum, infignia praemia fidei, virtutis atque conftantiae veftrae capietis, *fumma felicitate a me ornabimini.* Cum coena, futuram felicitatem in regno Meffiano exfpectandam, faepius comparari, obferuauimus ad Matth. c. 25. p. 685. n. 1. παρέρχεσθαι, *accedere, prodire,* Xen. Anab. 5, 5. 12. Apol. 10. Ael. H. V. 2, 1. 2, 16. Theophr. Char. 21, 3. fed participium παρελθὼν h. l. ex Hebraifmo redundat.

39 — 41. Vid. not. ad Matth. 24, 42. 43. vbi pro ποίᾳ ὥρᾳ legitur ποίᾳ φυλακῇ, de cuius vocabuli vi ac poteftate disputatum eft ad Matth. 14, 25. — De Petri interrogatione, quam v. 41. continet, cf. not. ad Matth. 24, 43. p. 679. Accuratius autem Matthaeus ibi feruauit ordinem, quo Iefus fingulas parabolas propofuit, quam Lucas, qui et fimilitudinem, quae Matth. 25, 14 fqq. legitur, praeteriit. Scilicet ad Petri interrogationem: πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην (quae nimirum extat Matth. 24, 43. Luc. 12, 39.) λέγεις, ἢ πρὸς πάντας; Iefus ita refpondit, vt proponeret parabolam de oeconomo, Apoftolos fpectantem Matth. 24, 45 fs. Luc. 12, 42 fs. ea propofita ftatim adiiceret parabolam, quae Matth. 25, 1 — 14. legitur, coll. Luc. 12, 36 — 38. non tantum Apoftolos, fed et alios Chrifti difcipulos et fectatores fpectantem, hac vero finita, difertis verbis profiteretur, omnino omnibus fectatoribus fuis cohortatione illa ad vigilantiam opus effe: Matth. 25, 13. γρηγορεῖτε οὖν κ. τ. λ. Marc. 13, 37. ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω, γρηγορεῖτε. vid. et not. ad Matth. 24, 1. Sic mihi faltem omnia optime cohaerere videntur.

42 — 48. Sequitur parabola, quae Matth. 24, 45 — 51. propofita extat, vbi v. not. τὸ σιτομέτριον eft, *cibus demenfus*; vocatur ab Hefiod. Ἔργ. 767. ἀρμαλιή, a Theocrito Id. 16, 35. ἀρμαλιὴ ἔμμηνος· a Terent. *demenfum* fcl. frumentum Phorm. 1, 1. 9. *Quod ille vnciatim de demenfo fuo defraudauit*; a Plauto, *demenfus cibus* Stich. 1, 2. 3. *Vos meminiftis quot — Calendis petere demenfum cibum.* Hebr. חק Prou. 31, 15. Seruus quisque fingulis menfibus accipiebat quaternos vel quinos tritici modios apud Romanos Calendis, apud Graecos vltimo quoque menfium die. v. interpp. ad Theocrit. l. c. *Wefterhouius* ad Terent. l. c. et *Pignorius* de Seruis c. 18. Nomen ipfum σιτομέτριον Suidas explicuit σιτοδοσία· fynonymum vocabulum σιτομετρία legitur ap. Diod. Sic. p. 89. A. et verbo σιτομετρεῖν, (h. e. interprete Suida: τὸ σῖτον παρέχειν,) quod in verfione feptuagintauirali refpondet Hebr. כלכל, vfus eft idem Diodor. Sicul. p. 697. D. et Polybius aliquoties. v. *Münthius*, *Elsnerus* et *Raphelius* Obff. Polybb. ad h. l. Matth. 24, 45. legitur: τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ fed ἐν καιρῷ, vt ex hactenus dictis patet, eft *fingulis menfibus*, Calendis menfis cuiusque, videntur enim Iudaei etiam hoc in genere fecuti effe mores Romanorum.

45. 46. μεθύσκεσθαι, *ebrietati fefe dedere*, iungitur h. l. verbis πίνειν et ἐσθίειν, vt ab Hebraeis verba אכול, שתה et שכר i. e. μεθύσκεσθαι iungi folent. vid. Cant. 5, 1. Gen. 43, 34. καὶ τὸ μέρος μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει, *amandabit eum in locum vbi funt ferui perfidi*, ὑποκριταὶ, v. not. ad Matth. 24, 51.

47. 48. Continent locutiones prouerbiales, quarum fenfus eft: cui accurata doctrinae meae cognitio contigit, cui adeo plura officia iniuncta funt, qui tamen cognitioni illi non conuenienter viuit, neque officiis fuis recte perfungitur, bonis acceptis non recte vtitur,

is aliquando, in reuentu meo, grauissimas poenas luet; cui non adeo accurata doctrinae meae cognitio contigit, huius sors lenior erit, non adeo graues poenas luet. καὶ μὴ ἑτοιμάσας] sup. ἑαυτὸν, πρὸς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα, neque paratus est ad exsequenda domini iussa, neque ea exsequitur: δαρήσεται πολλὰς, *multis plagis afficietur*, i. e. omnino, grauiter punietur. πολλὰς scl. πληγὰς, vt ap. Aristoph. Nubb. 968. ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, vbi schol. πληγὰς δηλονότι. Aristoph. Vesp. 1277. καί με κακίσαις ἔκνισε scl. πληγαῖς. Sophocl. El. 1438. παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν. Frequens est huius vocabuli ellipsis. v. *Wetstenius* ad h. l. et *L. Bosius* de Ellips. p. 385. ed. *Schaefer.* Verbo δαρήσεται Prou. 10, 8. Aquila vsus est, ad exprimendum Hebr. יִלָּבֵט *poenas dabit*, Symmachus ibi adhibuit verbum βασανισθήσεται. — 48. ὁ δὲ μὴ γνοὺς] *qui non accurate nouit.* Christi oratio spectabat ipsius sectatores; in antecedentibus sermo fuerat de plena et accurata doctrinae christianae cognitione, de ea etiam sequentia agunt; verbis ὁ δὲ μὴ γνοὺς respiciebat, reliquos seruos, quorum praecedens parabola mentionem fecerat, qui non ab hero ipso, sed ab oeconomo mandata acceperant. Itaque ὁ δὲ μὴ γνοὺς explicari debet: qui non adeo accurate nouit, cui non adeo accurata doctrinae meae cognitio contigit, vel ob ingenii tarditatem, vel propter doctorum negligentiam, aut alia graui de caussa. Sic γνῶναι, vt sit, *accuratius nosse*, legitur Matth. 13, 11. Sequitur alia locutio prouerbialis, similis quodammodo illi, quae extat Matth. 25, 29. παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη κ. τ. λ.] *cui multa bona concessa sunt*, qui magnam et accuratam nactus est religionis scientiam, *ab eo multa repetentur*, ei multa iniuncta sunt officia. καὶ ᾧ παρέθεντο πολὺ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν, *et cui multum concreditum est, ab eo plus reposcetur.* Eadem sententia aliis verbis repetita. παρέθεντο et αἰτήσουσιν impersonaliter posita sunt, vt ἀπαιτοῦσιν supra v. 20. παρατίθεσθαι committere, tradere alicui aliquid, et commendare, vt depositum seruandum

ac ſuo tempore reſtituendum. v. Tob. 1, 14. 4, 20. coll. 9, 2. *περισσότερον*, *plus*, quam ab aliis, quibus non tam multa concredita ſunt. *αἰτεῖν* id. qd. *ἀπαιτεῖν*, *exigere*, *repoſcere*, vt Hebr. שאל Pſ. 35, 11.

49. Quae ſequuntur, cum proxime antecedentibus neutiquam cohaerent, videntur autem a Chriſto eodem tempore diſcipulis dicta eſſe, quo ea quae initio huius capitis a v. 1 — 34. leguntur. Oratio affectus plena, neque adeo ſingula nimis vrgenda. *πῦρ*, *ignis*, cum ei v. 51. opponatur *εἰρήνη*, *concordia*, et commutetur cum vocabulo *διαμερισμὸς*, *disſenſio*, eſt h. l. imago discordiae, disſenſionis magnae, quae deinceps per partes deſcribitur. Senſus ergo verborum: *veni vt ignem terrae immitterem*, eſt: mea doctrina, eiusque profeſſio, ob Iudaeorum pertinaciam, hunc habebit euentum, vt inimicitiae atque discordiae, magnae et graues, exiſtant. v. ad Matth. 10, 34 ſq. *καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη*] *et quam velim vt iam accenſus ſit*; cum in tanta Iudaeorum plerorumque pertinacia atque contumacia, nonniſi hoc modo doctrina mea latius propagari poſſit, quantopere vellem, vt doctrina mea inter disſidia illa latius propagari coepiſſet. *τί* reddi debet *quam*, *quantopere*, idem valet quod *πῶς*· v. ſeq. eadem ratione etiam ab Hebraeis adhibetur מה vt Cant. 7, 6. vbi *οἱ ὁ* habent: *τί ὡραιώθης*, *καὶ τί ἡδύνθης*. add. Pſ. 8, 1. 2. *εἰ*, *vt*, Hebr. אם. vid. 1 Sam. 24, 7. Act. 8, 22. al. Minus recte alii verba noſtra expreſſerunt: *ſed quid dico? cum iam accenſus ſit? θέλω* poſitum accipiunt pro *λέγω*, quo ſenſu et dici ſoleat: *quid hic vult*, pro, *quid hic dicit*. Haec vero ratio vel propterea valere non poteſt, quoniam non eſt ſermo de re praeterita, imo futura, coll. v. 52. 53. aeque male alii explicant: *ſed quid plura loquor*, *vtinam* (*εἰ*) *iam accenſus eſſet*.

50. *βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι*] *mihi vero ipſi calamitates ſunt ſubeundae*: *ἔχω βαπτισθῆναι* id. qd. *μέλλω*

βαπτισθῆναι· v. *Hammondus* ad h. l. quod imaginem ipfam attinet, cf. notata ad Matth. 20, 22. Marc. 10, 39. καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ] *et quantopere confiringar, vsque dum finitae fuerint.* τελεσθῇ fcl. τὸ βάπτισμα. Verbum συνέχεσθαι proprie notat *confiringi, premi*, deinde adhibetur de iis, qui animi anxietate, vel corporis doloribus omninoque calamitatibus afficiuntur. vid. ad Matth. 4, 24. Praefens συνέχομαι vim habet futuri, pofitum eft pro μέλλω συνέχεσθαι, et verbis Chrifti hic fenfus ineft: calamitates mihi funt fubeundae, et quam graues atque atroces mihi funt perferendae, vsque dum exantlatae fuerint, vsque dum mors eas finierit, paucis, grauiffimae mihimet ipfi calamitates funt fubeundae. Alii explicant: quantopere angor, quantopere follicitus fum, vsque dum finitae fuerint calamitates meae, vtinam illae fuperatae effent! Notant: non effe h. l. de metu calamitatum et mortis imminentis cogitandum, fed Chriftum, qui fciret, calamitatibus ipfi imminentibus feliciter fuperatis, doctrinam fuam longe lateque propagatum, numerum cultorum fuorum mirifice adauctum iri, his verbis fignificare voluiffe, fe mortis defiderio flagrare. Alii πῶς συνέχομαι exponunt: quantopere ab hoftibus meis premor. Hae vero interpretationes nimis quaefitae atque ab hoc loco alienae videntur.

51 — 53. Vid. Matth. 10, 34 fqq. ἀλλ᾽ ἤ, *imo potius*, vt Sir. 37, 12. 44, 10. v. *Schleusneri* Lex. h. v. ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν κ. τ. λ., *ab hoc enim inde tempore in vna domo quinque reperientur disfentientes, tres aduerfus duos* etc. Verba haec petita funt e loco Mich. 7, 6.

54. 55. Tanta inter hunc locum et Matth. 16, 2. fimilitudo intercedit, vt mihi perfuafiffimum fit, Lucam h. l. aliis tantum verbis, quam quibus Matthaeus l. c. vfus eft, fummam colloquii illius attuliffe. quod Chriftus, auctore Matthaeo, cum Pharifaeis et Sadducaeis, portentum

in coelo ab ipſo flagitantibus, alio tempore habuit. Hac ſententia admiſſa, per τοὺς ὄχλους intelligi debet turba Phariſaeorum et Sadducaeorum. ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην — ὄμβρος ἔρχεται] *viſa nube ab occaſu exoria, confeſtim affirmatis pluuiam affuturam eſſe:* ὄμβρος, *imber, pluuia.* Xen. Oec. 5, 18. Hebr. גשם, Prou. 25, 24. vbi Aq. habet ὄμβρος. Heſychius: ὄμβρος, ὑετός. — 55. νότον πνέοντα ſcl. ἴδητε, *cum auſtrum flantem animaduertitis; praenuntiatis aeſtum:* νότος, *auſter*, Hebr. דרום, Iob. 37, 17. vbi v. *Roſenmüllerus.*

56. ὑποκριταὶ, *ſimulatores peſſimi:* notantur Phariſaei et Sadducaei, qui acceſſerant, vt Ieſum tentarent, eiusque laudibus obtrectarent. vid. Matth. 16, 2. Sine idonea ratione *Eraſm. Schmidius* ad Matth. 6, 2. et *Raphelius* Obſſ. Herodott. ad h. l. a vulgari et in libris N. T. atque verſ. Alex. vſitata vocabuli ὑποκριταὶ notione receſſerunt, illudque exprimendum eſſe contenderunt *harioli, Zeichendeuter, qui noſtis* ὑποκρίνεσθαι, *coniectando iudicare;* locus Luciani, quem attulerunt, ἀπροςδιόνυσος eſt, memoratur ibi ὑποκριτὴς ὀνείρων, *ſomniorum coniector.* Sed afferendus erat locus, vbi ὑποκριτὴς ſimpliciter poſitum hoc ſignificatu occurrat. τὸ πρόςωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν] *terrae coelique faciem*, tempeſtatum viciſſitudines, *diſcernere poteſtis*, δοκιμάζειν id. qd. διακρίνειν. Matth. 16, 3. vbi v. not. et *Raphelius* Obſſ. Polybb. ad h. l.

57 — 59. Cohaerentiam horum verſuum cum antecedentibus, varia ratione demonſtrare ſtuduerunt interpretes. *Grotius:* non opus eſt a coelo et terra argumenta peti. A vobis ipſis exemplum ſumite; neque enim tam ſtulti eſtis, vt in iudicio contendere velitis cum eo, qui certam habeat actionem, nulla exceptione elidendam. Quodſi talem creditorem in tempore vobis placandum cenſetis, quid ceſſatis, cum ipſo Deo trans-

igere, dum licet, dum aequas conditiones ipſe affert? *Storrius* Opuſcc. Vol. 1. p. 209.: Quidni vero etiam de vobis ipſis (2 Cor. 10, 7.) coniecturam faciris, quid tempori ſit conſentaneum? Quotquot certe ſapiunt, vbi periculum eſt, ne cauſſa cadant, litem iamiam ad iudicem deferendam, amice componere malunt. Itaque e controuerſia de meis rebus, quam tot miracula aliaque indicia aduerſariis meis peſſime caſuram oſtendunt, ante vos expedite, quam a iudice dirimatur. Praetereo alias huius loci interpretationes aeque duras atque coactas. Quae h. l. leguntur, tanquam alio tempore a Ieſu prolata occurrunt, Matth. 5, 25. neque tamen illo ipſo tempore dicta fuiſſe videntur, v. not. ad Matth. l. c. et cum in libro illo, quem Lucas inde a c. 9, 51. commentariis ſuis inſeruit, tot reperiantur effata Chriſti ita allata, vt nulla temporis ratio habita ſit, et ea neque cum antecedentibus neque cum ſequentibus accurate cohaereant, quidni et h. l. libere profiteamur, ex illorum numero eſſe effatum Chriſti h. l. laudatum? Subiuncta eſt ſententia prorſus diuerſa τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; prioribus, vt iam acute vidit *Pottus* in Diſſ. *de natura atque indole orationis montanae* p. 13. ob ſolam ſimilitudinem verborum δοκιμάζειν et κρίνειν. vid. ſimilis locus infra 13, 34. Verſus ergo 57. cum ſequentibus cohaeret, id quod vel particula γὰρ v. 58. docet, et ſenſus verborum Chriſti v. 57 ſqq. ita conſtitui debet: *cur non ipſi*, (ἀφ' ἑαυτῶν i. e. ſponte, non prius admoniti) *iudicatis, quid faciendum ſit?* (τὸ δίκαιον quod fieri conuenit, quod factu opus, conſentaneum eſt. vid. *Storrius* l. c.) *ſine mora cum aduerſario in gratiam eſſe redeundum, ne veſtram conditionem deteriorem reddatis.* Hanc ſententiam exemplo e re pecuniaria deſumto, exprimere Chriſtus voluit.

58. ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα κ. τ. λ.] *quando cum aduerſario tuo magiſtratum adis,*

in ipſa adhuc via da operam, vt ab illo libereris ſ. *dimittaris:* ἄρχων diſerte h. l. diſtinguitur a κριτῇ. Neque enim dici poteſt, vocabulo κριτὴς nomen ἄρχων accuratius definiri, et κριτὴς agere partes pronominis; huic interpretationi obſtant verba: μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν. Matthaei quidem l. c. non niſi κριτὴς memoratur, ſed ibi breuius ſententia propoſita eſt. Cum porro ab eo, qui ἄρχων nominatur, debitor pertrahi potuerit ad τὸν κριτήν, quo hic vltimam ſententiam diceret: per ἄρχοντα haud dubie ſignificatur vnus e ſeptemuiris, a quibus in quolibet oppido cauſſae priuatae et leuioris momenti cognoſcebantur et diſceptabantur, ab his ſeptemuiris, qui etiam dicebantur ἄρχοντες, prouocari poterat ad ſynedrium magnum, vt adeo per τὸν κριτὴν intelligi debeat ſynedrii magni aſſeſſor, qui prouocatione interpoſita eiusmodi res cognoſcebat, et vltimam ſententiam dicebat. vid. ad Matth. 5, 21. Maim. in Sanhedr. c. 6. *Nam, ſi dicat mutuo dans, debitori, eamus, vt de cauſſa noſtra iudicetur a Synedrio ſummo, debitorem cogunt illuc cum eo adſcendere. Pari modo, ſi incuſat quis alterum de aliqua re ſibi ab eo ablata, vel de damno aliquo illato, velitque qui accuſat, vt a ſuperiori Synedrio de ipſorum lite diiudicetur, debitorem cum illo illuc adſcendere cogunt. Atque ita fit in rebus aliis omnibus iſtiusmodi.* Iam ſenſus verborum v. 58. 59. eſt: compone in via ad ſeptemuirum cum creditore tuo, qui pecuniam debitam a te repetit, conficias cum eo negotium, ſub aequis conditionibus, ita vt promittas, te velle certo tempore debitum ſoluere, nam ſeptemuir te in ſolidum condemnabit, et vbi huius ſententiae non parueris, debitor pertrahet te ad ſuperius tribunal, et coniicieris in carcerem, vsque dum vltimum obolum ſolueris. δὸς ἐργασίαν, *da operam,* omnem diligentiam impende; eſt Latinismus, vt recte obſeruarunt *Caſaubonus*, *Raphelius*, *Elsnerus* et *Krebſius* ad h. Formula autem ἀπαλλάττεσθαι ἀπό τινος notat, *dimitti ab altero placato*, ſic legitur de reo, qui ab accuſatore dimittitur, ita, vt hic accuſationem non perfe-

quatur, ap. Xen. Mem. 2, 9. 6. πάντ' ἐποίησεν ὡς ἀπαλλαγῆναι τοῦ Ἀρχεδήμου, *omnia moliebatur, vt ab Archidemo dimitteretur.* Exempla alia plura ad hanc verbi ἀπαλλάττεσθαι fignificationem comprobandam congefferunt *Kypkius*, *Krebfius* et *Loesnerus* ad h. l. κατασύρειν prop. fignificat, *deorfum trahere, detrahere*, vt 2 Sam. 14, 14. Ier. 49, 9. Alciphr. ep. 1, 1. deinde, *inuitum et vi abripere aliquem*, et vt Latinorum *detrahere* dicitur etiam de reis, qui ad iudicem rapiuntur. Philo Legat. ad Cai. p. 1010. διὰ μέσης κατέσυρον ἀγορᾶς. Cic. pro Mil. 14. *cum in iudicium detrahi non poffet.* v. nos ad Matth. 18, 28. καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι] *et iudex te tradat apparitori.* Verbum πράττειν vt ἐκπράττειν, etiam hanc vim habet, vt fit *exigere*, v. Alciphr. ep. 3, 62. *Fifcherus* ad Plat. Apol. 4. nominatim quoque, *exigere multam*, vel *poenam*, Xen. Rep. Laced. 8, 4. Ἔφοροι οὖν ἱκανοί εἰσι ζημιοῦν ὃν ἂν βούλωνται, κύριοι δὲ ἐκπράττειν παραχρῆμα fcl. τὴν ζημίαν. Hinc πράκτωρ eft *exactor*, et adhibetur de *exactore poenae* ap. Aefchyl. Agam. 112. vbi fchol. δίκης πράκτωρ· δίκην ἐκπραξόμενος· de *vltore caedis commiffae* Aefchyl. Eumen. 315. πράκτορες αἵματος· de *exactore tributi.* Suidas: πράκτωρ. ὁ τὸν ἐπικείμενον εἰςπραττόμενος φόρον. H. l. fignificatur *apparitor, minifter magiftratus, qui poenam, iudicis auctoritate ab condemnato exigit*, qui Matth. 5, 25. ὑπηρέτης dicitur. Conf. omnino *Suiceri* Thef. Ecclef. T. 2. p. 819. Obff. Mifcell. Vol. 6. p. 590. *Kypkius* et *Loesnerus* ad h. l. ἔσχατον λεπτὸν, vid. ad Matth. 5, 25.

CAPVT XIII.

Pilatum Galilaeos quosdam inter facrificandum occidi iuffiffe, nonnulli nuntiabant Iefu, tanquam rem nouam, quae tum euenerat, et vt refcifcerent, quid Iefus ea de re dicturus, quid de hoc crudeli procuratoris facinore iudicaturus effet. Iefus vero Pilati factum neque excufabat, neque damnabat, fed reprehendebat peruerfam et vulgarem Iudaeorum opinionem, iudicandique temeritatem, qua eos homines flagitiofiores caeteris effe putarent, quibuscum peius ageretur, qui grauiori incommodo ferirentur, et docebat, Galilaeos trucidatos non fuiffe reliquorum omnium peffimos, eosque comparabat cum illis miferis, qui a turri nuper oppreffi, et praeter culpam fuam occifi fuerant. Haec autem ipfa Chrifti refponfio fatis euidenter docere videtur, Galilaeos illos aut ob meram rebellionis fufpicionem Pilati iuffu interfectos fuiffe, aut faltem homines illos, qui rem Iefu nuntiabant, popularium fuorum cauffam, vt fieri folet, aduerfus procuratorem Romanum egiffe, et vt huic maiorem inuidiam conflarent, monuiffe, illos occifos nil tale commififfe, quod Pilatum (de cuius cruento odio, quo in Iudaeos exarferat, fat luculenta fpecimina Iofephus propofuit, v. Ant. 18, 14. 1. B. I. 1, 2. 8.) ad tantam crudelitatem excitare potuiffet; fimul tamen etiam fufpicionem mouiffe, illos Galilaeos trucidatos fuiffe egregie flagitiofos, et hunc cafum aduerfum pro poena diuinitus illis immiffa effe habendum, coll. Ioh. 9, 2.

1. παρῆσαν δέ τινες — περὶ τῶν Γαλιλαίων] Quinam fuerint ifti Galilaei, et quare Pilatus eos occidi iuf-

ferit, tacente temporum illorum historia, accuratius defi- niri nequit. Cum de seditione a Iuda Galilaeo, ad vindicandos Iudaeos a Romanorum iugo, mota (v. Act. 5, 37. Ioseph. Ant. 20, 5. B. I. 8, 1.) ob temporum rationes h. l. sermo esse non possit: nonnulli suspicati sunt, Iudae illius sectam non prorsus interiisse, sed subinde renouatam esse; etiam homines hos a Pilato inter sacrificandum trucidatos, fuisse Iudae sectatores, eosque non a patria, sed a Iuda, coetus rebellis antesignano, Galilaeos appellatos esse. Haec vero coniectura nullis idoneis argumentis munita est atque suffulta; Galilaeorum in libris N. T. nusquam alio sensu mentio fit, quam vt intelligantur a gente et patria ita appellati, et homines illos inter sacrificandum trucidatos, Iesus ipse v. 2. comparat cum Galilaeis reliquis; neque omnino necesse est, vt h. l. de Iudae Galilaei asseclis cogitemus, cum e Iosepho satis constet, Galilaeos prae caeteris fuisse homines seditiosos, et Iudaeos haud raro occasione festorum dierum, tumultuatos esse, idque in ipso templo. v. Ioseph. Ant. 15, 11. 17, 9. 3. et *Wetstenius* ad h. l. Fuerunt etiam qui hanc historiam confunderent cum illa, quam Iosephus enarrauit Ant. 18, 5. adeoque h. l. intelligendam esse putarent seditionem illam, ab impostore quodam Samaritano excitatam et a Pilato, compluribus Samaritanis trucidatis, oppressam. At enimuero non Samaritani, sed Galilaei, h. l. memorantur, neque apud Iosephum legitur, Pilatum sanguinem illorum miscuisse cum sanguine victimarum, nec Samaritani Hierosolymam veniebant, vt ibi in templo sacrificarent, vid. Ioh. 4, 20. Luc. 9, 52 sqq. et videtur omnino illa Samaritanorum clades accidisse post Christi mortem et reditum in coelum, quoniam non ita multo post illam Samaritanorum stragem Pilatus Romam ire iussus est. ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν] *quorum sanguinem Pilatus misceri iusserat cum sanguine victimarum ipsorum* i. e. quos inter sacrificandum, ad aram, occidi iusserat: μετὰ τῶν θυσιῶν positum

eſt pro μετὰ τοῦ αἵματος τῶν θυσιῶν. Pertinet huc locus Philonis a *Loesnero* laudatus, de Spec. Legg. pag. 791. B. vbi Philo rationem redditurus, cur Deus homicidam, qui ad aram confugiſſet, ad ſupplicium dari, nec ibi ſtatim interfici voluerit, ait: αἵματι γὰρ ἀνδροφόνων αἷμα θυσιῶν ἀνακρασθήσεται, *ſic enim victimarum ſanguis miſceretur cum homicidarum ſanguine.* Caeterum recte monuerunt interpretes, caedem illam non in Galilaea, ſed in templo Hieroſolymitano peractam fuiſſe, etſi id non diſertis verbis hoc loco dicatur. Galilaea enim non Pilato, ſed Herodi ſubiecta erat, et Iudaeis non niſi Hieroſolymis, in ipſo templo ſacrificare licitum erat, v. Deut. 16, 2. Ioh. 4, 20.

2. *Putatisne hos Galilaeos flagitioſiores caeteris Galilaeis fuiſſe, quoniam talia paſſi ſunt?* non modo morbum grauiorem quemcunque, ſed etiam infortunium quoduis, poenam peccatorum ſcelerumque commiſſorum Iudaei dicere et exiſtimare ſolebant, v. Iob. 4, 7. *Schoettgenius* ad Ioh. 9, 2. et nos ad Matth. 9, 1. παρὰ πάντων, *prae omnibus;* παρὰ, vt Hebr. מן, exprimit comparatiuum, et partes agit praepoſitionis ὑπέρ· Heſychius: παρὰ πάντας, ὑπὲρ πάντας. v. *Boſius* ap. *Albertium* ad Gloſſar. Gr. N. T. p. 167. *Fiſcherus* ad Plat. Apol. 16, 14. *Noldius* Concordd. Particc. p. 466. τοιαῦτα πεπόνθασιν, *tam triſtem exitum habuerunt*, adeo cruentam mortem ſubierunt. πάσχειν de morte ſaepius ponitur, vt Luc. 22, 15. ap. Philon. de Spec. legg. p. 790. D. ἀνδροφόνοι ἀνίατα δρῶσιν, ἐπεὶ καὶ ἀνδροφονηθέντες ἀνίατα πεπόνθασιν, *homicida laedit immedicabiliter, ſiquidem occiſi irreuocabilia perpeſſi ſunt.*

3. 4. Minime; imo, mihi credite, niſi ad meliorem frugem redieritis, peruerſae ſentiendi agendique rationi veſtrae valedixeritis, vos omnes ſimili modo peribitis. — 4. ἐν τῷ Σιλωάμ, *iuxta* (de hac poteſtate prae-

poſitionis ἐν, quam etiam Hebr. ב habet, v. *Schleusneri* Lex. h. v.) *Siloam*. Σιλωάμ, שִׁילוֹחַ, vid. Neh. 2, 13. 3, 15. Ioh. 9, 7. nomen fontis ad radicem montis Sion, ex hoc fonte ducti erant riui in duas *piſcinas maiores*, quarum altera dicebatur *ſuperior*, העליונה etiam, *piſcina Salomonis*, altera, *inferior*, התחתונה. v. Ieſ. 7, 3. 22, 9. ibique interpp. *Lightfooti* Chorographia Matthaeo praemiſſa cap. 25. p. 52. Chorograph. Iohanni praemiſſa c. 5. p. 942. *Witſius* Miſcell. Sacr. P. 2. p. 248 ſqq. *Bachiene* *Beſchreib.* v. *Palaeſtina*, Vol. 2. Tom. 1. pag. 149 ſq. *Paulus* ad h. l. Fontis Siloam aquae ſalubres erant, et ad morbos curandos valebant, v. interpp. ad Ioh. 9, 7. Aboth. R. Nathan. c. 34. *nunquam ſe ſacerdotes in templo polluerunt: ſi vero contigit, vt multam carnem ſanctam comederint, aquas ex Siloam biberunt, quae concoctionem vehementer promouerunt.* Hieronymus ad Ieſ. 8, 6. *Siloam autem fontem eſſe, qui non iugibus aquis, ſed incertis horis diebusque ebulliat, et per terrarum concaua et antra ſaxi duriſſimi cum magno ſonitu veniat, dubitare non poſſumus, nos praeſertim, qui in hac habitamus prouincia.* Iſidorus Etymol. L. 13. c. 13. *fons Siloam ad radicem montis Sion, non iugibus aquis, ſed incertis horis diebusque ebullit.* πύργος, Hebr. מגדל, dicitur *turris*, *aedificium amplum altius aedificatum*, Liu. 33, 48. *Hannibalis turris* i. palatium, v. ibi *Ducker.* et *Erneſtius* ad Suet. Ner. c. 38. etiam *aedificium amplum ſolitarium, ab aliis ſeparatum.* Sic *Danaës turris* Horat. Carm. 3, 16, 1. πύργος, Matth. 21, 33. Pauſan. 1, 30. p. 76. vbi Timon, cum ſe hominum conſortio ſubduxiſſet, in turri habitaſſe dicitur: κατά τοῦτο τῆς χώρας Φαίνεται πύργος Τίμωνος, ὃς μόνος εἶδε μηδένα τρόπον εὐδαίμονα εἶναι γενέσθαι, πλὴν τοὺς ἄλλους Φεύγοντα ἀνθρώπους. Lucian, T. 1. p. 110. Bip. αὐτὸς ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ, μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι. add. Lycophr. v. 349. vbi ſermo eſt de Caſſandra, quae, ob vaticinia ab hominum conſortio ſecreta, πύργον habitauit.

cf. et not. ad Matth. 21, 33. Aedificium autem illud h. l. memoratum, quod ad fontem Siloam exstructum erat, et vt fons ipse diligentius custodiri posset, et vt in eo ibi exciperentur, qui valetudinis caussa aquam fontis bibere, vel ea lauare se vellent, in terrae motu collapsum fuisse videtur. ὀφειλέται sunt h. l. *impii, scelesti*, ἁμαρτωλοὶ coll. v. 2. in lingua Chaldaica vocabulo חַיָּבִין non tantum *debitores*, sed et *scelerati, improbi, impii* insigniuntur. vid. Onquel. Gen. 18, 23. Ionath. Ps. 13, 4. 25, 8. add. not. ad Matth. 6, 12.

6. Sententia, quam similitudo h. l. proposita, omisso ornatu poetico (v. ad Matth. 13, 1.) continet, haec est: Deus pro clementia sua incredibili me misit, vt Iudaeos ad vitae animique emendationem excitarem, vbi vero monitis meis non obtemperauerint neque paruerint, grauissime punientur, euertetur ipsorum respublica. συκῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην] *habebat aliquis in sua vinea ficum plantatam.* At Deut. 22, 9. legitur: *ne conseratis vineam vestram rebus diuersi generis.* Quaeritur ergo, quomodo Christus in hac collatione ficus in vinea plantatae mentionem facere potuit? Verum כֶּרֶם ibi non est *vinea*, sed *ager*; nam Leuit. 19, 19. pro כרם adhibitum legitur nomen שָׂדֶה, et vinea Hebraeis non tam dicitur *seri*, זרע, quod verbum Deut. l. c. extat, quam potius *plantari*, נטע, Gen. 9, 20. neque omnino de arboribus Deut. l. c. sermo esse videtur. Quodsi vero quis nihilominus tamen contendere velit, Deut. l. c. esse sermonem de vinea atque arboribus; statuendum est, interdici ibi, ne quid inter vites feratur, neue vites arbori applicentur, palmitibus arbores finitimae vestiantur (Becorot. fol. 17, 1. *dixit R. Asi: qui appendit videm ficui, vinum eius prohibitum est libationi*) quod a rei rusticae scriptoribus dicitur, *vites maritare.* v. Columella 5, 6. *Rosenmülleri* Scholia, *Vateri Commentar.* ad Deut. l. c. *Michaelis* ad h. l. et *Mosaisch. Recht* §. 219. atque *Schulzii Anmerkk.* ad h. l.

7. τρία ἔτη significatur omnino, tempus longum; et numerus definitus positus est pro indefinito. Male interpretes nonnulli haec retulerunt ad tres annos, quibus Christus docuerit; parum attenderunt ad ea quae sequuntur de anno adhuc exspectando, quae tamen etiam ad ornatum parabolae pertinent, neque adeo nimis premenda sunt. ἱνατί, *quare*, id. qd. διατί. Hesychius: ἱνατί· διατί, εἰς τί; Hebr. לָמָּה; Pſ. 2, 1. עַל־מָה, Num. 22, 32. καταργεῖ τὴν γῆν] *terram reddit sterilem*, dum succos e solo exsugit: καταργεῖν respondet Hebr. בטל, quod in Coniug. Kal. intransitiue notat, *otiosum esse*, *cessare*, vt Eccles. 12, 3. sed in Coniug. Piel, transitiuam significationem habente, *impedire*, *inutilem*, *inefficacem*, *otiosum reddere*, id. qd. ἀργὸν ποιεῖν, v. Efr. 4, 21. 6, 8. Gal. 3, 17. cum vero h. l. de terra sermo sit, significat καταργεῖν, *facere vt ea nihil ferat*, *terram reddere sterilem*.

8. 9. ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος] *sine eam stare per hunc annum*: vt h. l. ἀφιέναι verbo ἐκκόπτειν, ita eidem opponitur φθείρειν ap. Philon. de Somn. p. 581, B. et ἐᾶν verbo ἐκκόπτειν ap. Philon. quod det. pot. inf. p. 174. D. v. *Loesnerus* ad h. l. ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν, καὶ βάλω κοπρίαν] *donec effodero terram* (*ablaqueavero circum* ficum Cato R. R. 5.) *eique stercus iniecero*, vt succus nouus subueniat. — 9. κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν] *si fructus tulerit*. Deest apodosis, vt in locis similibus 1 Sam. 12, 14. Deut. 3, 15. Marc. 9, 23. Luc. 19, 42. h. l. ita supplenda ἄφες αὐτὴν, *sine eam stare*. Scilicet in enuntiationibus hypotheticis, h. e. iis, quarum priori membro praemittuntur particulae εἰ, ἐὰν et similes, solet, etiam a diligentissimis Graecitatis auctoribus, omitti membrum posterius, tum, cum vel sonus vocis, vel vultus, motus et corporis gestus, eius, qui eiusmodi vtitur enuntiationibus, iam declarat, quid desit, quidue intelligi debeat, quam orationis figuram grammatici et scholiastae vett. Grr. ἀναντapόδοτον dixerunt. Exempla hanc

in rem plura attulerunt *Raphelius* Obff. Polybb. et Xenoph. *Kypkius* et *Wetflenius* ad h. l. *Graeuius* Lecct. Hefiodd. p. 68. *Koenius* ad Gregor. p. 19 fq. V. D. in Obff. Mifcell. Vol. 3. p. 145 fq. *Küfterus* ad Ariftoph. Plut. v. 468. *Cafaubonus* ad Athen. 5, 2. p. 332. 8, 15. p. 629. *Clarkius* ad Hom. Il. α', 135. et *Fifcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 35.

11. ἦν pro παρῆν *aderat.* πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας] *morbo laborabat a daemone immiffo;* hanc verborum interpretationem confirmat v. 16. vbi legitur: ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς. Itaque πνεῦμα ἀσθενείας eodem fere modo dictum eft, quo πνεῦμα ἄλαλον Marc. 9, 25. vid. et not. ad Matth. 9, 32. 17, 15. *Wolfium* ad h. l. Vocabulum ἀσθένεια de quocunque morbo poni folere, tralatitium eft, hinc explicationis cauffa adiicitur: καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς] *nempe corpore ita incurua erat, vt fe erigere omnino non poffet. Michaelis* opinatur feminam illam fuiffe melancholicam, atque ex morbo incuruam. Cogitat igitur de morbo duplici, quo femina laborarit. Male ac perperam. Nam v. 12. Chriftus perhibetur mulieri dixiffe: ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου, fed v. 13. fequitur: καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη, et v. 16. legitur: ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς. Nihil omnino h. l. deprehenditur, quod nos de melancholia cogitare iubeat, neque adeo affentiri poffum *Paulo* ftatuenti feminam ex melancholia incuruam inceffiffe, cum vero Iefus Meffias eam allocutus effet, ideae fixae renuntiaffe, viribus corporis vfam effe, et erectam inceffiffe. Morbus ipfe non accuratius h. l. defcriptus eft, ex plurimorum tamen interpretum fententia, femina illa contracta erat, incuruata et cernua, malumque non in collo folum, fed et in dorfo refidebat. Alii morbum feminae fuiffe putant Tetanum emprofthotonum, qui in regionibus calidioribus interdum folet effe chronicus. Morbi chronici, auctore Celfo 3, 1. funt: *fub quibus neque fani.*

tas in propinquo, *neque exilium est.* v. *Wolfii* Curas ad h. l. et *Consbruchii Taschenbuch f. angeh. Aerzte* Th. 2. p. 314 sq. συγκύπτουσα scl. ἑαυτὴν l. τὸ πρόσωπον, v. Iob. 9, 27. Sir. 12, 12. oppositum verbum est ἀνακύπτειν scl. ἑαυτὸν l. τὸ πρόσωπον, *se erigere*, *caput et corpus attollere*, id. qd. ἀνορθοῦσθαι. v. *Kypkius* et *Elsnerus* ad h. l. εἰς τὸ παντελὲς, *prorsus*, *omnino*, pro παντελῶς. Ael. H. V. 7, 2. 12, 20. Sensus ergo est, vt bene *Kypkius* monuit, quodammodo quidem, sed non penitus caput et corpus erigere poterat.

12. 13. Arcessiuit Iesus feminam illam, eamque allocutus est verbis his: γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου] *morbo tuo liberata esto.* Solebant Hebraei veteres, vt et scriptores Graeci, morbos comparare cum vinculis et funibus, quibus homines quasi constricti tenentur; inde explicandae voces h. l. et v. 16. occurrentes, et formulae: συνέχεσθαι πυρετῷ, *febri constringi*, i. laborare Luc. 4, 38 βασάνοις συνέχεσθαι, *morbis laborare* Matth. 4, 24. vbi v. not. Ioseph. Ant. 10, 2. de Hiskia: εὐθὺς λυθεὶς τῆς νόσου, ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερὸν, *statim morbo solutus*, *adscendit ad templum.* Liban. ep. 1091. δεδεμένον νόσῳ τοὺς πόδας. vid. *Kypkium* ad v. 16. qui ibi recte quoque obseruauit, verba *ligandi* et *soluendi* h. l. sensu magis proprio adhiberi, cum de *contractione* sermo sit; *ligari* enim medicis membrum dici, quod *contrahatur*, *solui* vero, quod a *contractione* liberetur. ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας, *Paulus* explicat: prehendebat, sustentabat, erigebat eam, repugnante vsu loquendi. v. Matth. 9, 18. Matth. 19, 13. vbi v. not. Marc. 5, 23. 7, 33.

14. Archisynagogus, (v. ad Matth. 9, 18.) qui inuideret virtuti atque honori Christi, qui praeterea putaret ab eo violatum esse sabbatum (v. ad Matth. 12, 10.) neque tamen auderet Christum palam aggredi, et directe reprehendere, oblique saltem eum redarguere volebat, et

vt famam eius atque exiftimationem imminueret, ac impediret quo minus plures aegroti ab eo fanarentur; fatis veteratorie, praefentem multitudinem, nomine reliquorum fynagogae praefectorum (v. 15. ἕκαςος ὑμῶν· v. 17. οἱ ἀντικείμενοι) ita alloquebatur (ἀποκριθεὶς εἶπε v. Matth. 11, 25.): *Sex dies funt, quibus opus facere oportet* (Deut. 5, 13 fqq.), *his accedite, quo fanemini, non vero die facro.*

15 — 17. ἀπεκρίθη οὖν] in aliis optimae notae libris legitur δὲ, quae lectio genuina videtur; οὖν vel librariorum negligentia e v. 14. in hunc venit, vel e gloffemate extitit, quod grammatici in marg. pofuerunt. ὑποκριτὰ] *o te fimulatorem peffimum*, qui fimulas nefcio quam erga legem diuinam reuerentiam, intra animum vero tuum aduerfus me odium premis acerrimum. Pro ὑποκριτὰ in multis libris male extat ὑποκριταὶ, nempe grammatici fingularem mutarunt in pluralem, quoniam nomen ὑποκριτὰ (quo Iefus fynagogae antiftitem compellauit,) ftatim excipiunt verba: ἕκαςος ὑμῶν. — 16. θυγατέρα Ἀβραάμ, *hanc feminam quae ab Abrahamo genus ducit.* v. not. ad Matth. 3, 9. add. Luc. 3, 8. Ioh. 8, 33. ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς, *quam Satanas conftrictam tenuit*, v. Commentar. in Matth. p. 132. n. 6. cui ergo non nifi miraculo valetudo reftitui poterat, vt adeo ne fermo quidem effe poffit de opera medici; ita *Eckermanus* in *Erklärung aller dunkeln Stellen des Matth., Marc. Luc.* p. 376. — 17. ἔνδοξα, *infignia facta*, נִפְלָאוֹת. Ex. 34, 10. Iob. 34, 24. θαυμάσια Matth. 21, 15.

18 — 21. Vid. Matth. 13, 31 — 34. Parabolas h. l. allatas, illo ipfo tempore, a Iefu in fynagoga propofitas effe, parum probabile eft. Etenim non cohaerent cum iis quae praeceſſerunt; verbis v. 17. finita eft narratio de iis quae in fynagoga euenerunt, et Lucas ipfe parabolas, quae fequuntur, laxiori vinculo cum praecedenti narratione copulauit, dum fimpliciter fcripfit ἔλεγε δὲ, *di-*

cebat etiam, coll. 12, 54. vbi fcriptor de iis, quae diuerfis temporibus euenerant, expofuit, et hac eadem formula vfus eft, (add. 17, 1 fqq.) vt adeo ἔλεγε δὲ h. l. commode explicari poffit: *porro dicebat aliquando*, praefertim cum v. 20. fequatur: καὶ πάλιν εἶπε· add. v. 23. et not. ad 12, 57. etiam Matthaeus has parabolas tanquam alio tempore aliaue occafione a Iefu prolatas attulit c. 13, 31 fs. vbi tamen v. not. ad v. 1. Quae cum ita fint, equidem adftipulari non poffum *Storrio*, qui in Diff. Exeget. in libror. hiftoric. N. T. aliquot locos P. 2. p. 34. Opufcc. Vol. 3. p. 130. contendit: parabolas h. l. in medium prolatas, pro parte inftitutionis (v. 10.) effe habendas, quam interpofita curatio abrupiffet quidem, fed cuius retintegrandae materiam, ea ipfa quae v. 12 — 17. intercefferunt, praebuiffent; cum enim Iefus dediffet *documentum aduentantis regni diuini*, huius certe temporis orationem fuiffe, quae exponeret de faftigio, in quod regnum Chrifti per varia incrementa prouehendum effet, *ab his tenuibus initiis*, hinc quidem agnitis, hinc vero fpretis et infeftatis v. 17, 14.

23. 24. Eandem fimilitudinem, quae h. l. v. 24. memorata extat, attulit Matth. 7, 13. Sed Matthaeus ibi variis occafionibus a Iefu dicta copulauit. v. Commentar. in Matth. p. 139. Lucas accuratius enotauit occafionem, qua Iefus ea quae h. l. inde a v. 24. leguntur. protulit, nempe poftquam eum aliquis interrogauerat: κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; *magifter, num pauci felicitatis in regno Meffiano exfpectandae participes fient?* σωζόμενοι v. Matth. 7, 13. 19, 25. Quinam fuerit ille, qui Iefum interrogauit, cum difertis verbis non expreffum fit, certo definiri nequit. Perquam tamen probabile eft eum non fuiffe e numero fectatorum Chrifti, fed Iudaeum, coll. v. 28. 29. et quidem fectae Pharifaeorum addictum, coll. v. 31. Ipfa autem haec Chrifti oratio, quam Lucas h. l. retulit, fortaffis eodem tempore ab eo habita eft, quo dixit parabolam illam, quae legitur Matth. 20, 1 fqq. coll. Marc.

10, 25 sq. infra v. 30. vt adeo statuendum sit, quendam e turba, qui audiuisset vocem Christi *πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί*, v. Matth. 20, 16. processisse, eique hanc quaestionem proposuisse: *κύριε εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι.* — 24. *ἀγωνίζεσθε*, *contendite, operam date, in eo elaborate, vt* etc. *ἀγωνίζεσθαι*, *certare, contendere* est apud scriptores Graecos verbum proprium de iis qui in ludis, aliisue certaminibus certant. Xen. Mem. 3, 12. 1. *τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ μελλόντων ἀγωνίζεσθαι*· sed ab Alexandrinis et N. T. scriptoribus *ἀγωνίζεσθαι* eo sensu ponitur, vt sit: *operam dare, omnes vires intendere*, vt Dan. 6, 14. de rege Dario: *περὶ τοῦ Δανιὴλ ἠγωνίσατο τοῦ ἐξελέσθαι αὐτόν*· respondet ibi verbo Chald. שְׁדַר, ita quoque legitur Col. 1, 29. 4, 12. v. *Keuchenius* ad h. l. *Bielii* Thes. h. v. et *Loesnerus* ad h. l. *στενὴ πύλη*, imagine remota, notat, acre virtutis studium, v. Matth. 7, 13. atque adeo sensus est: omni opera, omnique studio in eo elaborate, vt vos reddatis dignos, quibus tribuatur felicitas futura. *εἰσελθεῖν* np. *εἰς τὴν ζωὴν* l. *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, coll. Matth. 7, 14. infra v. 28. *πολλοὶ*, qui meis praeceptis non obtemperarunt, flagitiis indulserunt. *ζητήσουσιν εἰσελθεῖν*, *volent, cupient* (*ζητεῖν* v. Matth. 12, 47.) aliquando (*ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ* Matth. 19, 27. vbi v. not.) *intrare* scl. *εἰς τὴν ζωήν*· *sed non poterunt*, *καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν*, quoniam non incesserunt per portam arctam, et viam angustam, sed per portam amplam, quae ad perniciem ducit, et viam spatiosam, v. Matth. 7, 13 sq. i. e. quoniam contumaces erant, flagitiosi et improbi. Pro *πύλης* in nonnullis libris extat *θύρας*, quae lectio haud dubie e v. 25. in hunc venit.

25. Eadem sententia alia imagine expressa. Sensus est: multi Iudaeorum, cum me meamque doctrinam repudient, vitam agant improbitatis studiosam, felicitate in regno Messiano exspectanda excludentur, et nimis sero tunc eos vitae ante actae poenitebit. Loci similes sunt

Matth. 7, 22. 25, 11. 44 fqq. Imago ipfa defumta eft a a patrefamilias, qui ante noctem hospites aduentantes liberaliter excipit, fub noctem vero, porta femel claufa, neminem amplius intromittit. ἐγερθῇ nempe de fede fua, procedens ad claudendum oftium. ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, *foris ftabitis*, ἄρχεσθαι etiam h. l. redundat, vt Hebr. חלה Gen. 9, 20. 10, 8. ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς *erat robore valens in terra.* vid. ad Matth. 4, 17. οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ, nefcio vnde fitis, mihi eftis ignoti, vos non intromittam. v. ad Matth. 7, 23.

26. 27. ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου καὶ ἐπίομεν, *coram te, te praefente* i. e. *tecum edimus et bibimus.* Hebraei enim formulae אכול ושתות iungunt particulas לִפְנֵי, 2 Sam. 11, 13. 1 Regg. 1, 25. et עִם Iob. 1, 4. coll. 42, 11. tum, cum de conuiuis, atque iis loquuntur, qui cum aliis coenant, cibumque capiunt, vid. *Fifcherus* Proluff. de vit. Lexx. p. 322 fq. vt adeo φάγειν ἐνώπιόν τινος καὶ πίνειν fit idem quod συμφάγειν καὶ συμπίνειν τινί, Act. 10, 41. Senfus autem verborum ἐφάγομεν κ. τ. λ. h. l. eft, tua confuetudine frui fumus, quo eodem fenfu Act. l. c. haec verba occurrunt. καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας, *in plateis noftris docuifti*, fumus populares tui. — 27. conf. Matth. 7, 23. 25, 41.

28 — 30. Vid. not. Matth. 8, 11. 12. vbi aeque ac hoc loco Iudaei et gentiles fibi inuicem opponuntur. ἐκεῖ, Hebr. שָׁם, h. l. eft aduerbium temporis, adeoque reddi debet *tunc.* Hebraei enim aduerbia loci ponere folent pro aduerbiis temporis. v. Hof. 2, 16. Pf. 36, 13. Amos. 9, 4. *Glaffii* Philol. S. p. 370. Caeterum fenfus verborum Chrifti hunc in modum conftituendus eft: Quod attinet praemia in regno Meffiano exfpectanda, non refpicientur res externae, vanae hominum opiniones, fed vnice virtus, vita praeceptis doctrinae meae confentanea, neque

adeo vos, quoniam eftis Iudaei et populares Meffiae, coll. v. 26. praemia exfpectare poteftis, imo multi gentilium, qui vobis nunc poftponuntur v. 30. quibus nondum mea doctrina annuntiatur, eam amplectentur, ei conuenienter viuent, et vobis praeferentur, felicitatem perennem accipient, vos vero, vtpote improbitatis ftudiofi, ea excludemini. vid. v. 28. 25. add. Matth. 19, 30. 20, 16.

31. Eodem die Pharifaei nonnulli ad Iefum accedebant, eumque monebant, vt ex illa regione difcederet, quod Herodes vitae ipfius infidias ftrueret. Scilicet cum numerus fectatorum Iefu quotidie crefceret, omnisque populus ab ore eius penderet; timebat Herodes Antipas, ne populus, ob interemtum Iohannem, ipfi iratus, et ad defectionem pronus, res nouas moliretur, atque feditionem moueret. Optabat igitur, vt Iefus quam longiffime remoueretur, neque tamen ei violentas manus iniicere audebat, metuens populum. Experiri ergo volebat, an Iefum, metu incuffo, e Galilaea atque Peraea, his enim regionibus Herodes Antipas praeerat (ἐντεῦθεν, *ex his terris*) pellere poffet. Itaque fubornabat Pharifaeos, quos fciret Iefu aduerfarios acerrimos, vt eum minis terrerent, eique per fpeciem amicitiae confilium abeundi in Iudaeam darent. Pharifaei vero, qui a cenfore ipfis tam odiofo atque molefto liberari cuperent, quibus perfuafum effet, in Iudaea, cuius regionis incolae non adeo rerum nouarum cupidi effent, quam Galilaei (vid. ad Matth. 27, 15.), et Hierofolymis, vbi Iefus fub oculis fynedrorum ei cummaxime infeftorum verfaretur, facilius et tutius vitae ipfius infidias ftrui poffe, (v. 33.) Herodis mandata libenter fuscipiebant, et ea promte ac ftrenue perfequebantur.

32. Non fponte, fed Herodis inftinctu Pharifaeos ad Iefum veniffe, ipfa refponfio docet, quam Herodi Iefus nuntiari iubebat. Declaraturus enim fe noffe Herodis artes, refpondebat. πορευθέντες εἴπατε τῷ ἀλώπεκι ταύ-

τῇ] *vulpi illi (veteratori) renuntiate.* Homines callidos, aſtutos, fraudulentos, veteres comparaſſe cum vulpibus, pluribus demonſtrarunt *Schoettgenius* et *Wetſtenius* ad h. l. *Maius* Obſſ. Sacr. Faſc. 2. p. 69 ſs. add. Horat. Sat. 2, 3. 196. Theocrit. Id. 5, 112. vbi ſcholiaſtes: ἀλώπηξι τούτους εἴκασεν, ὡς πανούργους καὶ δολερούς· ſchol. ad Soph. Ai. 103. ad Ariſtoph. Nubb 446. Veſp. 1233. Heſychius: ἀλωπεκίζειν, ἀπατᾷν. Artemidor. 2, 12. ἀλώπηξ δὲ τὰ μὲν αὐτὰ τῷ λύκῳ σημαίνει, διαφέρει δὲ, ἐν τῷ τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἐκ φανεροῦ ἐπιθησομένους σημαίνειν, ἀλλὰ λάθρα ἐπιβουλεύοντας. Hinc Graeci, vt oſtenderent, dolum dolo eſſe compenſandum, vtebantur prouerbiali locutione: ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα v. Zenobius Cent. 1. prou. 70. et homines doloſos dicebant ἀλωπεκὴν ἐνῆφθαι *vulpina pelle indutos eſſe*, teſte Euſtath. ad Il. γ' p. 283. 44. Schemoth R. 22. *Dixit R. Eliezer nomine R. Simeonis: aſtuti fuerunt Aegyptii, ideoque comparantur vulpibus.* Megillah fol. 16, 2. laudatur prouerbium: *vulpem* (i. callidum) *in proſperitate ſua adora.* Cic. Offic. 1, 13. *Cum autem duobus modis, id eſt, aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quaſi vulpeculae, vis leonis videtur, vtrumque homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore.* Solebant autem Hebraeorum prophetae, etiam reges, et magiſtratus, et primores populi, magna cum libertate, publice quoque, reprehendere, vt adeo mirandum non ſit, Ieſum, quo mores atque ingenium Herodis depingeret, et oſtenderet ſe artes illius probe perſpicere, veteratorem illum comparaſſe cum vulpecula. Breuiter ſed accurate Herodis ingenium *Wetſtenius* ad h. l. ita deſcripſit: Hic, vt plerique eius temporis principes et praeſides, mores ad exemplum Tiberii imperatoris, qui nullam ex virtutibus ſuis magis quam diſſimulationem diligebat, compoſuit; tunc autem erat annoſa vulpes, cum iam XXX annos principatum geſſiſſet, et diuerſiſſimas perſonas egiſſet, perſonam ſerui apud Tiberium, domini apud Galilaeos, amici Seiano, Artabano, fratribus ſuis Archelao, Philippo, He-

rodi alteri, quorum ſtudia erant diuerſiſſima, et inter ſe, et a ſtudiis Herodis ipſius. *ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια — καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι*] *me hodie atque ſequenti die, genios malos expulſurum, aegrotosque ſanaturum, et tertio die finiturum eſſe* haec opera h. e. non diu in Herodis terra morabor, nec eſt quod me metuat, nil ago quod in crimen poſſit vocari, morbos geniosque malos e regione ipſius expello, noceo nemini. Geniorum malorum eiectio ſpeciatim memoratur, quoniam morbi duriſſimi et grauiſſimi geniis malis tanquam auctoribus tribuebantur, eorumque curatio populares Ieſu inprimis in admirationem rapiebat. vid. Matth. 12, 13 al. Formula *σήμερον, αὔριον καὶ τῇ τρίτῃ* (ſcl. *ἡμέρᾳ*) ſiue vt v. 33. legitur, *τῇ ἐχομένῃ*, proverbii vim habuiſſe videtur apud Iudaeos, quo ſpatium temporis futuri quodcunque breue ſignificaretur, vt appoſite monuerunt *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 587. et *Schulzius* ad h. l. Hebraica formula מִיָּקִים בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי ita legitur Hoſ. 6, 2. vbi v. quae notauimus, Exod. 4, 10. 5, 14. *ἰάσεις ἐπιτελεῖν*, eſt *morbos ſanare*, *ἐπιτελεῖν* enim quam ſaepiſſime partes agit verbi *ποιεῖν*. v. Hebr. 8, 5. 9, 6. Xen. Mem. 4, 6. 12. Ael. H. V. 3, 43. et in verſione Alexandrina reſpondet verbis Hebr. עשׂה Iudd. 20, 10. et פעל Num. 23, 23. *τελειοῦμαι*, *finiam*, eſt futurum medium contractum, v. *Boltenius* ad h. l. *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. L. p. 550. neque tamen illud, vt *Fiſcherus* voluit, vim futuri paſſiui habet, *ich werde vollendet werden, werde ſterben*, *morte afficiar*, vt ſenſus ſit: per breue tempus morbos ſanabo, mox autem moriar. Haec enim verbi *τελειοῦσθαι* ſignificatio idoneis exemplis comprobari nequit. v. *Heumanus* ad h. l. Sed *τελειοῦμαι* notat: *haec opera finiam*, nempe in Herodis terra, coll. v. 33. extr.

33. *Attamen* (*πλὴν* v. ad Matth. 26, 39.) *per breue hoc tempus*, (*σήμερον, αὔριον, τῇ ἐχομένῃ*) *negotia mea* ſecurus in hac regione *geram*, me non interficiet Herodes, *nam fieri non ſolet, vt vates extra Hieroſolymam trucidetur.*

Ironia Iefus h. l. vfus eft. Poft αὔριον nonnulli fubintelligendum effe praecipiunt ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια καὶ ἐπιτελεῖν ἰάσεις, vel verbum ἐργάζεσθαι, *operari*, quod Syrus interpres fuppleuit, vt adeo fenfus fit: breui operabor, et in vita permanebo, perendie, breui moriar, πορεύομαι, discedam ex hac vita. Sed referendae funt voces σήμερον, αὔριον, τῇ ἐχομένῃ ad verbum πορεύεσθαι, neque hoc verbum notat *abire*, *discedere* ex hac vita, aut ex regione, fed vulgarem fignificationem retinet, *ambulare*, *proficifci*, et idem valet quod διέρχεσθαι Act. 10, 38. h. e. ex Hebraeorum loquendi ratione, *negotia fua gerere*, (vid. *Schleusneri* Lex. fub. h. v.) atque ita πορεύεσθαι accurate refpondet verbis quae praecefferunt: ἐκβάλλειν δαιμόνια καὶ ἰάσεις ἐπιτελεῖν, ficut et τῇ ἐχομένῃ fcl. ἡμέρᾳ, *die fequenti*, *poftero*, Act. 21, 26. 2 Macc. 12, 39. Polyb. 3, 112. 5, 13. h. l. *die perendino*, refpondet voci τῇ τρίτῃ quae v. 32. extat, vt adeo non audiendus fit *Kypkius*, qui ad ἐχομένῃ fubintelligi vult χώρᾳ, v. Marc. 1, 38. vt haec fententia procedat: *oportet me igitur hodie et cras*, i. e. per breue adhuc tempus *etiam in vicina regione*, quae Herodi paret, in Galilaea (cum Iefus tunc temporis in Peraea fuiffe videatur, v. Matth. 19, 1 Marc. 10, 1.) *obambulare*. οὐκ ἐνδέχεται] *fieri non poteft*, hoc enim fignificatu ἐνδέχεται faepius legitur, vnde τὰ ἐνδεχόμενα, *quae fieri poffunt*, τὰ δυνατά, vid. Xen. Mem. 3, 9. 4. et 2 Macc. 11, 18. cf. et *Kypkius* atque *Wetftenius* ad h. l. neque tamen haec verba nimis premenda funt, nam etiam extra Hierofolymorum muros trucidati erant prophetae, vt vel Iohannis baptiftae exemplum docet, fed funt haec populariter dicta, *fieri non facile poteft*, *fieri non folet*, vt prophetae extra Hierofolymam interficiantur; viri fancti et voluntatis diuinae interpretes, Hierofolymis, ab iniuftis iudicibus condemnari, et ibi violenta morte perire folent. v. Matth. 23, 35. Refpexit fortaffis Iefus, vt monuerunt interpretes, morem inter Iudaeos receptum, vt cauffae doctorum et prophetarum non nifi a fynedrio ma-

gno cognofcerentur. Sanhedr. fol. 2, 1. *Non iudicant tribum, nec pfeudoprophetam, nec fummum pontificem, nifi iudicio feptuaginta vnius.* v. *Lightfootus* et *Drufius* ad h. l.

34. 35. Ea quae h. l. Lucas attulit, alio tempore, alioue loco, nempe in templo Hierofolymitano (coll. v. 35.) Iefus dixit, v. not. ad Matth. 23, 37 fqq. annexa erant in gnomologia Lucae fuperioribus, quia v. 33. mentio facta erat Hierofolymorum et prophetarum ibi occiforum.

C A P V T XIV.

1. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν κ. τ. λ.] *poftquam fe die* fabbati contulerat ad affefforem quendam *fynedrii e fecta Pharifaeorum, vt coenae intereffet,* (inuitatus nimirum ab illo affeffore fynedrii, coll. v. 12.) *Pharifaei eum infidiofe obferuabant,* nempe an aliquid ex eorum opinione legi et ritibus ad fabbatum petinentibus contrarium dicturus vel facturus effet. v. ad Marc. 3, 2. Solebant autem Iudaei dies feftos et fabbata hilariter peragere, amicos vocare, et lautius conuiuari. Plutarch. Sympof. 4, 5. vbi inter Iudaeorum et Bacchi fefta comparatio inftituitur: οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροςδιόνυσον εἶναι· — αὐτοὶ δὲ τῷ λόγῳ μαρτυροῦσιν, ὅτι σάββατον τιμῶσι, μάλιςα μὲν πίνειν καὶ οἰνοῦσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους. cf. etiam Neh. 8, 10. Tob. 2, 1. *Wetftenius* et *Lightfootus* ad h. l. *Buxtorfius* de Synagoga Iud. c. 15. p. 312. atque *Spencerus* de legg. Hebr. ritual. 1, 4. p. 87 fs. de epulis facrificis, de quibus nonnulli cogitarunt, non effe poffe h. l. fermonem, exinde patet, quo-

niam hae extra Hierofolymam inftitui non poterant, ea autem quae h. l. leguntur, in regione Herodis Antipae euenerunt. v. 9, 51. 13, 31 fs. ἐν τῷ ἐλθεῖν pofitum eft pro μετὰ τὸ ἐλθεῖν, vt Luc. 9, 36. 11, 37. ἄρχων indicat, vel archifynagogum, archifynagogi enim dicebantur etiam ἄρχοντες, Matth. 9, 18. coll. Marc. 5, 22. vel affefforem fynedrii oppidani; (v. not. ad 12, 58.) cum praeterea additum legatur τῶν Φαρισαίων, patet, eum e fecta Pharifaeorum fuiffe. Male alii per ἄρχοντα τῶν Φαρισαίων intellexerunt *Pharifaeorum principem*, hic enim fi intelligendus effet, fcripfiffet Lucas, vt iam *Grotius* animaduertit, τινὸς τῶν πρώτων τῶν Φαρισαίων. De formula φαγεῖν ἄρτον, h. e. *coenari*, *epulari*, v. ad Matth. 15, 2. *Vorftii* Philol. S. p. 605 fq. et *Leusdenius* de Hebraifm. N. T. p. 63.

2 — 4. Accedebat hydropicus, homo aqua intercute laborans, vt a Iefu fanaretur. Maxima pars interpretum arbitratur, hospitem, reliquosque conuiuas hunc hominem fubdole aduocaffe, ipfum vero fraudum, quas illi fouerent, ignarum comparuiffe, quare neque Iefum eum reprehendiffe, fed valetudinem priftinam ei reftituiffe. Neque haec coniectura plane improbabilis eft, cum praeceſſerit v. 1. ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτὸν, atque eiusmodi fraus et improbitas apprime conueniant fentiendi et agendi Pharifaeorum rationi, eorumque in Iefum infefto animo, de quo aliunde fatis conftat. Iefus praefentes conuiuas, νομικοὺς καὶ Φαρισαίους, legisperitos e fecta Pharifaeorum (vid. ad 11, 45.), eos meliora edocturus, et oftenfurus fibi non occultas effe ipforum artes, interrogabat (ἀποκριθεὶς εἶπε, v. Matth. 11, 25.): εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν; vid. not. ad Matth. 12, 10. Pharifaei autem, cum experientia edocti praeuiderent, fe nihil aduerfus Iefum poffe, fe inferiores effe difceffuros, fi ei verbis fefe opponere vellent, ἡσύχασαν, *filebant*. ἡσυχάζειν, *filere*, *tacere*. Ief. 7, 4. Neh. 5, 8. v. *Kypkius* ad h. l. ἐπιλαβόμενος, *manu eum prehendit*, *attigit*, v. Marc.

8, 23. ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Matth. 8, 15. ἰάσατο αὐτὸ καὶ ἀπέλυσε] *eumque ſanatum dimiſit.* Ita ἀπολύειν legitur quoque Matth. 15, 23. Act. 15, 33. v. *Gatackerus* ad Antonin. 11, 3. p. 319.

5. 6. Vid. Matth. 12, 11. τίνος ὑμῶν ὄνος κ. τ. λ.] *ſi cuiusquam veſtrum aſinus vel bos inciderit in ciſternam, nonne* (καὶ οὐκ pro οὐχὶ) *ſtatim eum extrahet die ſabbati?* Φρέαρ id. qd. βόθυνος Matth. l. c. Hebr. בּוֹר, Gen. 37, 22. Ex. 21, 33. 1 Sam. 19, 22, 2 Sam. 3, 26. De ciſternis in Palaeſtinae et Arabiae regionibus frequenter obviis, in quibus aqua pluuialis colligitur, quae inferius latae, ſuperne autem anguſtae ſunt, vid. *Faber Archaeol. d. Hebr.* p. 122 ſqq. *Warnekros Hebr. Alterth.* p. 57 ſq. Pro ὄνος cum plurimis diuerſarum familiarum codd. haud dubie legendum eſt υἱός. Scilicet offendebat grammaticos *filium* h. l. cum *boue* eſſe coniunctum, et cum ſupra 13, 15. *bouis* et *aſini* coniunctim mentionem factam eſſe recordarentur; υἱὸς mutabant in ὄνος, alii vero e Matth. l. c. in marg. notabant vocabulum πρόβατον, quae lectio in aliis libris deprehenditur. Baua Kama 5, 6. *Si in puteum incidet bos aut aſinus — filius aut filia, ſeruus aut ancilla.* v. *Wetſtenius* ad h. l. Refellit ergo Ieſus praeconceptam Phariſaeorum opinionem hunc in modum: ſi ſuccurrere licet die ſabbati filio aut boui, qui in ciſternam incidit, qui tamen ſine vitae periculo vsque ad ſabbati finem in ea poſſit permanere, (v. Gen. 37, 24.) nonne etiam mihi die ſabbati aegroto ſuccurrendum eſt? Caeterum haec a Ieſu dicta eſſe, antequam conuiuae ad menſam accumberent, v. 7. ſatis euidenter docet.

7 — 9. παραβολὴ in hac orationis ſerie eſt, *praeceptum vitae, admonitio quae mores atque officia ſpectat,* quo ſenſu etiam nomen מָשָׁל ab Hebraeis vſurpari ſolet. v. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 147 ſq. πρὸς τοὺς κεκλημένους] *ad conuiuas.* *Paulus* ad h. l. πρὸς explicandum eſſe putat,

respectu conuiuarum, *in Beziehung auf die Geladenen*, atque contendit, Iesum non ad conuiuas orationem conuertisse, sed ad conuiuam quendam, qui primam sedem non affectasset, cum sequatur ὅταν κληθῇς, *cum tu ad epulas inuitatus fueris*, sed v. Matth. 5, 23. 25. 26. 6, 2 sqq. aliosque huius generis locos similes. ἐπέχων scl. τὸν νοῦν siue potius τοὺς ὀφθαλμοὺς, neque enim peculiari *animi intentione*, sed solo *oculorum coniectu* opus erat Iesu, ad perspiciendam conuiuarum de loco certantium vanitatem, vt bene monuit *Wolfius* de agnitione ellipseos in interpretat. libror. sacror. Commentat. 10. p. 9. Lips. 1808. 4. vtrumque autem vocabulum cum verbo ἐπέχειν a Graecis coniungi, eos promiscue dicere ἐπέχειν τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς et τὸν νοῦν s. τὴν διάνοιαν s. τὴν γνώμην, pluribus exemplis comprobarunt *Wetstenius* ad h. l. *Wesselingius* ad Herodo. 1, 32. p. 40. et *Reizius* ad Luciani Pseudomant. c. 4. T. 2. p. 212. — 8. γάμος h. l. generatim *conuiuium solenne* indicat. v. not. ad Matth. 22, 2. μὴ κατακλιθῇς] *ne accumbas*, eodem sensu v. 10. legitur ἀνάπεσον add. 11, 37. κατακλίνεσθαι, *accumbere ad coenam*. Athen. 1, 19. p. 23. Xen. Cyr. 5, 2. 7. Iudith. 12, 14. 1 Regg. 16, 11. μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ] *ne forte te honoratior inuitatus sit ab ipso* np. hospite. — 9. δὸς τούτῳ τόπον] *cede huic locum*. Hanc ipsam formulam Iudaeis vsitatam fuisse, quoties aliquis peregrinus ad conuiuantes accederet, ostendit *Schoettgenius* in Hor. Hebr. ad h. l. καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν] *atque tunc tibi pudore suffuso sit occupandus vltimus locus*. ἄρξῃ redundat, vt saepius.

10. 11. πορευθεὶς ἀνάπεσον] simpl. *accumbe*. Pro ἀνάπεσον cum *Griesbachio* rescribendum est ἀνάπεσαι. v. ad 17, 7. προςανάβηθι ἀνώτερον] *ascende superius*, superiorem locum occupa. Verbum προςαναβαίνειν respondet in versione Alexandrina Hebr. עלה. Ex. 19, 23. Ios. 11, 17. add. Iudith. 13, 12. 1 Macc. 16, 36. — 11.

πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν κ. τ. λ.] *qui se ipsum extollit, is deprimetur, qui se ipsum deprimit, is extolletur*, h. e. modestus omnibus probatur et magni aestimatur, immodestus, superbus, negligitur et ignominia afficitur. vid. ad Matth. 23, 12.

12. ὅταν ποιεῖς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου] propofita est h. l. sententia comparatiua, non absolute negatiua, praefert Christus ea beneficia, quae tribuuntur pauperibus, iis quae conferuntur in diuites, ad gloriolam et retributionem captandam, atque adeo verba ipsa ita limitanda sunt: *non tam* l. *non tantum* amicos et cognatos atque vicinos opulentos inuita, *quam potius* l. *sed etiam* pauperes. Loci similes sunt Ex. 16, 8. 1 Sam. 15, 22. Ioel. 2, 13. Ier. 7, 22. 23. Prou. 17, 12. Matth. 9, 13. vbi v. not. Luc. 10, 20. ἄριστον, cum ab eo discernatur δεῖπνον, est *prandium*, et quidem lautius, ad quod inuitantur alii, sed δεῖπνον est *coena*, *epulum vespertinum*. v. ad 11, 37. *Suiceri* Thes. Eccl. T. 1. p. 826. φωνεῖν id. qd. καλεῖν, *inuitare*. v. *Fesselii* Aduersar. Sacr. T. 1. p. 323. *Georgii* Hierocriticon. T. 2. p. 22. μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι κ. τ. λ.) *ne ab illis vicissim inuiteris, et tibi ita contingat retributio.* Sensus est: si, neglectis pauperibus, diuites tantum ad coenam inuitaueris, non nisi hanc retributionem capies, vt hi te vicissim inuitent, a Deo autem nulla beneficentiae praemia tibi sunt exspectanda. cf. v. 14. extr. Matth. 6, 2. Luc. 6, 24. 16, 15. Caeterum *Paulus* ad h. l. coniicit, haec a Iesu prolata esse, finita coena, cum conuiuae gratias egissent hospiti, hunc Iesum allocutum esse his fere verbis: reliqui opulentiores conuiuae te vicissim inuitabunt, ego par pari referre non possum, pro beneficio tamen mihi exhibito tibi ostendam, quomodo liberalitate tua tibi praemia comparare possis, vberrima, maxima. ἀντικαλεῖν, *reuocare.* Xen. Sympos. 1, 15. οὔτε μὴν ὡς ἀντικληθησόμενος καλεῖ μέ τις.

13. *δοχὴ*, *conuiuium*, Hebr. מִשְׁתֶּה Efth. 1, 3. id. qd. ἄριστον et δεῖπνον v. 12. κάλει πτωχοὺς, ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλοὺς] *pauperes*, *debiles*, *claudos*, *coecos inuita*, h. e. omnino, opis indigos. De epulis facrificis eadem praeceperat Mofes; v. Deut. 26, 12. 14. 26. 16, 10. *Michaelis Mof. Recht* §. 143. eft autem h. l. fermo de epulis die fabbati inftitutis, atque fimiles exhortationes etiam in fcriptis Rabbinorum reperiuntur. Sohar Genef. fol. 8. col. 29. *R. Simeon haec protulit: Quicunque diebus feftis laetatur, neque Deo portionem fuam dat, ille eft inuidus. Satanas ipfum odit, accufat, morti tradit, et magnis cruciatibus afficit. Portio autem Dei eft, vt pauperes exhilaremus, quantum quisque poteft.* v. *Schoettgenius* ad h. l. Laudant praeterea interpp. Cic. Offic. 1, 15. *in collocando beneficio — hoc maxime officii eft, vt quisque maxime opis indigeat, ita ei potiffimum opitulari, quod contra fit a plerisque. A quo enim plurimum fperant, etiamfi ille his non eget, tamen ei potiffimum inferuiunt.* Plin. ep. 9, 30. *Volo eum, qui fit vere liberalis, tribuere amicis, fed amicis dico pauperibus, non vt ifti qui iis potiffimum donant, qui donare maxime poffunt.* ἀνάπηροι eft vocabulum generis, quo fignificantur omnes ii, qui carent membro corporis aliquo, vel certe eius vfu, quorum hi a Latinis dicuntur *debiles* et *membris capti*, hoc fenfu ἀνάπηροι memorantur h. l. et ap. Laërt. 7, 33. Pollux 2, 61. ἀνάπηρος δὲ ἐστὶν ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος. Schol. min. Hom. Il. β' 599. πηρὸς καλεῖται ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος. 2 Macc. 8, 24. ἐν τοῖς μέλεσιν ἀναπήρους· ap. Ael. H. V. 11, 9. claudum et coecum fignificat. v. et *Raphelius* Obff. Herodo. p. 258. *Kypkius* ad h. l. *Fifcherus* ad Plat. Crit. 14.

14. 15. Beatus eris. Quoniam illi (pauperes) te remunerari nequeunt; praemia liberalitatis ac beneficentiae tuae feres vberrima, maxima, tempore, quo homines pii, mortui, in vitam reuocabuntur, vt felicitate fruantur perpetua. Nam ἀνάστασις τῶν δικαίων eft id. qd.

ἀνάστασις τῆς ζωῆς, Ioh. 5, 29. cui opponitur *ἀνάστασις τῆς κρίσεως*. — 15. Iudaei resuscitationem mortuorum Messiae tribuebant, hinc Pharisaeus, audita illa voce Christi, vultu ad pietatis speciem ficto, in haec erumpebat verba: *μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ*, *beatus qui in regno Messiano conuiuabitur* i. qui bonis regni Messiani perfruetur. v. not. ad Matth. 25. p. 685. 26, 29. Pro *ἄρτον* plures libri, etiam Clem. Alex. Paedag. 2, 1. habent *ἄριστον*, fortassis vere, vt adeo insolentior formula mutata fuerit a librariis et grammaticis in notiorem. *ἄριστον* etiam in vers. Alex. vt *ἄρτος* adhiberi de *cibo*, docuit *Bielius* in Thes. sub h. v.

16. 17. Iudaei felicitatem in regno Messiano exspectandam comparare solebant cum coena et conuiuio, atque inter conuiuas nominabant inprimis maiores suos, Abrahamum, Isaacum et Iacobum, quo significarent vnice Iudaeos huius felicitatis fore participes v. ad Matth. 8, 11. Luc. 22, 30. Iesus igitur, hanc Iudaeorum loquendi consuetudinem retinens, hac data occasione proponebat parabolam, qua docere volebat auditores suos, cum Iudaei maximam partem bona et commoda regni Messiani ipsis oblata repudiarent, alias gentes illorum participes fore. *ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα*] *homo quidam instruebat conuiuium lautius atque solennius*, לֶחֶם רַב, vbi *οἱ ό* habent *δεῖπνον μέγα*· vocatur *μέγα* et propter inuitatorum multitudinem et propter ciborum copiam atque praestantiam. Formula autem *δεῖπνον ποιεῖν* respondet Hebr. עָשׂוֹת מִשְׁתֶּה. v. Gen. 22, 29. vbi *οἱ ό* habent *ποιεῖν γάμον*. add. 40, 20. 2 Sam. 3, 20. *ἐκάλεσε* v. ad Matth. 22, 3. — 17. *τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις*] *hora qua conuiuium celebrandum erat, vt annuntiaret conuiuis*. Vocati enim iterum appellabantur sub ipsam horam coenae. v. *Wolfius* in Curis ad h. l.

18. *καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες*] *sed omnes tanquam ex composito se excusabant*. In supplendo

quod poſt μιᾶς deeſt vocabulo, variant interpretes. Ac plures quidem ſtatuunt reſpondere hanc vocem Syriacae מחדא, qua Syrus interpres Act. 23, 30. Graecum ἐξαυτῆς ſcl. ὥρας, expreſſit, ſubintelligunt ergo h. l. ὥρας. et ἀπὸ μιᾶς reddunt *confeſtim*, *eo ipſo tempore*; ita vero ſatis frigida ſententia procedit, nam per ſe intelligitur eos confeſtim ſe excuſaſſe, cum ſub ipſum coenae tempus compellati, non haberent deliberandi ſpatium. Syrus interpres ἀπὸ μιᾶς h. l. vertit מן חד, *ab vno*, vt adeo ſubaudiendum ſit לב, quod vocabulis Graecis, καρδία. γνώμη, ψυχὴ, reſpondet. Putauerim ergo potius ſubaudiendum h. l. eſſe καρδίας l. ψυχῆς l. γνώμης, *vno animo*, *velut ex compoſito*. Varias quidem excuſationes proferebant compellati, in eo tamen velut de compacto conueniebant omnes, vt ſe excuſarent. Alii ſupplent φωνῆς, *vno ore*. Ioſeph. de Macc. T. 2. p. 509. πάντες διὰ μιᾶς φωνῆς ὁμοῦ, ὥςπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ψυχῆς εἶπον. Diod. Sic. p. 515. D. τὸ δὲ πλῆθος, ὥςπερ ἀπὸ μιᾶς φωνῆς ἀνεβόησε. Alii aliter v. *Wolfius* in Curis et *Koecherus* in Analectis ad h. l. Verbum παραιτεῖσθαι notat vel *recuſare*. Act. 25, 11. οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν, ita vt h. l. ſubintelligatur δεῖπνον, quae plena formula legitur ap. Diog. Laërt. 4, 9. 5. τά τε δεῖπνα λοιπὸν παρῃτεῖτο διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, *coenas autem ob cauſſas praedictas detrectabat*; vel *ſe. ſe excuſare*, *veniam petere*, Herodo, 6, 86. ταῦτα ἀκούσας, ὁ Γλαῦκος συγγνώμην τὸν θεὸν παραιτέετο αὐτῷ ἴσχειν τῶν ῥηθέντων *his auditis Glaucus veniam ſibi eorum, quae dixiſſet, vt daret, deum obſecrabat*. Ioſeph. Ant. 8, 8. 2. de Dauide ab Abſolomo ad coenam inuitato: παρεκάλει τὸν πατέρα σὺν καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐφ᾽ ἑςίασιν· παραιτησαμένου δ᾽ ὡς ἂν μὴ βαρὺς αὐτῷ γένοιτο, *rogauit patrem, ſimul et fratres, vt ad ſe venirent, et ſecum conuiuium agerent: hoc autem ſe excuſante, quod nollet ei oneri eſſe*. Phauorinus: παραιτοῦμαι· τὸ συγγνώμην αἰτῶ καὶ ἀπολογοῦμαι. Suidas: παραιτεῖσθαι — συγγνώμην αἰτεῖν. Ita et paulo poſt legitur ἔχε με παρῃτημένον, quae

formula Latinismum redolet, *excufatum me habeas*, *rogo* (Martial. 2, 79.) v. *Raphelius* Annott. Herodott. p. 392. *Loesnerus* ad h. l. et *Drefigius* de Verbb. Medd. p. 363. ἀγρὸν ἠγόρασα] hoc eft, *Wetftenio* interprete, emi agrum, fed fub hac conditione, fi talem reperero, qualis effe dicitur. Verum his ambagibus non opus eft. Aoriftus faepius vim habet praefentis vel futuri, (v. *Glaffii* Philol. S. p. 305 fq.) vt adeo ἠγόρασα commode reddi poffit *emam* l. *emere volo agrum.* ἀγρὸς, *ager*, *praedium*, *villa*, vt 9, 12. 15, 15. ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτὸν] *necesse habeo eum vifere:* ἀνάγκην ἔχω id. qd. ἀναγκαῖόν ἐςι· verbum autem ἰδεῖν maius quid inuoluit, *probare*, id. qd. δοκιμάζειν, quorum v. 19. commutatur.

19. 20. ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε] *quinque iuga boum emere volo.* ζεῦγος βοῶν *iugum*, *par boum.* v. ad Luc. 2, 24. *Raphelius* Obff. Herodott. ad h. l. — 20. γυναῖκα ἔγημα] *vxorem in matrimonium ducere volo.* Erant omnino hae hominum illorum excufationes leues et inanes, cum repetitis vicibus ad conuiuium inuitati, prouti etiamnunc in Orientis regionibus fieri folet (v. *Du Halde Befchreib. d. Chinef. Reichs u. d. grofs. Tartarey* p. 133.), nunc demum, cum iam effent ἕτοιμα πάντα (v. 17.) has excufationes proferrent.

21 — 23. Paterfamilias, poftquam ei renuntiauerat feruus hominum illorum impudentiam, ira exarfus, iuffit eum exire in vrbis plateas et vicos, atque adducere inferioris fortis homines, opisque indigos, fine discrimine omnes, quos ibi offendiffet. πλατεῖα fcl. ὁδὸς, *platea*, *via latior*, Hebr. רחב, Iudd. 19, 15. 17. cui opponitur ῥύμη, *angiportus*, *via anguftior.* ἐκεῖνος poft nomen δοῦλος, in nonnullis libris non legitur, nempe omiffum eft a librariis, quibus protfus fuperuacaneum videretur. — 22. Cum feruus heri iuffa peregiffet, et fupereffet adhuc locus vacuus, cum coenaculum plures adhuc conuiuas ca-

pere poffet: εἶπεν ὁ κύριος, ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ Φραγμούς·] *ito in vias publicas et loca feptis munita:* Φραγμὸς, *fepes, fepimentum*, quo ager, hortus, vinea (Matth. 21, 33. Marc. 12, 1.) cingitur; et hoc quidem loco ipfa loca feptis munita et cincta indicat. Verbum porro ἀναγκάζειν, vt Lat. *cogere* Cic. ad Diu. 5, 6. notat, *rationibus et perfuafionibus, etiam precibus faepius repetitis, aliquem permouere.* v. ad Matth. 14, 22. Caeterum ea quae v. 22. 23. leguntur, addita funt ad exornandam parabolam.

24. λέγω γὰρ ὑμῖν] *affirmo vobis* Quaeritur, vtrum haec fint *patrisfamilias* verba, vt adeo ὑμῖν ad conuiuas ferius inuitatos, vel feruos adftantes referatur, an *Chrifti*, hoc modo parabolam concludentis. Pofterior interpretandi ratio vtpote fimplicior, et orationis feriei conuenientior, nobis praeplacet. Nam paterfamilias in hac omni parabola alloquitur feruum, quodfi ergo haec ipfius verba effent, dixiffet potius λέγω σοι. Itaque ὑμῖν referendum eft ad Pharifaeos, et reliquos, quibus Iefus hanc parabolam propofuerat, et fenfus horum verborum ita conftitui debet: nemo qui ita animatus eft, vt erant illi primum inuitati, felicitatis in regno Meffiano exfpectandae particeps erit. Caeterum γεύσασθαι h. l. eft *cibum capere, conuiuio intereffe*, vt Act. 10, 10. 20, 11.

26. 27. Eadem fententia, aliis verbis et breuius propofita legitur Matth. 10, 37. vbi v. not. εἴ τις ἔρχεται πρός με, *qui me fectari vult*, id. qd. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν Matth. 16, 24. μισεῖν h. l. valet, *minus amare, pofthabere*, vt Hebr. שָׂנֵא, Mal. 1, 2. nam Matth. 10, 37. pro eo legitur φιλεῖν τὸν πατέρα ὑπέρ τινα, h. e. deferere, relinquere propter religionis meae profeffionem parentes et neceffarios, ἀφιέναι τὸν πατέρα κ. τ. λ. coll. Matth. 19, 29. Conf. etiam de hoc verbi μισεῖν vfu Matth. 6, 24. et *Noeffelti* Opufcc. T. 1. p. 182.

28. 29. *Quisnam vero vestrum palatium exstructurus, non ante omnia de sumtibus cogitat, num ad aedificium perficiendum satis pecuniae ipsi suppetat?* Sumtuum rationes sunt subducendae, prius quam inchoetur opus quod moliris, exercitus est prius numerandus, quam bellum incipias. coll. v. 31. In his comparationibus, e vita communi desumtis h. l. institutis, non omnia ad latum vnguem sunt resecanda, nec ea explicanda, quae ad ornatum pertinent, sed in vniuersum spectandum, quo comparatio tendat. Quae autem Iesus h. l. generatim dixit de hominibus, qui quicquid agunt, antea prudenter deliberant atque examinant, ea dixit respectu doctrinae suae adsectatorum, atque adeo sensus et cohaerentia loci est: Qui me sequi, et nomine discipuli mei dignus esse cupit, is paratus esse debet, propter religionis meae professionem parentes et cognatos, atque res ipsi carissimas, deserere, vitam negligere, et mortem ipsam subire. Quilibet ergo deliberet atque perpendat, an subire paratus sit odia, pericula atque incommoda, magna et grauia, quae cum doctrinae meae professione coniuncta sunt, viresque suas exploret, num pares sint officiis discipuli mei sustinendis, ne tandem cum pudore et magno cum damno suo a me discedat, cum viderit spem suam inaniter conceptam, se fefellisse. πύργον vid. ad 13, 4. καθίσας, graphice, *sedet* ad mensam siue abacum. τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν scl. ἀνήκοντα l. καθήκοντα, an habeat quae ad aedificium perficiendum requiruntur. v. *Münthius* ad h. l. ἀπαρτισμὸς *operis absolutio, perfectio.* Hesych. ἀπαρτίζει, τελειοῖ. Id. ἀπαρτία · τέλος · ἀπαρτισμός. Oecumen. ad Ephes. 4, 12. καταρτισμὸν explicat, ἀπαρτισμὸν, πλήρωσιν. Pro τὰ πρὸς in aliis libris legitur τὰ εἰς ἀπαρτισμὸν, in aliis simpliciter εἰς ἀπαρτ. lectionem genuinam esse puto τὰ εἰς ἀπαρτ. nam τὰ in verbis εἰ ἔχει εἰς, librariorum incuria facile omitti potuit, lectio autem πρὸς glossema redolere videtur.

31. *πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον*] *profecturus, vt cum alio rege committat proelium.* Coniungenda sunt verba *συμβαλεῖν εἰς πόλεμον*, v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. qui huius structurae exemplum simile desiderat, *εἰς πόλεμόν* referendum esse ait ad participium *πορευόμενος*, cum *συμβαλεῖν* habeat quocum construatur, np *ἑτέρῳ βασιλεῖ*, atque haec sit vsitata huius verbi constructio, quam in rem laudat Polyb. 1, 32. Ael. H. V. 10, 4. Pluribus vero iisdemque luculentis exemplis demonstrarunt *Elsnerus*, *Kypkius*, *Krebsius*, *Wetstenius* ad h. l. omnino Graece dici *συμβάλλειν εἰς πόλεμον*. Sic ap. Polyb. 3, 56. legitur *τοῖς πολεμίοις συμβαλεῖν εἰς μάχην*. add. Ioseph. Ant. 6, 5. 3. 12, 4. 9. vt adeo ad *συμβαλεῖν*, *confligere*, nude positum, subintelligendum sit: *εἰς μάχην* l. *πόλεμον*. Hesychius: *συμβαλεῖν — καὶ εἰς μάχην συμβαλεῖν*. Est autem *πόλεμος* h. l. id. qd. *μάχη*, *proelium*, vt ap. Hom. Il. *β'*, 443. *δ'*, 281. Xen. Cyr. 6, 2. 3. Anab. 1, 8, 4. eodemque modo vsurpari solet Hebr. מלחמה Ex. 32, 16. Gen. 14, 8. et Lat. *bellum* Vellei. Pat. 2, 69. Flor. 3, 5. 11. Lucan. 4, 43. Val. Max. 3, 2. 19. Ouid. Her. 1, 69. Iustin. 2, 12. v. *Raphelius* Polybb. p. 475. *Wetstenius* ad h. l. *Casaubonus* ad Polyb. 1, 12. T. 1. p. 794 sq. *Ern.* p. 147. ed. *Gronou. Klotzius* ad Tyrtae. p. 109. *Cortius* ad Sallust. b. Cat. c. 9. *Harlesius* ad Ouid. Trist. 5. 10. 26. *εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι κ. τ. λ.*] *an possit cum decem millibus occurrere hosti viginti millia aduersus ipsum ducenti.* *ἐν* id qd. *μετὰ*, Hebraei enim inter se permutare solent particulas ב et עם, vt Num. 20, 20. et Alexandrini interpretes vtuntur praepositione *ἐν* ad exprimendam Hebr. particulam עם. v. Deut. 10. 9. Coh. 1. 16. *ἀπαντᾷν*, *de occursu hostili* frequens. Diod. Sic. p. 512. A. *ἀπήντα τοῖς πολεμίοις μετὰ τῆς δυνάμεως.* add. Polyb. 2, 18. Xen. Cyr. 1, 4. 22. Anab. 4, 6. 3. cf. et *Wetstenius*, *Raphelius*, *Münthius* *Loesnerus* ad h. l. Formula autem *ἔρχεσθαι ἐπί τινα* adhibetur *de iis qui in expeditionem proficiscuntur, qui hostem inuadunt.* v.

Xen. Anab. 3, 1, 16. 4, 8. 4. *Wetstenius*, *Kypkius* et *Raphelius* Obff. Herodott. ad h. l.

32. *Alioquin*, si hoc diffidit rex ille, *mittit legationem ad eum procul adhuc remotum, et pacem petit.* Praepositio πρὸς inseruit h. l. periphrasi, ita, vt τὰ πρὸς εἰρήνην idem sit quod εἰρήνη, vt ap. Diod. Sic. p. 109. C. τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν positum est pro ἡ ῥίζα. Xen. Cyr. 1, 2. 30. τὰ πρὸς τὸν πόλεμον est id. qd. τὰ πολεμικὰ, ib 2, 1. 7. Exempla alia plura congessit *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 262.

33. Repetitur sententia v. 26. 27. proposita, atque adeo verbis πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν significantur parentes, cognati, bona, vita. ἀποτάσσεσθαι de cuius verbi vsu disputatum est ad Marc. 6, 46. Luc. 9, 61. h. l. notat: *renuntiare*, *abdicare*, *spernere*, *negligere*, vt ap. Ioseph. Antiq. 11, 6. 8. de Esthere, cibo et potu abstinente: Ἐσθὴρ δὲ ἱκέτευε τὸν Θεὸν — τροφῇ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσιν ἀποταξαμένη τρισὶν ἡμέραις, *Esther autem supplicabat Deo — per triduum a cibo, potu, omnibusque deliciis abstinens.* Philo L. 2. Alleg. p. 1. 105. A. ὅταν — ἡ ψυχὴ — ἀποτάξηται τοῖς κατὰ τὸ σῶμα, *quando animus renuntiaverit rebus corporeis*, vbi permutatur cum καταλιπεῖν· et sic h. l. est id. qd. μισεῖν v. 26. et ἀφιέναι Matth. 19, 29.

34. 35. Vid. not. ad Matth. 5, 13. Marc. 9, 49 sq. καλὸν τὸ ἅλας κ. τ. λ.] *sal si salsedinem amisit, quomodo eam recipiet, est prorsus inutilis.* Sensus huius prouerbii h. l. est: Qui meae disciplinae alumnus est factus, sed me meamque doctrinam rursus deserit, ne bona sua (τὰ ὑπάρχοντα) amittat, qui calamitatibus se deterreri patitur, ita, vt a mea disciplina descifcat: is non facile corrigi poterit, inutilis est, neque dignus, qui meus adfectator dicatur. — 35. οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν] *neque terrae, neque fimo aptum est*, non eo vti possumus

ad agros conferendos, neque ad eos ftercorandos, prorfus inutilis eft, neque per fe fructus profert, neque alteri ad fructum prodeft, ad nullos plane vfus domefticos vtilis eft. ἔξω βάλλουσιν αὐτὸ verte: *foras proiici debet*, verba enim Hebraeorum fimpliciter pofita faepius debitum indicant. vid. *Glaffius* Phil. S. p. 199 fq. ὁ ἔχων ὦτα κ. τ. λ. v. ad Matth. 11, 15.

CAPVT XV.

1. 2. In vrbe quadam, cuius nomen ignoratur, ἦσαν ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀκούειν αὐτοῦ, *cum acceffiffent ad Iefum omnes ibi verfantes vectigalium exactores, homines cummaxime flagitiofi* (vid. ad Matth. 5, 46.) *eius doctrinae audiendae cauffa.* 2. καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, *legisperiti e fecta Pharifaeorum grauiter obmurmurabant.* Nempe Iudaeorum magiftri, e fecta Pharifaeorum, qui fingularem vitae fanctitatem affectabant, cum portitoribus aliisque hominibus famofis, nullum plane commercium habebant, Luc. 5, 30. coll. Matth. 9, 10. Luc. 7, 39. et dedecori ducebant doctori, affidere homini plebeio vel famofo in conuiuio, et cum eo familiariter viuere. conf. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1146. Synagoga Iud. c. 12. p. 251. atque *Schoettgenii* Hor. Hebr. T. 1. p. 93. 292. Itaque cum Iefus, qui eiusmodi vana praecepta et iudicia non curabat, famofos vectigalium exactores, qui ad eum accederent, beneuole exciperet, cum iis conuerfaretur, quin et eorum conuictu veretur; male hoc habebat legisperitos e fecta Pharifaeorum, et cum eorum nonnulli Iefum vectigalium exactores docentem conueniffent, grauiter obmurmurabant, eumque re-

prehendebant, nofcitur; dicebant, ex fociis, ille qui fanctitatis laude confpicuus, doctor hominum effe vult, confortio hominum peffimorum vtitur. προςδέχεσθαί τινι, *admittere, benigne et humaniter, vt amicum excipere aliquem.* v. Xen. Cyr. 7, 5. 14. Thucyd. 2, 12. Ariftoph. Equit. 735. al. Male *Michaelis* verba: ἁμαρτωλοὺς προςδέχεται interpretatus eft: *epulis excipit gentiles;* nam ἁμαρτωλοὶ non funt *gentiles.* vid. ad Matth. l. c. nec legitur h. l. ἐπιδέχεται aut ὑποδέχεται, neque Iefus alios hofpitio excipere poterat. vid. 9, 58. Alii, cum verbum רצה Alexandrini exprimere foleant etiam verbo προςδέχεσθαι, vt Mal. 1, 10. Amof. 5, 22. Ief. 42, 1. προςδέχεσθαι vertunt: *amat, probat,* fed nulla adeft grauis atque idonea ratio, quae nos commouere poffit, vt h. l. a vulgari ac propria verbi fignificatione recedamus.

4 — 6. Vid. ad Matth. 18, 12. 13. τίς pro ἐάν τις. cf. not. ad Matth. 7, 9. ἐρήμῳ ad Matth. 14, 13. ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, *abibit perditam quaefiturus;* etenim ἐπὶ verbis eundi et mittendi iunctum, cauffam indicat, ob quam quis abit, vel mittitur, vt h. l. Iofeph. Ant. 6, 5. περιτυχόντες παρθένοις ἐφ' ὕδωρ βαδιζούσαις, *aquatum euntibus.* vid. *Kypkius* ad h. l. — 5. καὶ εὑρὼν — χαίρων] Tibull. 1, 1. 31 fq. *Non agnamue finu pigeat foetumue capellae Defertum, oblita matre, referre domum.* Calpurnius Ecl. 5, 39 fqq. *Te quoque non pudeat, quum ferus ouilia vifes, Si qua iacebit ouis partu refoluta recenti, Hanc humeris portare tuis, natosque tepenti Ferre finu tremulos, et nondum ftare paratos.*

7. Finita parabola Iefus v. 7. addit: *ita quoque, mihi credite, maiorem laetitiam in coelo excitabit vnus homo flagitiofus, qui ad meliorem frugem rediit, quam nonaginta nouem probitatis ftudiofi, quibus vitae emendatione non opus eft.* Itaque hac omni oratione, in qua fingula verba non nimis premenda funt, docere voluit Iefus Pharifaeos, fe

vtpote doctorem hominum, paftorem fidum (Ioh. 10, 11.) etiam peffimos excipere, cum iis conuerfari, eos emendare et edocere debere, cum et ipfum Deum geniosque coeleftes, eiusmodi hominum emendatio maxima laetitia afficiat. Eft autem ipfa loquendi ratio, quam h. l. deprehendimus, ex moribus hominum petita, quos recuperatio infperata rei antea amiffae maiori laetitia afficit, quam res, qua iam fruuntur. Per οὐρανὸν intelliguntur Deus et genii coeleftes coll. v. 10. Nempe Deum cogitabant fibi Hebraei tanquam ipforum regem fupremum, et angelos tanquam amicos ipfius, regni primores. v. ad Matth. 18, 10. Quosnam vero Iefus h. l. nominauerit δικαίους, quaeritur. Plures opinantur Pharifaeos innui, qui exiftimarent, fe effe homines fanctos, pietatis ftudiofiffimos, nec emendatione indigere, coll. Luc. 16, 15. Matth. 23, 28. Cui tamen interpretationi vel ipfa comparatio obftat. Debet enim ante ἢ ἐπὶ fubintelligi μᾶλλον, vt Tob. 6, 12. σοὶ καθήκει λαβεῖν, ἢ πάντα ἄνθρωπον *te potius decet illam accipere, quam alium.* add. Sir. 22, 15. 2 Macc. 14, 42. Sophocl. Ai. 981. ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν, ἢ κείνοις γλυκύς. Luc. 17, 2. 18, 14. Sunt potius δίκαιοι omnino homines emendati, a flagitiis fceleribusque abstinentes. In illa autem parabola, quae v. 12. fequitur, omnino notantur Pharifaei, id quod fatis perfpicue vltima pars parabolae docet.

8 — 10. Eiusdem plane argumenti eft illud quoque exemplum e vita humana deductum, quod v. 8. occurrit. *Aut fi qua femina e decem drachmis vnam amifit, nonne lucernam accendet, totam domum euerret, et ftudiofe quaeret, donec eam inuenerit?* δραχμή, *drachma*, numus argenteus, eiusdem cum denario ponderis, fex obolos valens, e noftra moneta tres groffos. Etym. M. δραχμή· σταθμὸς ὡρισμένος ἢ τὸ συνάθροισμα τῶν ἓξ ὀβολῶν. vid. Pollux Onomaft. 9, 60. *Manutii* Comment. in Cic. epp. ad Diu. 2, 17. T. 1. p. 196. ed. *Richteri.*

11. 23. Alio exemplo e vita communi defumto, oftendit Iefus, Pharifaeos fanctitatis opinione et fama fuperbientes (coll. v. 29. Matth. 9, 13. Luc. 16, 15. 18, 10.) non habere iuftam ipfum reprehendendi cauffam, quod admittat famofos vectigalium exactores, doctrinae diuinae cupidos, feriamque poenitentiam agentes; Deum enim plane nullum perire velle, eum promte ac lubenter peccatores refipifcentes fuscipere, iisque delictorum veniam concedere. Significantur enim, vt omnis parabolae confilium docet, (coll. v. 29 fqq.) per filium natu maiorem, Pharifaei. per filium vero natu minorem, vectigalium exactores, omninoque homines flagitiofi, refipifcentes. Minus recte alii per filium natu maiorem Iudaeos intelligunt, per filium natu minorem, gentiles. Nam neque v. 2. ἁμαρτωλοὶ funt gentiles, fed vectigalium exactores, qui non omnes gentiles erant, fed ex parte etiam Iudaei, v. Matth. 9, 9. Luc. 7, 29. 18, 10. quos reliqui Iudaei, quibus, vtpote homines acerbi et iniqui, odiofi erant, ἁμαρτωλοὺς i. famofos, fceleratos, vocare folebant. Conf. et not. ad Matth. 21, 28 fq. Caeterum fimilitudo h. l. propofita eft vna ex pulcherrimis, fed neque in hac parabola fingula verba ab interprete vrgenda funt, nec explicanda ea quae tantum ad ornatum poeticum orientalem pertinent, fed refpici debet finis et confilium fabulae. Petierat filius natu minor a patre legitimam patrimonii partem, vt ex ea peregre profecturus quaeftum facere poffet, Pater igitur filiis diuidebat patrimonium, ita tamen, vt referuaret fibi fundos, agros, domum, feruos, coll. v. 22, 29. 31. et filius natu maior in familia paterna maneret, ac de paterno viueret, coll. v. 29. 21. Itaque non neceffe eft, vt cum aliis cogitemus de bonis matris defunctae, quae filius natu minor poftulaffet. vid. notat. ad v. 30 fq. Caeterum primogenitus apud Hebraeos accipiebat duplicem portionem facultatum omnium, natu minor vnam tantum. cf. Deut. 21, 17. *Michaelis Mofaifch. Recht*, §. 79. οὐσία et βίος funt vocabula idem valentia, *opes*, *faculta-*

tes, nominatim h. l. frumenta, pecora etc. v. Comment. in Matth. p. 200. Marc. 12, 44. Luc. 8, 43. Sed τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας id. qd. τὸ ἀνῆκον, eſt *pars facultatum quae mihi competit.* ἐπιβάλλειν, *competere, deberi.* Diod. Sic. p. 169. B. Αἰγιμαίῳ μὲν τὸ ἐπιβάλλον τῆς χώρας τρίτον μέρος παρέθετο, *tertiam Aegimaeo partem, quae ſibi debebatur, ad depoſitum tradidit.* Tob. 6, 11. ὅτι σοὶ ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς. add. 3, 17. 1 Macc. 10, 30. 2 Macc. 3, 3. 9, 16. exempla plura alia v. ap. *Wetſtenium*, *Raphelium*, *Kypkium*, *Münthium* et *Loesnerum* ad h. l.

13. συναγαγὼν ἅπαντα] *collectis omnibus*, frumento, pecudibus, reliquisque quae a patre acceperat, venditis. εἰς χώραν μακρὰν, *in regionem longius remotam*, vt 19, 12. Hebr. רָחוֹק 1 Chron. 17, 17. Prou. 7, 19. v. *Kypkius* ad h. l. καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ζῶν ἀσώτως] *ibique perdite, nequiter viuendo, facultates dilapidauit ſuas.* ἄσωτος proprie eſt id. qd. ἄσωςος, *qui ſeruari nequit.* Soph. Ai. 190. vbi ſchol. ἀσώτου γενεᾶς explicat: τῆς ἐξώλους καὶ σώζεσθαι μὴ δυναμένης· deinde ſpeciatim ita dicitur *prodigus*, et ἀσωτία eſt *prodigalitas*, ſchol. ad Soph. l. c. ἄσωτος, ὁ τὸν πατρῷον κακῶς δαπανήσας κλῆρον· hinc ſenſu latiori ἄσωτος adhibetur de eo *qui turpiter viuit*, et ἀσωτία eſt *vita ad omnem turpitudinem proiecta*, vt Eph. 5, 18. Tit. 1, 6. Gellius N. A. 7, 11. *et nequam hominem nihili, neque rei, neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηςον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν dicunt.* Heſychius: ἀσώτως, αἰσχρῶς. Lex. Cyrilli Brem. ἀσωτία, πορνεία, v. *Wetſtenius* ad h. l. *Deylingius* Obſſ. Sacr. P. 3. p. 341. et *Kypkius* ad h. l. poſteriori ſenſu in hac verborum complexione capiendum eſt, nam infra v. 30. legitur: ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν.

14. 15. δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα] *cum profudiſſet omnia.* Verbum δαπανᾷν, quod alias etiam bono

ſenſu legitur, h. l. malo ſenſu poſitum eſt, ita vt notet: *male abſumere, perdere*, et idem ſit quod διασκορπίζειν. v. 13. Sic quoque occurrit ap. Ael. H. V, 9, 9. τὰ δὲ λοιπὰ εἰς τὴν ἀκολασίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐδαπάνα. Suidas: δαπανᾶν, οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν, καὶ σπαθᾶν, καὶ δαπανᾶν τὴν οὐσίαν. vid. *Krebſius* ad Iac. 4, 3. *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 109. *Suiceri* Theſ. Eccl. T. 1. p. 823. Pro λιμὸς ἰσχυρὸς (Thucyd. 3, 85. λιμὸς ἰσχυρὸς ἐγένετο ἐν τῇ πόλει) cum nonnullis iisdemque idoneis codd. legendum eſt ἰσχυρά. Nempe Attici dixerunt ὁ λιμὸς, Dorienſes ἡ λιμὸς, v. Phrynichus, Phauorin. Etymol. M. conſtat autem, multa e Dorienſium quoque ſermone in linguam Graecorum communem eſſe profecta, et in libris verſ. Alex. ἡ λιμὸς reperitur, v. Ieſ. 8, 21. 1 Regg. 18, 2 Ier. 17, 18. 1 Macc. 9, 24. hinc h. l. praeferendum ἰσχυρὰ, vt recte iudicarunt *Valckenarius* Specim. Annotatt. critt. in locos quosd. N. T. p. 383 ſq. et *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 671 ſq. κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην] pro ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ, *in illa regione*. Diodor. Sic. p. 13. B. κατὰ τὴν Θηβαΐδα τῆς Αἰγύπτου, *in Thebaide Aegypti*. Polyb. Excerptt. p. 1105. Ἕλληνας τοὺς κατ' Ἀσίαν. Herodo. 8, 115. κατ' ὁδόν. Heſychius: κατὰ πρόθεσις — καὶ ἀντὶ τοῦ ἐν. vid. *Fiſcherum* et nos in Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 187 ſq. atque *Münthium* ad h. l. 15. ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης] *ad ciuem quendam illius regionis ſe applicabat*, ſeſe elocabat ei. De verbo κολλᾶσθαι vid. notata ad Matth. 19, 5. εἰς τοὺς ἀγροὺς vid. Matth. 22, 5.

16. κεράτιον] *ſiliqua*, Gallice, *carouges*, Syr. et Arab. חָרוּבָא, qua voce h. l. vterque interpres vſus eſt, fructus dulcis arboris ſilueſtris, quo non tantum ſues, vt apud nos glandibus, ſed etiam ſerui, et infimae conditionis homines alebantur. Vaiikra rabba ſect. 13. fol. 156. 4. *dixit R. Acha: neceſſe eſt, vt Iudaeus edat ſiliquas* (i. ad ſummam paupertatem redigatur), *ſic enim aget poeniten-*

tiam. Arbor ipſa in Syria, Ionia, circa Rhodum et Cnidum frequens, dicitur κερατωνία ſ. κερατία, ſ. κερωνία, etiam συκῆ Αἰγυπτία, *ficus Aegyptia*, non quod in Aegypto naſceretur, v. Theophraſt. H. P. 1, 17. ſed quod ſimilis eſſet illi arbori Aegyptiae, quam alii ficum, alii morum Aegyptiam, vel nomine compoſito συκομόρον appellarunt. Hyſychius: κερατωνία, συκῆ Αἰγυπτία. Idem: κερωνία, τὸ δένδρον, ἡ συκῆ Αἰγυπτία. A Germanis arbor illa vocatur *Bockshornbaum*, quoniam fructus ſimilitudinem cornuum habet, etiam *Iohannisbrodbaum*, quoniam Iohannem in deſerto fructu huius arboris vſum eſſe, olim credebatur. A Gallis dicitur: *caroubier*. Conf. omnino interpp. ad Perſ. 3, 55. Horat. Epp. 2, 1. 123. Iuuenal. 11, 58. *Relandi* Palaeſtina p. 379. *Harduinus* ad Plin. H. N. 13, 8. 16. 15, 24. 26. *Salmaſii* Exercitatt. Plin. p. 459 ſq. *Bocharti* Hieroz. P. 1. p. 708. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 821. *Wetſtenius*, *Schoettgenius* et *Wolfius* in Curis ad h. l. *Warnekros* hiſtoria naturalis Sycomori in *Eichhornii Repertor. für bibl. u. morgenl. Literatur*, T. 12. p. 93 ſqq. Cupiebat filius ille ventrem implere ſiliquis, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ] *ſed nemo ei dabat.* Interpretes haud pauci haec verba explicant: nemo enim ei quicquam dabat, quod ederet, et ne panis quidem fruſtum. Sed haec ipſa ſententia: *nemo ei* quicquam *dabat*, orationi obtruditur; ſeruus omnino vtcunque alendus erat a domino, ne fame periret. Ipſa orationis ſeries non tam poſtulat, quam potius flagitat, vt ſubintelligatur, ἀπὸ τῶν κερατίων, *nemo ei dabat ſiliquas.* Statuendum eſt, ſubulcum, non in ſiluam, ſed in agros egiſſe gregem, vt ibi herbis famem vtcunque expleret; veſperi cum porci domum rediiſſent, villicum ad rem attentum, certa menſura porcis porrexiſſe ſiliquas, vt ſatiarentur, neque tamen de ſiliquis tribuiſſe ſubulco. Ineſt omnino verbis ſententia haec: ſubulcus accipiebat cibum ſiliquis viliorem, et hunc etiam parce, vt adeo fame haud raro torqueretur.

17. Filius ille miseram sortem deplorans, quam perdite viuendo sibi contraxerat, poenitentia actus, reditum ad patrem meditabatur. εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν, *ad se reuersus*, haud male *Kypkius* haec verba interpretatus est: „cum miser homo, qui ἀσώτως huc vsque vixerat, parum ad rationes suas attendens, secum habitare inciperet, et tam vitam ante actam, quam miserum in quem deuenerat statum, sortemque flebilem in posterum metuendam accuratius perpenderet, et simul resipisceret, atque ad bonam frugem rediret.“ Scilicet formula ipsa ἔρχεσθαι εἰς ἑαυτὸν proprie dicitur *de iis, qui deliquium animi passi ad se redeunt*; deinde vero transfertur ad eos, *qui ad sanam mentem redeunt, qui ita agunt, vt homines sanae mentis decet.* Diod. Sic. 13, 95. τοῖς λογισμοῖς εἰς ἑαυτοὺς ἐρχόμενοι. Arrian. Epictet. 3, 1. ὅταν εἰς σεαυτὸν ἔλθῃς. Lucret. 4, 994. *Donec discussis redeant erroribus ad se.* Terent. Adelph. 5, 3. 8. *Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.* Donatus ad Terent. Andr. 3, 5. 16. *Ad se autem redit, qui amens esse desistit.* v. *Kypkius* ad h. l. et *Wesselingius* ad Diod. Sic. l. c. περισσεύουσιν ἄρτων, *cibis, alimentis abundat.* Post verba ἐγὼ δὲ in pluribus optimae notae libris additur ὧδε, in aliis vero nonnullis post λιμῷ. Cum praecesserit ΓΩ ΔΕ, facile a librariis omitti potuit ΩΔΕ, grammatici, vt auribus consulerent, ὧδε scribendum esse notarunt post λιμῷ, vnde in nonnullis libris extat λιμῷ ὧδε· Legendum: ἐγὼ δὲ ὧδε, et ὧδε graphice h. l. additum est.

18. 19. ἀναστὰς per Hebraismum redundat. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου] *in Deum pariter atque te deliqui.* οὐρανὸς more Hebraeorum positum est pro Θεός, v. ad Matth. 3, 2. 16, 19. 21, 24. ἐνώπιόν σου, *pater in te peccaui.* חָטָאתִי לִפְנֵי אָבִיךָ 1 Sam. 20, 1. εἰς exprimit Hebr. ל quocum חטא etiam frequenter construitur, v. Gen. 20, 9. 39, 9. 40, 1. Ex. 10, 16. sed particula ל idem valet quod לפני et in pluribus

formulis aliis, v. *Noldius* Concordd. ſub v. ל n. 8. vnde et Chaldaicarum verſionum auctores, particulam iſtam Hebraicam commutarunt cum particula קֳדָם, vid. Gen. 20, 6. 1 Sam. 7, 6. 12, 23. ſunt ergo formulae *ἁμαρτάνειν εἰς* et *ἐνώπιον* idem valentes. — 19. Particulam *καὶ*, quam plurimi codd. etiam verſſ. omittunt, ex ordine eiecit *Griesbachius*, neque tamen ea vel maxime demta, neceſſe eſt, ut cum *Schulzio Anmerkk.* ad h. l. ita interpungamus: *οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κ. τ. λ.* Senſus autem verborum *οὐκέτι εἰμὶ κ. τ. λ.* eſt: non ſum dignus qui ſim tuus filius, et a te tracter tanquam filius. *ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου*, *fac me, tracta me* (Matth. 27, 22.) *vt vnum mercenariorum tuorum.* Gen. 48, 20. *ποιήσαι σε ὁ Θεὸς ὡς Ἐφραΐμ.* Ieſ. 41, 15. *ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης.*

20. 21. *ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος κ. τ. λ.*] *venientem e longinquo conſpicatus pater, ruit in amplexum eius, eumque oſculatus eſt.* Gen. 45, 14. *ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον Βενιαμίν.* Tob. 11, 8. *καὶ προςδραμοῦσα Ἄννα ἔπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς.* Verbum *καταφιλεῖν* reſpondet Hebr. נָשַׁק, quod in verſione ſeptuagintauirali exprimitur verbis *φιλεῖν* 1 Sam. 10, 1. Gen. 29, 13. et *καταφιλεῖν* Gen. 31, 23. 32, 1. et vt h. l. verbo *καταφιλεῖν* iuncta eſt formula *ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλον*, *complecti, amplexari*, ita quoque Gen. 33, 4. verbo נשק addita legitur formula נָפוֹל עַל־צַוָּאר. Particulam *καὶ* ante *οὐκέτι* alii libri omittunt, fortaſſis recte; ſaepius enim ea a librariis atque grammaticis male aſſuta eſt. Verbis *κληθῆναι υἱός σου* in nonnullis codd. adiecta leguntur verba: *ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου·* quae tamen repetitio verborum v. 19. grammaticis ſuam originem debet. Vulgaris lectio longe exquiſitior eſt, addere voluit haec verba filius, coll. v. 18. ſed pater prae gaudio eum oſculis, caeterisque officiis interpellauit, vt omnia animo concepta verba proferre non poſſet.

22. τὴν ϛολὴν τὴν πρώτην] Sine omni idonea ratione Theophylactus τὴν πρώτην explicuit τὴν ἀρχαίαν, priorem l. *priſtinam ſtolam*, eſt potius ἡ ϛολὴ ἡ πρώτη, *ſtola illa praeſtantiſſima.* Repetitio articuli docet, patrem non loqui de quacunque ſtola generatim, ſed de certa quadam, eademque eximia; πρῶτος autem ſaepius eo ſignificatu occurrit, vt ſit: *praeſtantiſſimus, pretioſiſſimus.* Ez. 27, 12. μετὰ πρώτων ἡδυσμάτων. 1 Par. 27, 33. πρῶτος φίλος τοῦ βασιλέως. Eodem modo vtuntur Latini voce *primus.* v. Terent. Adelph. 5, 2. 4. Iuſtin. 2, 9. Seruius ad Virg. Aen. 1, 24. De voc. ϛολὴ v. not. ad Marc. 12, 38. δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ] *ornate manum annulo* np. aureo, quem ditiores et honoratiores geſtare ſolebant Gen. 41, 43. 1 Macc. 6, 16. Iac. 2, 2. καὶ ὑποδήματα ſerui carebant calceis. v. *Ferrarius* de re veſtiar. 1, 11. Filium ergo male veſtitum veſtiri iuſſit ita, vt appareret ei priſtinam filii dignitatem reſtitutam eſſe. Ineſt autem huic imagini notio ſimplex haec: ſerio poenitentiam agentes in gratiam Deus recipit, peccata iis remittit, eosque beneficiis ornat.

23. καὶ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε] *vitulumque illum ſaginatum mactate.* θύειν, vt ſatis euidenter ſequentia verba docent, h. l. notat *mactare*, v. ad Matth. 22, 4. male *Elsnerus* reddi voluit *ſacrificare.* v. *Wolfius* in Curis ad h. l. Caeterum *Michaelis* in *Anmerkk.* ad h. l. obſeruauit, carnem vituli mactati, et vbi refrixerit, paulo poſt mactationem aſſati, lentam quidem eſſe, nec facile manducari poſſe, ſed in Orientis regionibus, carnem adhuc tepidam mactatae pecudis coqui vel aſſari, eamque mollem eſſe ac teneram. καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν, *vt laeti epulemur.*

24. ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν κ. τ. λ.] *nam hic filius meus mortuus erat, ſed reuixit, perditus et denuo inuentus eſt.* Senſus horum verborum eſſe poteſt: filium

meum mortuum esse credebam, iam vero eum viuere scio. Achill. Tat. 7, 6. τίς γὰρ οἶδεν, εἰ ζῇ πάλιν; μὴ γὰρ οὐ πολλάκις τέθνηκεν; μὴ γὰρ οὐ πολλάκις ἀνεβίω; *quis scit annon denuo reuiuiscat? nonne aliquoties iam mortuam esse credidisti? semperque reuixit?* add. Act. 20, 9. Sed νεκρὸς per metaphoram ponitur etiam de eo, qui vitam prauam agit atque sceleſtam, improbitati indulget, v. 1 Tim. 5, 6. not. ad Matth. 8, 22. R. Iarchi ad Gen. 11, 32. *improbi etiam viui dicuntur mortui; iusti autem, quamuis mortui, dicuntur viui.* cf. et *Kypkius* ad h. l. Verbum ζῆν, vt sit vitam honeſtam agere virtutisque ſtudioſam, legitur Rom. 6, 13. Apoc. 3, 1. al. vnde et h. l. Theophylactus ἀνέζησε expoſuit: ἀπὸ ἁμαρτίας ἐκαθαρίσθη. ἐκ νεκρώσεως ἀνέζησε. Recte. Nam filius ad meliorem frugem redierat, et culpam ſuam aperte atque ingenue confeſſus erat, coll. v. 21. et cum filius natu maior dixiſſet patri: ὁ υἱός σου οὗτος, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, v. 30. pater ei reſpondet ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, v. 32. vbi verba νεκρὸς et ἀνέζησε ſenſu tralato capienda eſſe, in promtu eſt. Homines autem improbitati indulgentes vocari etiam ἀπολωλότας ſatis perſpicue docent loci Matth. 10, 6. 15, 24. Luc. 19, 10. cf. et ſupra v. 7. 10. καὶ ante ἀπολωλὸς plures codd. et verſſ. omittunt, etiam ἦν in aliis libris ante ἀπολωλὸς poſitum extat, in aliis deeſt; vnde rectius καὶ et ἦν expunguntur, vt et infra v. 32. breuitatem orationis affectus patris commendat. καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι] *itaque epulati ſunt.* Scilicet εὐφραίνεσθαι proprie vſurpatur de iis, *qui laetitiae et hilaritati indulgent*, deinde ſpeciatim ponitur etiam de iis, *qui conuiuantur et epulantur*, cum in conuiuiis gaudia et laetitiae regnent vt h. l. et infra v. 29. 30. Hebraei eodem modo vſi ſunt verbo שָׂמַח. v. Deut. 12, 12. 16, 11. 14. Gloſſ. vett. εὐφραίνω — *epulor.* Εὐφρασία, *epulatio.* Heſychius: εὐωχηθέντα· εὐφρανθέντα. Εὐωχία· εὐφροσύνη. cf. *Palairetus* Obſſ.

S. ad Luc. 16, 19. et *Fischerus* Prolusf. de vit. Lexx. p. 579 sq.

25. συμφωνία, *concentus musicus.* Suet. V. Cal. 37. *discumbens de die inter choreas ac symphonias.* Horat. A. P. 374. *Vt gratas inter mensas symphonia discors.* Senec. ep. 12. *ad symphoniam canere.* Hinc *pueri symphoniaci*, ap. Cic. p. Mil. 21. sunt pueri, qui longitudinem viae canendo ac ludendo tibiis aliisque instrumentis fallebant. Receperunt hoc voc. Gr. etiam Iudaei in suam linguam. Legitur enim Dan. 3, 5. 7. 10. 15. vbi tamen instrumentum musicum notare videtur. Isidor. 3, 21. extr. *Symphonia vulgo appellatur lignum cauum ex vtraque parte, pelle extensa, quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea ex concordia grauis et acuti suauissimus cantus.* Erant autem apud populos Orientis saltationes et concentus musici in conuiuiis solennes. v. not. ad Matth. 14, 6. et *Harmari Beobachtungg. über den Orient.* Th. 2. p. 89.

26. 27. παίδων supra v. 22. δοῦλοι v. ad Matth. 8, 6. ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν] *saluum eum recepit.* Verbum ὑγιαίνειν proprie quidem de sanitate corporis adhibetur, ponitur tamen etiam tropice de iis, qui sanae mentis sunt, qui sobrie ac continenter viuunt. Plutarch. Educ. Puer. 7, 18. τοῦ μὲν ὑγιαίνοντος καὶ τεταγμένου βίου καταφρονήσασι. add. Aristoph. Plut. 364. *Palairetus* et *Kypkius* ad h. l.

28. 29. παρακαλεῖν, *aduocare, arcessere, inuitare,* Act. 28, 20. Xen. Cyr. 5, 2. 3. παρεκάλει πάντας τοὺς φίλους. Anab. 6, 1. 2. ἐπὶ ξενίᾳ ἐδέχοντο αὐτόν· παρεκάλεσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων οὓς ἐδόκει δικαιότατον εἶναι. Suidas: παρακαλεῖν, τὸ αἰτεῖν. Alii παρακαλεῖν h. l. vertunt *hortari*, hortabatur, rogabat filium, vt conuiuii et communis laetitiae fieret particeps. Luc. 3, 18. 1 Thesf. 2, 11. Suidas: παρακαλεῖν, τὸ προτρέπεσθαι. Filius

natu maior cum patre expoſtulans, et ſua merita iactans, atque a diuturnitate temporis argumentum ducens, τοσαῦτα, inquit, ἔτη δουλεύω σοι κ. τ. λ., *per tot annos tibi officia debita praeſtiti, nec unquam tua mandata neglexi.* παρέρχεσθαι vid. ad 11, 42. ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ bene Vulg. *vt cum amicis meis epularer.* vid. ſupra ad v. 24.

30 — 32. ὁ υἱός σου οὗτος, *iſte tuus filius*, inuidioſe et contumelioſe patris filium vocat; ad quae pater ὁ ἀδελφός σου οὗτος v. 32. ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν] *qui cum ſcortis bona tua conſumſit:* καταφαγεῖν, *deuorare* pro dilapidare, conſumere. Hom. Odyſ. ο, 12. μή τοι κατὰ πάντα φάγωσι Κτήματα. Catull. 29, 23. *deuorare patrimonia.* Petron. c. 44. *quod ad me attinet, iam pannos meos* comedi, *et ſi perſeuerat haec annona, caſulas meas vendam.* v. *Torrentius* et *Lambinus* ad Horat. epiſt. 1, 15. 40. *Valckenarius* ad Hippol. 626. et *Wetſtenius* ad h. l. — 31. πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν] *omne meum tuum eſt*; his verbis non haec ſententia ineſt: bonorum meorum omnium aliquando heres eris; ſed ſenſus eorum ita conſtitui debet: meis vti potes tanquam tuis. Manſerat enim filius natu maior in familia patris, qui ſibi partem bonorum reſeruarat, vid. ad v. 12. hinc cum patre habebat omnia communia, et de paterno viuebat, filius autem natu minor, mortuo patre, etiam in partem hereditatis veniebat. — 32. εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει] vulgo ſupplent σε, atque adeo verba vertunt: *laetum te oportet nobiscum epulari*; rectius tamen haec abſolute dicta putantur, vt ſit parentis ſeſe defendentis: *laetae inſtituendae erant epulae, multo enim omnium nunc me fortunatiſſimum puto,* (Terent. Heaut. 4, 8. 1.) cum tuus reſipuerit frater.

CAPVT XVI.

In argumento parabolae, quae initio huius capitis legitur, conſtituendo, mirum in modum inter ſe disſentiunt interpretes. Sunt qui hac ſimilitudine ſignificari opinentur receptionem in eccleſiam chriſtianam; hanc ſcilicet vim, nulla ratione vſus loquendi habita, tribuunt formulae δέχεσθαι εἰς σκηνὰς αἰωνίους. Alii hanc ſententiam parabolae ineſſe putant: quilibet ſapienter de vitae neceſſitatibus ſibi proſpiciat, aliosque ſibi amicos opportune conciliet, δέχεσθαι εἰς σκηνὰς αἰωνίους explicant: recipi in domicilia ad vitae vsque finem. Alii ſtatuunt, commendari h. l. opum male partarum, iniuſtarum (τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας) reſtitutionem, aut piis erogationem. Rurſus alii ſermonem eſſe contendunt, de prudenti honeſtoque diuitiarum caducarum (τοῦ μαμ. τ. ἀδικ.) vſu. Alii aliter hunc locum interpretati ſunt. Singularibus libellis huius loci tractationem complexi ſunt, praeter alios: *Zeunius*, cuius explicatio inſerta eſt Commentatt. theoll. a *Velthuſeno*, *Rupertio* et me ipſo editis Vol. 4. p. 491 ſqq. *Facius* in commentat. ad Luc. 16, 9. Coburgi 1795. Anonymus in *Henkii Magaz. f. Exegeſe*, *Kirchengeſch. und Religionsphiloſoph.* Bd. 5. St. 2. p. 336 ſqq. *Winterbergius* in Diſſ. de tabernaculis aeternis, inſerta Commentatt. theologg. Vol. 3. p. 116 ſqq. *Möllerus* in *Auguſti theol. Blättern*, 1 Jahrg. 2 Quart. p. 353 ſs. 1797. *Kirſtenus* in *Auguſti theolog. Blätt.*, Jahr. 1. p. 487 ſqq. *Nitzſchius* in *J. F. Flatti Magazin für Dogm. u. Moral*, St. 4. 1798. *C. C. Flattus* in *Flatti Magazin* etc. St. 6. p. 24 ſqq. *Enckius* in Diſſ. ad locum Luc. 16, 9. Lipſ. 1799. *Henslerus* in *Hufnagelii* libro inſcripto: *für Chriſtenth.*, *Aufklärung und*

Menschenwohl, Bd. 3. Heft 4. 1800. p. 367. *Conzius* in *Henkii Neuem Magazin für Exegese* etc., Bd. 5. 1800. p. 184 ss. Conf. omnino *Schreiterus*, qui omnes fere huius loci explicationes vnquam prolatas congessit, et examinavit, in libello inscripto: historico-critica explicationum parabolae de improbo oeconomo descriptio. Lips. 1803. 8. add. *Keilii kurze Erläuterung der Stelle Luc. 16, 1 — 13.* in: *Analekten für d. Studium der exeget. u. systematischen Theologie, herausgegeben von D. Keil u. D. Tzschirner.* (Leipz. 1814. 8.) B. 2. St. 2. p. 152 sqq. Iam vero antequam ad ipsam loci interpretationem transimus, videndum erit, annon, probabiliter saltem, constitui possit, quonam tempore, et quibusnam, hanc Christus parabolam dixerit. Ac nihil quidem impedit, quo minus statuamus, Christum hanc collationem, vt superiores, proposuisse, praesentibus discipulis suis, portitoribus et Pharisaeis, eumque ea spectasse inprimis portitores et Pharisaeos. Nempe e v. 14. huius cap. sat clare patescit, Pharisaeos tunc temporis fuisse praesentes, iisdem vero etiam Christum dixisse parabolas, quae c. 15. leguntur, eiusdem capitis v. 3. euidenter docet, add. 15, 2 11. ibi not. coll. 16, 15. Constat porro vocabulum μαθηταὶ in scriptis Euangelistarum saepius latiori sensu adhiberi, eoque omnis generis sectatores Christi significari; v. Matth. 24, 1. 28, 19. Luc. 6, 13. Ioh. 6, 60. 66. commode igitur h. l. v. 1. insigniri poterant hoc nomine, praeter alios Christi discipulos, etiam portitores, qui Christo docenti tunc temporis assidebant. Intercedit denique similitudo quaedam, inter hanc, et vltimam c. 15. parabolam. In illa depingitur filius habendi cupidus, et bona paterna profundens, in hac depingitur oeconomus, habendi cupidus, perfidus, dominum defraudans, eiusque bona profundens, coll. v. 10 — 12. Sentiendi autem et agendi ratio oeconomi illius, cuius imaginem hoc loco Iesus viuis coloribus delineauit, propria erat atque solennis et portitoribus et Pharisaeis. Portitores erant pecuniae auidi, variisque fraudibus opes sibi col-

ligebant. v. Luc. 19, 2. 8. Diuitiarum amantes erant etiam Pharifaei, et varii generis artibus eas acquirere ftudebant. vid Matth. 23, 14. Luc. 11, 39 fqq. Oeconomus ille liberalitate illiberali et iniqua amicos fibi comparabat; Pharifaei liberalitatis ftudiofi erant, vt placerent populo, vt fectatores et fautores nancifcerentur quam plurimos. v. Matth. 6, 2 fs. 23, 5. His igitur rationibus adducti arbitramur, Iefum inprimis portitores et Pharifaeos fpectaffe hac parabola, eamque eodem tempore propofitam effe, quo illae, quas Lucas c. 15. retulit. Argumentum autem huius collationis, ornatu omni demto, videtur effe hoc: quod attinet diuitiarum comparationem et vfum, prudenter vobis profpiciatis de futurae vitae felicitate, opes terrenas, vanas illas atque caducas, vobis ita parate v. 4. 5. easque diuinitus vobis conceffas, ita adminiftrate et adhibete, vt Deo probemini, et in coelo bona propria atque perpetua recipiatis. Ita Chriftus ipfe mentem fuam explanauit v. 9 — 13. add. not. ad Matth. 6, 19. Caeterum neque in hac parabola, ea quae ad ornatum pertinent, explicanda funt, περιςάσεις autem omiffae, confilio narrantis conuenienter fuppleri debent, ita, vt fingulae partes narrationis cohaereant.

1. 2. Poftquam Iefus tribus parabolis c. 15. propofitis, Pharifaeos ad filentium redegerat, qui ipfum vituperarant, quod cum famofis portitoribus commercium haberet, iam orationem conuertens πρὸς τοὺς μαθητὰς, ad difcipulos et portitores praefentes, ita pergebat: ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον] *homo quidam diues habebat dispenfatorem.* οἰκόνομος adminiftrator rei familiaris, feruus, qui rei familiari, reliquoque famulitio praeerat. v. ad Matth. 24, 47. Hefychius: οἰκόνομος, ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος. Neque tamen hic difpenfator ex ordine feruorum fuiffe videtur, coll. v. 3. οὗτος διεβλήθη αὐτῷ] *qui apud eum delatus erat.* Nempe διαβάλλειν non modo eft *calumniari, in inuidiam adducere, falfo accufare*, fed etiam in genere *accufare, denuntiare,* fiue ac-

cusatio vera sit, siue falsa. De accusatione vera legitur ap. Philostrat. 3, 38. add. Diod. Sic. 269. D. de Themistocle, qui nec precibus Pausaniae locum dare, vt Persis proderet Graeciam, nec deferre amicum, vtut nocentissimum, voluit: οὔτε προςεδέξατο τὴν ἔντευξιν, οὔτε διαβάλλειν ἔκρινε δεῖν ἄνδρα φίλον. Ioseph. Ant. 6, 10, 2. Michal, Sauli filia, Dauidis amore capta, dicitur διαβληθῆναι πρὸς τὸν πατέρα, *apud patrem delata esse;* hinc ab Isocrat. ad Nicocl. p. 44. Basil. 1571. verbo διαβάλλειν iungitur ψευδῶς, et Ioseph. Ant. 13, 4. memorantur διαβολαὶ ψευδεῖς, *criminationes falsae.* cf. et *Kypkius* ad h. l. Etiam h. l. accusationem veram intelligendam esse, neque oeconomum, vt nonnulli somniarunt, fuisse hominem fidum atque honestum, ex omni orationis serie apertissime apparet. Dispensator enim, cum dominus rationes reposceret, purgare se non poterat, nec dominus laudauit hominis fidem, sed tantum ὅτι φρονίμως ἐποίησεν. v. 8. — 2. τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ, *qui hoc de te audio?* vox indignantis et exprobrantis τί pro διατί, vt saepius. v. Matth. 26, 10. ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου] *redde mihi administrationis tuae rationem:* λόγον ἀποδοῦναι, *rationem reddere,* qua voce etiam vsus est Theodot. Dan. 6, 3. pro ea legitur λόγον δοῦναι. Rom. 14, 12. οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν, *non enim amplius res meas administrabis;* opera tua non vlterius vtar. Verbum δύνασθαι h. l. redundat. v. ad Matth. 9, 15.

3. 4. Audita domini sententia, dispensator εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, secum cogitabat: quid mihi faciendum, cum herus munere meo me abire iubeat? ἀφαιρεῖται, ἀπορεῖται, ἀποσπᾷ Hesych. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι] *fodere terram non possum, mendicare me pudet:* σκάπτειν hoc labore mercenario in fundis aliorum suscepto, vitam tolerare solebant, qui ad summam inopiam redacti erant. v. *Wetstenius, Raphelius* Obss. Xenoph. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. Lucian. Timon. 7. φεῦ τῆς ἀλλαγῆς· ὦ

καλὸς ἐκεῖνος, ὁ πλούσιος, περὶ ὃν οἱ τοσοῦτοι φίλοι; τί παθὼν οὖν τοιοῦτός ἐςιν αἰχμηρὸς, ἄθλιος καὶ σκαπανεὺς, καὶ μισθωτὸς, ὡς ἔοικεν, οὕτω βαρεῖαν καταφέρων τὴν δίκελλαν, *quid igitur accidit, vt hoc ſit habitu? ſqualidus, aerumnoſus, foſſor conductitius.* Ariſtoph. Auu. 143. Sycophanta ad Piſthetaerum: τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίςαμαι. vid. ibi interpp. οὐκ ἰσχύω, *non poſſum*, vires mihi deſunt, ſum ſenex, hanc interpretationem confirmare videntur verba v. 4. δέξονταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Alii explicant: non ſum aſſuetus his laboribus, vt ſit vox hominis ignaui et mollis. Quinctil. Decl. 9. *Quid vis porro faciam? agreſtia opera? delicatior, quod a fortuna non didici.* — 4. ἔγνων τί ποιήσω κ. τ. λ.] *ſcio*, opportune iam ſuccurrit, *quid mihi ſit faciendum, vt me a munere meo amotum, ſint qui aedibus ſuis recipiant.* μεταςαθῆναι, *ſubmoueri, reiici.* v. *Wetſtenius* et *Loesnerus* ad h. l. δέξωνται imperſonaliter poſitum, *vt ſint qui me recipiant*, inhaeret vero etiam huic voci notio haec: mihique praeſidiis orbato, manu munifica, vitae neceſſitates praebeant. vid. Ioh. 19, 27.

5 — 7. καὶ προςκαλεσάμενος ἕνα ἕκαςον τῶν χρεωφειλετῶν] *arceſſiuit vnumquemlibet debitorum domini*, quorum duo tantum exempli cauſſa allegantur. Faciunt autem haec ad parabolae ipſius ornatum, vt iam recte ad h. l. obſeruauit Theophylactus. — 6. ἑκατον βάτους ἐλαίου, *centum batos olei.* Βάτος, Hebr. בַּת, erat menſura liquidorum, continens LXXII. ſextarios. Ioſeph. Ant. 8, 2. 9. δύναται χωρῆσαι ξέςας ἑβδομήκοντα καὶ δύο. add. 15, 9. 2. Alexandrini interpretes Hebr. בַּת expreſſerunt μετρητὴς, v. interpp. ad Ioh. 2, 6. et hoc ipſo nomine vſus eſt etiam h. l. Syrus interpres ܡܟܝܠܢ conf. omnino *Eiſenſchmidius* de Menſur. et Ponderr. Vett. Sect. 2. c. 3. p. 77. 87. *Warnekros Hebr. Alterth.* p. 369. τὸ γράμμα, *chirographum, cautio.* Ioſeph. Ant. 18, 6. 3. Marſyas a Proto poſtulat αὐτῷ γοῦν παρασχεῖν ἐπὶ γράμματι καὶ πί-

σει τῇ αὐτοῦ, *vt pecuniam fibi mutuam daret, pro fyngrapho et fub fide fua.* v. *Krebsius* ad h. l. ταχέως γράψον pingit difpenfatoris fraudulenti metum ac trepidationem, et fimul docet, nouam fuiffe fcribendam fyngrapham. — 7. ἑκατὸν κόρους σίτου, *centum coros tritici.* Κόρος menfura aridorum, Hebr. כֹּר, conficiebat decem medimnos atticos, medimnus autem fex modios Romanos. Iofeph. Ant. 15, 9. 2. δύναται μεδίμνους ἀττικοὺς δέκα. v. *Eifenfchmidius* l. c. p. 88. *Warnekros* l. c. p. 369.

8. Ex omni narratione patet, herum praediuitem, fide ac probitate difpenfatoris fretum, rem familiarem neglexiffe et ignoraffe, quantum ei debitorum quisque deberet. Hinc et difpenfator, qui chirographa ipfe afferuaret, fperare poterat, fraudem fuam non facile detectum iri. Herus autem, cum poftea audiuiffet, debitores fuos oeconomum, quem fciret luxuriofius vixiffe, a munere amotum recepiffe, eique fuppeditare ad vitam tuendam neceffaria; modum quidem, quo oeconomus, vt fibi profpiceret, vfus erat, perfpiciebat, neque tamen oeconomum et debitores fraudis commiffae conuincere, cum iisque lege agere poterat. Hinc additur h. l. καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας κ. τ. λ.] *laudauit herus difpenfatorem perfidum, quod prudenter egerit.* Ergo non probauit nec laudauit hominis iniquitatem et perfidiam, fed laudauit ipfius prudentiam, quod tempeftiue cogitauerit atque follicitus fuerit de vita in pofterum fustentanda. Laudauit hominem, vt Chremes feruum fraudulentum ap. Terent. Heauton. 3, 2. 26. Syrus: *Eho! laudas quaefo, qui heros fallunt?* Chremes. *In loco ego vero laudo.* Ὁ κύριος nonnullis interpretibus eft, Chriftus ipfe, eiusque verba v. 8. allata effe putant. Sed κύριος v. 3. 5. notabat herum, oeconomi dominum, repugnant etiam huic interpretationi verba, quae initio v. 9. leguntur: κἀγὼ ὑμῖν λέγω κ. τ. λ. Itaque ὁ κύριος eft etiam h. l. *herus.* Verba autem v. 8. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος — ἑαυτῶν εἰσὶ pro ver-

bis Chrifti, ad explicationem parabolae pergentis, et iudicium fuum addentis, habenda funt. Mutatus vocis fonus, vultus et geftus dicentis edocebant auditores, iam non heri illius, fed ipfius Chrifti iudicium afferri. Sic omnia accurate cohaerent. *οἰκόνομος τῆς ἀδικίας* ex Hebraifmo pofitum eft pro *ἄδικος*. Quaeritur autem, quonam fenfu nomen *ἄδικος* h. l. capiendum fit. Minus recte vulgo vertunt *iniuftus*, reddi potius debet *perfidus*. Etenim difpenfator ille perhibetur fraudulenter ac perfide domini interuertiffe bona, et infra v. 10. *δίκαιος* atque *πιςὸς* fibi inuicem opponuntur. Confirmat praeterea fignificationem, quam nomini *ἄδικος* fubftituimus, vfus loquendi fcriptorum Graecorum, et Alexandrinorum V. T. interpretum. Nempe *ἄδικος* generatim ponitur de rebus et perfonis, de eo, de re, qui, quae, non talis eft, qualis effe debet; hinc adhibetur etiam de eo, qui officio et munere fuo non fungitur, qui fpem de ipfo conceptam fallit, qui periurus eft et perfidus. Sic. ap. Xen. Cyr. 2, 2. 26. *οἰκέται ἄδικοι* funt *perfidi, qui munere fuo non funguntur.* Anab. 1, 6. 8. *περὶ ἐμὲ ἄδικος, periurus, perfidus.* ib. 2, 6. 25. *καὶ ὅσους μὲν ἂν αἰσθάνοιτο ἐπιόρκους καὶ ἀδίκους.* In verfione autem feptuagintauirali, *ἀδικία, ἄδικος*, refpondent Hebraeorum nominibus רמיה *fallacia, fraus*, Iob. 27, 4. שֶׁקֶר, *mendacium, dolus*, Ier. 5, 31. coll. 13. מרמה, Hof. 12, 7. Pf. 42, 1. Amof. 8, 5. add. Prou. 12, 17. *ἐπιδεικνυμένην πίςιν ἀπαγγέλλει δίκαιος*, וְעֵד שְׁקָרִים מִרְמָה, *ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος.* ' ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου κ. τ. λ.] *fane homines rerum terrenarum ftudiofi, prudentiores funt, inter fuae aetatis homines, quam doctrinae diuinae ftudiofi. Φρόνιμος* eft *prudens, prouidus*, qui de futuro fibi profpicit, vt Matth. 7, 24. 25. 25, 2. vbi v. not. Particula *ὅτι* vel habet h. l. vim affeuerandi, *fane, profecto, vtique,* ut adeo fit id. qd. *ὄντως*, quo fenfu etiam faepius Hebr. כִּי legitur, vel prorfus redundat. *αἰὼν*, vt Lat. *feculum*, fignificat etiam *praefentis aetatis mores et confuetudines*, vt Hebr. ארח feu עולם דרך Iob. 22, 15. et faepius, *de moribus*

prauis, *malis artibus*, legitur, v. Rom. 12, 2. Eph. 2, 2. hinc plures h. l. verba υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου explicant: homines, qui huius feculi mores peruerfos et malas artes fequuntur et imitantur. Sed αἰὼν, *vita*, *aetas*, ὁ τοῦ ἀνθρώπου βίος, interprete Hefychio, add. fcholiaft. ad Hom. Il. 5, 685. Matth. 12, 32. fignificat etiam *res ad hanc vitam pertinentes*, maxime *diuitias*, *voluptates*, Matth. 13, 22. 2 Tim. 4, 10. et haec fignificatio huic loco apprime conueniens eft. Itaque υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου dicuntur homines, qui vnice rerum terrenarum ftudiofi funt, diuitiis inhiant, easque quouis modo acquirere ftudent. De vfu vocabuli υἱὸς v. ad Matth. 8, 12. 11, 19. υἱοὶ τοῦ φωτὸς, qui opponuntur τοῖς υἱοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου funt prop. *filii lucis*, *ad quos lux pertinet*, *lucis ftudiofi*. Sed φῶς, vt Hebr. אור, in literis facris adhibetur perquam frequenter, *de religione vera*, quatenus animos hominum illuftrat, ignorantiam depellit, cupiditates prauas minuit, v. ad Matth. 4, 16. vnde h. l. υἱοὶ τοῦ φωτὸς funt, *religionis verae*, *religionis chriftianae ftudiofi*. γενεὰ h. l. notat *eos qui aetate*, *feculo quodam viuunt*, *aequales*. vid. not. ad Matth. 11, 16. 23, 36. Alii quidem *vitam ipfam* hoc nomine noftro loco fignificari putant; fed haec vocabuli fignificatio nullis idoneis exemplis comprobari poteft. εἰς τὴν γενεὰν pofitum eft pro ἐν τῇ γενεᾷ, *inter fuae aetatis homines*. Senfus ergo verborum Chrifti, quibus ironia ineft, ita conftitui debet: *fane homines rebus terrenis vnice intenti*, *inter fuae aetatis homines*, *prudentiores funt* (quouis modo fibi profpiciunt, fraudibus et artibus malis omnis generis in diuitiis acquirendis vtuntur) *quam homines chriftiani*, qui a fraudibus in acquirendis bonis alieni funt et effe debent. Ego vero ab illa iftorum prouidentia vos dehortor, cohortor potius vos, vt de futura vobis felicitate profpiciatis, iuftum pretium diuitiis vanis atque fallacibus ftatuatis, officiorum fanctitatem in earum vfu fequamini, earumque curam poftponatis ftudio rerum diuinarum, bonorumque coeleftium v. 9 — 13. — Alii verborum v. 8.

fenfum ita conftituunt: homines a vera Deum colendi ratione alieni, rebusque mundanis dediti, ab aliis, qui funt ipfis fenfu ac moribus fimiles, prudentiores habentur, quam virtutis ftudiofi. εἰς τὴν γενεὰν explicant: in genere fuo (ἐν τῇ γενεᾷ ἑαυτῶν) i. a fui fimilibus, eiusdem furfuris, peruerfae indolis, hominibus, בדורם, Prou. 30, 11. 12 fqq. et φρονιμώτεροί εἰσι pofitum putant pro δοκεῖ f. δοκοῦσι εἶναι, φαίνονται, λογίζονται εἶναι. Alii: homines rerum terrenarum ftudiofi, in vfu et familiari confuetudine cum coaeuis (εἰς τὴν γενεὰν) prudentia fuperant fapientiae et virtuti deditos. Alii aliter.

9. Iefus, qui a male facto exemplum, quo ad recte agendum impelleret, repetiit, vt Luc. 18, 6. (cf. de loco qui a contrario dicitur, Cic. Topic. 11. de Inuent. 1, 30. ad Herenn. 4, 18.) ita pergit: κἀγὼ ὑμῖν λέγω· ποιήσατε κ. τ. λ.] *ego vero vobis praecipio: comparate vobis amicos opibus caducis.* κἀγὼ pofitum eft aduerfatiue, pro ἐγὼ δὲ, vt Hebr. ואני, Gen. 48, 22. 2 Sam. 12, 12. faepius etiam Alexandrini interpretes ו expreſſerunt δὲ, vt Deut. 12, 27. al. vid. *Glaſſii* Philol. S. p. 601. μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας eft id. qd. μαμ. ἄδικος. De vocabulo μαμωνᾶς vid. not. ad Matth. 6, 24. Quonam autem fenfu nomen ἄδικος f. ἀδικία h. l. cum de diuitiis adhibitum reperiatur, capiendum fit, et vfus loquendi Hebraeorum, V. T. interpretum, fcriptorumque Graecorum exterorum, et alia Chrifti effata, et h. l. orationis cohaerentia, planiffime docent. Nimirum 1) Vocabula צדק et צדיק in lingua Hebraeorum, Arabumque eo quoque fenfu vfurpantur, vt *veritatem* indicent, vnde et interpretes Alexandrini nomen אֱמֶת, (ἀλήθεια,) nonnunquam expreſſerunt vocabulo δικαιοσύνη. v. Gen. 24, 49. Ief. 38, 19. Vocabulum שֶׁקֶר, (ψεῦδος,) quod, vt fupra vidimus (v. 8.), iidem interpretes voce ἄδικος reddere folent, notionem *vanitatis, falfitatis* obtinet Pf. 35, 19. οἱ ό ibi habent ματαίως, et Exod. 5, 9. κενὸν, *vanum*, fed Leu. 5, 22. וְנִשְׁבַּע עַל־שָׁקֶר interpretati funt καὶ ὀμόσῃ ἀδίκως, *et iurauerit falfo.* add.

Deut. 19, 18. in verfionibus autem chaldaicis רשקר eft epitheton perpetuum τοῦ ממון. vid. Targum Prou. 15, 27. מְכַנֵּשׁ ממון רשקר qui colligit diuitias fallaces. add. Ier. 6. 13. Ezech. 22, 13. conf. *Lightfootus* in Hor. Hebrr. et Talm. ad h. l. A fcriptoribus N. T. haud raro fibi inuicem opponuntur ἀδικία et ἀλήθεια, vid. Rom. 1, 18. coll. 25. 1 Cor. 13, 6. 2 Theff. 2, 12. et in libris auctorum Graecorum δικαιοσύνη et δίκαιον faepius *veritatem*, *verum* indicant. Sic ap. Plat. Phaed. 34. veri philofophi dicuntur οἱ δικαίως φιλομαθεῖς, fed Soph. 1. οἱ ὄντως φιλόσοφοι. Theophr. Char. 5, 2. τοὺς ξένους εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν, *dicere, peregrinos effe veraciores ciuibus.* Eurip. Phoen. 484. ἄδικος λόγος, *falfa, vana, oratio.* Iuftin. M. Apol. 1, 8. μηδὲν ἀδικεῖν, *nihil falfi, vera docere.* Itaque ἄδικον dicitur *id, quod falfum: fallax, vanum, inane, non perpetuum eft.* 2) Chriftus ipfe, cum diuitiarum mentionem facit, eas defcribit tanquam incertas, fallaces, caducas et perituras, easque homines a rerum diuinarum ftudio auocare docet, v. Matth. 6, 19. 19, 21 fqq. Luc. 12, 33. al. etiam a Paulo 1 Tim. 6, 17. commemoratur πλούτου ἀδηλότης, diuitiarum vanitas. 3) H. l. τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ v. 11. opponitur τὸ ἀληθινὸν, *quod conftans, verum et perpetuum eft*, ergo μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας f. ἄδικος indicat *opes, diuitias fallaces, incertas.* Hac autem vocabuli ἄδικος fignificatione admiffa, eadem huic voci tribuitur notio, in parabola, et parabolae applicatione. Nam de oeconomo adhibita, notat: *perfidum, fraudulentum dispenfatorem, qui herum fallit;* et ad diuitias relata, indicat, *diuitias fallaces, mendaces, incertas*, quae poffefforibus non praeftant id quod pollicentur, neque perpetuae funt, fed periturae. His de cauffis adftipulari non poffum interpretibus iis, qui μαμωνᾶς ἀδικίας explicant: *opes male partae, iniuftae*, quae interpretatio, etiam propter alias rationes, de quibus deinceps videbimus, admitti nequit. — Per φίλους nonnulli intelligunt *Deum, geniosque coeleftes*, quoniam Luc. 15, 10. Deus et

genii gaudere dicuntur de peccatore poenitentiam agente, et quoniam Luc. 16, 19 ss. pia Lazari anima perhibetur a geniis deportata esse in domicilia aeterna. Alii per Φί-λους intelligunt *pauperes*, et verbis: ποιήσατε ἑαυτοῖς Φί-λους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, hunc sensum inesse putant: sitis liberales erga pauperes, vt hi, mortui, memores beneficiorum, a vobis his in terris acceptorum, intercessione sua, pro vobis orantes, ad vos in aeterna domicilia recipiendos, conferant. Monent, Iudaeos credidisse, mortuos apud Deum in coelis, pro superstitibus, de ipsis bene meritis intercedere, eorumque saluti consulere. Laudant Ioseph. Ant. 1, 13. T. 1. p. 42. *Hauerc.* 2 Macc. 15, 12 sqq. Sed aliud est, precari pro alterius salute, aliud recipere in domicilia aeterna, εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. Est autem h. l. sermo de ipsa receptione in coelum; nam amici, quos sibi fraudibus suis oeconomus ille comparauerat, eum in domicilia sua receperant. In aeterna autem domicilia recipit non nisi Deus. Itaque ποιήσατε ἑαυτοῖς Φίλους est: *Deum vobis amicum reddite, Dei fauorem vobis comparate.* Proprie quidem dici debuisset Φίλον, sed legitur numerus pluralis, quoniam respicitur dispensator ille, qui sibi sua prudentia plures comparauerat amicos. In parabola occurrit sententia haec: dispensator sibi comparauit amicos; in applicatione Iesus dicit: tu fac tibi quoque amicos, np. Deum. Cohortatus ergo est Iesus portitores, reliquosque sectatores suos, tunc temporis praesentes, respiciens simul Pharisaeos ipsum quoque audientes, *vt opibus terrenis incertis ac fallacibus Dei fauorem sibi compararent.* Hoc fieri poterat, si male parta honeste restituerent, si res ad vitam necessarias, opesque terrenas sibi honesto modo pararent, si liberales essent erga pauperes, quam virtutem saepius Iesum sectatoribus suis inculcasse scimus. v. Matth. 6, 2 sq. 19, 21. Luc. 12, 33. 18, 22. 19, 8. Haec autem in verbis ποιήσατε ὑμῖν Φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, coniunctim cogitanda esse, ipsum exemplum, e vita communi desumtum, quo Iesus h. l. vsus

eft, vt a male facto, ad oppofitum recte factum, fuos excitaret, fatis perfpicue docet. Difpenfator enim ille perfide adminiftrauerat domini fui bona; fraudibus aliorum amicitiam, res ad vitam tuendam neceffarias, opesque terrenas fibi comparauerat; profpexerat fibi de domicilio terreftri et inftabili. Iefus vero fuos iubet, in opibus terrenis parandis et adminiftrandis, fibi profpiciant de futurae vitae felicitate, opes terrenas ita fibi parent, partas ita adminiftrent, vt Dei fauorem confequantur et in domicilia recipiantur perpetua. Nimis igitur anguftis limitibus fententiam propofitam circumfcribunt ii, qui μαμωνᾶς ἀδικίας, *de opibus male partis* intelligunt, atque verbis ποιήσατε ὑμῖν κ. τ. λ. commendari autumant, *diuitiarum male partarum reftitutionem*, et ii, qui tantum *de liberalitate erga inopes exercenda* cogitant, atque verbis allatis hunc fenfum tribuunt: fitis liberales erga pauperes, vt Dei fauorem, et praemia aeterna confequamini, (qua fententia admiffa, neque μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας indicare poteft: *opes male partas*, fic enim Iefus docuiffet, tolli poffe beneficentia male partorum culpam) imo Iefus, refpiciens parabolam propofitam, et auditores fuos, qui non omnes, inhonefto modo, opes fibi comparauerant, verbis: ποιήσατε ὑμῖν φίλους κ. τ. λ. omnino exprimere voluit fententiam hanc: quod attinet diuitiarum comparationem et vfum, prudenter vobis profpiciatis de futurae vitae felicitate. ἵνα ὅταν ἐκλίπητε] *vt cum defuncti fueritis*. Pro ἐκλίπητε in nonnullis libris legitur ἐκλίπῃ, quam lectionem qui probant, fupplent βίος, vel μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας, fed fyllaba τε a librariis ob fequens δὲ facile potuit omitti, retinenda eft vulgaris lectio ἐκλίπητε, quam plurimi optimae notae codd. tuentur. Verbum autem ἐκλίπειν fcilicet τὸν βίον, (v. Lyfias Orat. 8, 4.) vel τὸ ζῆν, (Polyb. 2, 41. 3 Macc. 2, 23.) vel τὴν ψυχὴν (Ael. H. V. 13, 20.) fignificat, *mori*, vt Tob. 14, 11. Iudith. 7, 22. Sap. 5, 13. Alexandrini interpretes hoc verbo exprefferunt Hebr. מות, *mori*, Ierem. 42, 17. 22. et גוע, *ex-*

spirare, Thren. 1, 20. Gen. 25, 8. 49, 32. Iob. 13, 19. Hesychius: ἐκλείψει — ἀπολεῖται. v. *Wetstenius* et *Palairetus* ad h. l. δέξωνται ὑμᾶς] *vos recipiant*. Pluralis legitur, quoniam praecessit φίλους, ad quod referri debet, vnde non necesse est, vt δέξωνται cum aliis impersonaliter positum putemus, hoc sensu: *vt recipiamini*. Per τὰς αἰωνίους σκηνὰς, *domicilia aeterna*, intelligitur coelum, felicitas aeterna. et haec imago adhibita est, quoniam v. 4. occurrebant verba: δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν· at, προσκαίρους non αἰωνίους. Vocabulum αἰώνιος scriptoribus sacris proprium est, de altera eademque perpetua vita, et σκηνὴ de *coelo* positum extat quoque Hebr. 8, 2. Apoc. 13, 6. Verbum δέχεσθαι in simili argumento vsurpatum legitur ap. Diod. Sic. p. 58. D. vbi Aegyptii perhibentur precari deos, vt mortui in piorum numerum cooptentur: παρακαλοῦσι τοὺς κάτω Θεοὺς, σύνοικον (τὸν τετελευτηκότα) δέξασθαι τοῖς εὐσεβέσι, *vt in contubernium piorum recipiatur*. Pertinet et huc locus Tob. 3, 6. vbi Tobias ita precatur: ἐπίταξον ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμά μου, ὅπως ἀπολυθῶ, καὶ γένομαι γῆ, διότι λυσιτελεῖ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν· — ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης ἤδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον. Apposite laudauit etiam *Münthius* locum Diod. Sic. p. 33. A. vbi prisci Aegyptii mortuorum sedes ἀϊδίους οἴκους nominasse dicuntur: τὰς μὲν τῶν ζώντων οἰκήσεις καταλύσεις ὀνομάζουσιν, ὡς ὀλίγον ἐν ταύταις οἰκούντων ἡμῶν, τοὺς δὲ τῶν τετελευτηκότων τάφους ἀϊδίους οἴκους προσαγορεύουσιν, ὡς ἐν ᾅδου διατελούντων τὸν ἄπειρον αἰῶνα, *domicilia viuentium diuersoria nominant, quod exiguum ad tempus haec incolamus*. Defunctorum vero sepulcra *domos aeternas appellant, quod infinitum apud inferos aeuum peragant*.

10. 11. Prouerbium, v. Schotti Adagg. N. T. p. 81. *Qui in re leui fidem seruat, idem in re graui seruabit; contra qui in re leui fidem fallit, fallet etiam in re graui*. Summa fides in re leuissima et minima, aeque ac in gra-

viſſima et maxima, ſeruari debet. πολὺ, vt רב. *magnum*, Heſych. πολὺ, ἀντὶ τοῦ μέγα. v. Matth. 5, 12. ibique not. — 11. Sequitur prouerbii applicatio. *Quodſi igitur vos fidem non praeſtiteritis, quod attinet opes caducas*, quodſi in opibus caducis vobis parandis, iisque adminiſtrandis, officiorum ſanctitatem ſecuti non fueritis, *quis vobis vera bona committet?* quomodo ſperare poteritis, Deum vobis vera, et propria, et perpetua bona, in coelo concrediturum eſſe? Comparetur locus Matth. 25, 21. vbi vid. not. ἀληθινὸν cum opponatur τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ, *diuitiis incertis*, *perituris*, ſignificat *certum*, *perpetuum*, i. e. *bona coeleſtia*, *felicitatem perennem*, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς Luc. 12, 33. τίς autem referri debet ad Deum, a quo τὸ ἀληθινὸν tribuitur, nam v. 13. extr. legitur: οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν, καὶ μαμωνᾷ.

12. 13. ἀλλότριον, *alienum*, quod Deus ad breue tempus conceſſit, adeoque fluxum, caducum; vocantur ita bona terrena, incerta et peritura, atque reſpicitur parabola, in qua ſermo erat de diſpenſatore, cui dominus bona ſua commiſerat. Opponitur τὸ ὑμέτερον, *quod veſtrum*, *quod vobis proprium eſt*, ſignificantur bona perpetua, in coelo exſpectanda. Horat. epp. 2, 2. 170 ſqq. *Sed vocat vsque* Suum — *tanquam ſit proprium quicquam, puncto quod mobilis horae, Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema Permutat dominos, et cedat in altera iura.* Conf. *Wetſtenius* ad h. l. et *Gatackerus* ad Antonin. 2, 1. p. 47. 2, 11. 12, 26. — 13. Quo luculentius oſtenderet Ieſus, in parandis et adminiſtrandis rebus, opibusque terrenis, officiorum religionem eſſe ſpectandam, et ſanctitatem atque honeſtatem ſequendam, quo Dei fauor concilietur; appoſite ſubiecit v. 13. exemplum, e vita communi depromtum, ad perſuadendum idoneum. Sed iam copioſius hunc locum illuſtrauimus in Commentar. in Matth. ad 6, 24. add. ibi notata p. 209.

14. *Haec omnia cum audiuiſſent etiam Phariſaei, homines diuitiarum cupidi, eum deridebant.* Indigne ferebant feueritatem officii, cum Iefus auditores fuos obſtrinxerat. μυκτηρίζειν, *naribus ſuspenſis aliquem deridere*, reſpondet verbo Hebr. לעג, pro quo Alexandrini interpretes vſi ſunt verbo μυκτηρίζειν, Iob. 22, 19. Ier. 20, 7. et ἐκμυκτηρίζειν 2 Regg. 19, 21. Pſ. 2, 4. cf. etiam *Elsnerus* ad Gal. 6, 7.

15. ὑμεῖς ἐςε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων] *vos hominibus quidem ſanctitatem veſtram probatis*, ſimulata veſtra pietate et ſanctitate, hominum laudes atque fauorem conſequimini. Verbum צדק in Kal notat *eſſe* δίκαιον, vel *haberi*, in Piel et Hiphil, quibus in verſione Alexandrina reſpondet δικαιοῦν, ſignificat vel, *facere, vt aliquis ſit* δίκαιος, vel *facere, vt habeatur* δίκαιος. v. *Storrii* Opuſcc. Vol. 1. §. 20. p. 239. Itaque οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐν. τ. ἀ. ſunt omnino ii, qui ita agunt, ita viuunt, vt probi videantur hominibus. Alii verba noſtra ita interpretantur: vos hominibus venditatis, coram iis laudatis ſanctitatem veſtram; vt δικαιοῦν ἑαυτὸν ſit, *ſe laudare, ſe efferre, pietatem venditare*, (v. Sir. 7, 5. 11, 29.) ſed prior interpretatio, vtpote vltimae verſus parti conuenientior, praeplacet. ἐν ἀνθρώποις id. qd. ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, *iudicio, ſententia hominum*, ſic ἐν pro ἐνώπιον poſitum legitur 1 Tim. 4, 15. Xen. Rep. Athen. 1, 18. ἐν τῷ δήμῳ, *populo iudice*; eodem modo adhiberi quoque ſolet particula Hebr. ב. v. *Noldius* Concordd. Particc. h. v. add. *Fiſcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 127. Verba autem ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐςιν cum reſtrictione capienda ſunt. Deus καρδιογνώςης aliter iudicat, quam homines iudicare ſolent, eum non latet veſtra ſimulatio, vos auerſatur. Multa enim, quae hominibus magna, eximia, admiratione digna, videntur, Deus auerſatur, ei inuiſiſſima ſunt. βδέλυγμα poſitum eſt pro βδελυκτόν. v. *Wolfium* in Curis ad h. l.

16 — 18. Vulgo ad verba, ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου e Matth. 11, 13. fupplent προεφήτευσαν, et locum ita explicant: vsque ad Iohannem Mofes et prophetae docuerunt, praecepta vitae morumque vobis fcripferunt, iam vero inde a Iohannis temporibus, doctrina de regno Meffiano, doctrina chriftiana traditur, eamque omnes, exceptis vobis, expetunt, (βιάζεται v. ad Matth. 11, 12.) neque tamen illa morum praecepta per me, meamque doctrinam abrogantur, imo a me rectius et accuratius explicantur. Qui, verbi cauffa, vxorem repudiat, nifi intercefferit adulterium, is, me iudice, adulterium committit. Vos igitur Pharifaei, fimulatores peffimi, doctrinam meam repudiantes, non poteftis hac excufatione vti, vos reuerentia aduerfus Mofen et prophetas ductos doctrinam meam admittere non poffe. Quam dura atque coacta haec fit verborum Chrifti expofitio, doctiffimus quisque, me non copiofius demonftrante, intelliget. Omitto alias huius loci interpretationes aeque contortas. Haec tria commata neque cum antecedentibus, neque inter fe accuratius cohaerere, iam plures interpretes, vt *Hammondus*, *Heumanus*, *Pottus* in diff. de natura et indole orat. montanae p. 13. alii, acute viderunt. Sententiae ipfae h. l. allatae, tanquam alio tempore propofitae, et arctiori nexu leguntur Matth. 11, 12. 13. 5, 18. 5, 31. vbi tamen v. not. Conftat praeterea auctorem gnomologiae Lucae multa Chrifti effata ita literis confignaffe, vt ordinem temporis neglexerit. vid. ad 13, 16 fqq. 34. not. 17, 1 fqq. Itaque arbitror, vel ipfum gnomologiae Lucae auctorem, verba Chrifti v. 16 — 18. allata, iis quae praecefferunt, annexuiffe, cum ea a Iefu Pharifaeis dicta effe fciret, ipfum autem tempus, quo dicta effent, ignoraret, vel non neminem, has fententias, addita notatione, eas a Chrifto Pharifaeis dictas effe, in margine gnomologiae, ad v. 29. adpofuiffe, Lucam vero eas in ordinem recepiffe, et corollarii loco addidiffe iis quae v. 15. leguntur.

19. Interpretes haud pauci exiftimarunt, a Iefu h. l. *hiftoriam* exponi, variis tamen coloribus et imaginibus exornatam. Haec vero fententia, cum deftituta fit argumentis idoneis, rectius alii hanc omnem narrationem ad parabolas referendam effe ftatuerunt. Nempe Λάζαρος, לא עֵזֶר, *auxilio deftitutus*, vel אֱלִיעֶזֶר, *Deus auxilium praeftet*, eft nomen fictum, quo omnino homo inops et pauper fignificatur, additum, vt viuidior redderetur narratio. Plura in hac narratione occurrunt, quae, parabolam enarrari, aperte demonftrant. Quo refero ea, quae de comitatu angelorum, de colloquio inter Abrahamum et diuitem inftituto, de coena leguntur, et huius generis alia. Neque in eo eft argutandum, quod *quinque fratres* homo ille diues commemorauit, eft enim numerus certus et definitus pro incerto et indefinito. Diuitem illum, appofite monuit *Storrius* in Diff. *de parabolis Chrifti*, quae inferta eft ipfius Opufcc. Academicis Vol. 1. p. 126. multo magis decebat, fratrum aliquem *numerum* inire, quam de iis *generatim* dicere, velut ignoraret, quot ipfi fratres effent. Praeterea Iefus non enarrat rem Iudaeis notam, fed veluti incognitam, *erat homo quidam diues*, et ipfum Lazarum tanquam ignotum defcribit: *erat homo quidam inops*, *nomine Lazarus*. Denique fimilis parabolae veftigia, obfervante *Wolfio* in Curis ad h. l. reperiuntur in Gemara Codicis Berachoth c. 5. cf. etiam *Hammondus* et *Clericus* ad h. l. Neque adeo arbitror, depingi h. l. Sadducaeum diuitem, aut, vt alii voluerunt, indigitari Herodem Antipam, aut Caiapham, facerdotum principem, Hanani generum, et huius quinque filios, Iofeph. Ant. 9, 1, 20, 6. qui omnes ex Sadducaeorum numero fuiffent; fed defcripfit Iefus omnino hominem diuitem quemlibet, ita animatum, vt homo ille diues animatus erat, cuius imaginem delineauit. Voluit autem Iefus hac parabola auditores fuos, inprimisque Pharifaeos (coll. v. 14.) edocere, diuitias caducas et perituras fideliter effe adminiftrandas, beneficentiam ac liberalitatem erga inopes exercendam, inhumanum

et illiberalem eſſe Deo inuiſum, βδέλυγμα v. 15. add. v. 9. non recipi in ſedes beatorum v. 9. 23. ei non committi bona perpetua atque coeleſtia v. 11. 12. coll. Matth. 25, 35 ſqq. ſed eum his in terris mercedem ſuam recipere v. 24. coll. Matth. 6, 2. contra vero pauperes pios ac probos ſingulari Dei fauore frui, ab eoque poſt mortem praemiis ornari coeleſtibus et perpetuis. Ieſum autem, cum hanc parabolam proponeret, ſpectaſſe et petiiſſe inprimis etiam Phariſaeos, multis de cauſſis probabile eſt. Etenim Phariſaei erant φιλάργυροι, coll. v. 14. gloriabantur de patre ſuo Abrahamo, atque opinabantur, ſe vtpote huius poſteros, vnice Deo probari v. 24. 30. Matth. 3, 9. ſedebant in Moſis cathedra v. 31. coll. Matth. 23, 2. epulis lautis palam oſtentare ſolebant ſuam opulentiam. vid. Luc. 14, 12. 11, 39. καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον] *qui purpureis et byſſinis veſtibus vti ſolebat*; quibus verbis omnino opulentia hominis declaratur. Particula καὶ h. l. vt ſaepius, vim habet pronominis relatiui ὅς, *qui*, ſicuti etiam Hebr. ו haud raro ponitur loco pronominis אשר. v. *Noldii* Concordd. Particc. Hebr. p. 299. πορφύρα ſignificat *veſtimenta purpurea*, quibus vtebantur principes, primores populi, aliique homines opulenti et diuites. v. ad Matth. 27, 28. βύσσος erat linum tenuiſſimum et pretioſiſſimum, cuius varia genera commemorantur. Nempe *Indica*, Philoſtrat. V. Appollon. 2, 29. βύσσῳ δὲ τοὺς φανερωτέρους αὐτῶν φασὶν ἐςάλθαι· τὴν δὲ βύσσον φύεσθαι δένδρου φασὶν ὁμοίου μὲν τῇ λευκῇ κ. τ. λ., *byſſo autem nobiliores Indorum dicunt veſtiri. Naſci vero aiunt byſſum ex arbore populo ſimili* etc. add. Pollux Onom. 7. c. 17. ſect. 75. *Aegyptiaca* Pollux l. c. *Achaica*, quae circa Elidem in folliculis, papaueris inſtar, creuit. Pauſan. Eliacor. 1. p. 294. ed. Xyl. θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τῇ γῇ Ἠλείᾳ τήν τε βύσσον, ὅτε ἐνταῦθα μόνον, ἑτέρωθι δὲ οὐδαμοῦ τῆς Ἑλλάδος φύεται· — ἡ δὲ βύσσος ἡ ἐν τῇ Ἤλει, λεπτότητος μὲν εἵνεκα οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων, ἔςι δὲ ὁμοίως ξανθή· *inter Elei agri miracula byſſus eſt. His enim tan-*

tum, nec alibi vspiam in tota Graecia nascitur; tenuitate quidem nihil est impar ei, quam fert Hebraeorum terra, minus tamen flaua. add. Plin. H. N. 19, 1. *Salmasius* Exercitt. Plin. p. 701 sq. et *Relandi* Diff. miscell. P. 1. p. 212. Vestes byssinae pro coloris natiui varietate, erant vel flauae, vel rufae, vel albicantes, vel purpureo colore intinctae, vnde vestis byssina, interdum ponitur pro purpurea, vel coccinea. Hesychius: βύσσινα πορφυρᾶ. Βύσσινον, πορφυροῦν. Phauorinus: βύσσινον, κόκκινον. Hinc et nonnulli interpretes, sine idonea tamen, vt videtur, ratione, verba nostra, per Hendiadyn explanant, indutus vestibus purpureis, iisdemque byssinis. εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς] *quotidie laute epulabatur.* vid. not. ad 15, 24.

20. 21. ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ κ. τ. λ.] *iacebat ad vestibulum eius, vlceribus scatens, cupiens satiari micis de mensa diuitis decidentibus.* ψιχία sunt *fragmenta, micae*, vt Matth. 15, 27. — 21. ἐπιθυμῶν scl. ἦν pro ἐπεθύμησε, *cupiebat*, nec vllo pacto opus est, vt cum *Elsnero* et *Heumano*, verbo ἐπεθύμησε insolentior notio, in libris N. T. nusquam occurrens, tribuatur, *contentus erat, gaudebat.* Verbis autem, *cupiebat satiari micis de mensa cadentibus*, cupediae ei erant micae decidentes, summa hominis paupertas depingitur. Plures quidem interpretes, Lazarum, ne micas quidem accepisse, statuunt, adeoque ad verba v. 21. καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι — πλουσίου subintelligendum esse contendunt: *et nemo ei dabat*, vt 15, 16. legitur: καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι κ. τ. λ. καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ· sed pauperem illum ne micas quidem accepisse, parum probabile est. Quodsi enim Lazaro nihil prorsus subministratum fuisset; non facile intelligitur, cur epulonis aedes frequentarit. Eum autem quotidie ad vestibulum illius iacuisse, exinde patet, quoniam v. 19. praecessit formula καθ' ἡμέραν, quoniam epuloni, coll. v. 23. eiusque canibus domesticis notus erat, ita, vt hi ad eum

accederent, et dolorem, quo vlcera eum cruciarent, blande lingendo mitigarent; ipsum etiam ἐβέβλητο continuationem actionis indicat. v. *Er. Schmidius* ad h. l. et ad Matth. 8, 6. Praeterea Pharisaei, quos inprimis haec parabola spectabat, scelera liberalitate expiari posse opinantes, (v. ad 11, 41.) omnino eleemosynas pauperibus dabant, sed non nisi tum, cum populus liberalitatis ipsorum testis esset. vid. Matth. 6, 2. Quamquam autem diues ille pauperi fragmenta ciborum non negabat, nihilominus tamen inhumanum et illiberalem sese praebebat. Nam ex legis praescripto (v. Deut. 15, 7. 8. Ies. 58, 7. Prou. 3, 27.) hospitium pauperi, cultum et victum suppeditare, eumque sanandum curare debebat. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ] *quin etiam canes accurrentes vlcera ipsius lingebant*, quibus verbis exornatur sententia haec: admodum misera atque afflicta erat Lazari conditio, ipsae canes, miseratione quadam motae, vlcera eius blande lingebant. Iustin. 1, 4. 11. *motus et ipse misericordia, qua motam etiam canem viderat.* ἀλλὰ καὶ, *quin etiam, ja sogar*; est enim in his αὔξησις, non ἀντίθεσις, non opponitur, vt alii voluerunt, canum misericordia inhumanitati diuitis, qui pauperi ne micas quidem dederit. Si ἀντίθεσις locum haberet, particula καὶ, non otiosa tantum et superuacanea, sed et male inserta esset.

22. Iam notionem simplicem, Lazarus post corporis mortem, summae felicitatis particeps factus est, Iesus ita exornauit, vt sequeretur Iudaeorum cogitandi et loquendi consuetudinem. Ii nimirum statuebant, animas piorum a geniis in paradisum deportari. Targum Cant. 4, 12. *non possum ingredi paradisum, nisi iusti, quorum animae eo feruntur per angelos.* v. *Schoettgenius* Horr. Hebrr. et *Wetstenius* ad h. l. Similem opinionem Graeci et Romani de Mercurio fouebant, qui propterea dicebatur πομπαῖος Soph. Ai. 843. dux animarum ad inferos, Horat. Carm. 1. 10. 17. de Mercurio: *tu pias laetis animas reponis Sedibus.*

add. Homer. Odyf. ω', 9. Virg. Aen. 4, 283 fqq. cf. et *Elsnerus* ad h. l. εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ] *ductus eſt in ſinum Abrahami.* Haec ipfa formula originem fuam debet confuetudini veterum Iudaeorum, aliorumque Orientis populorum, ad coenam accumbendi. In finu alicuius recumbebat is, qui ei proximus ad menfam accumbebat. Solebant autem in conuiuiis, dilectiffimi, vt recte obfervauit ad h. l. *Grotius*, in finu eius recumbere, qui conuiuii princeps effet. v. Ioh. 13, 23. 21, 20. Conftat praeterea, Iudaeos, vt omnino felicitatem fummam (v. Pf. 22, 27.) ita quoque gaudia alterius vitae, conuiuii imagine, depingere folitos effe, vid. not. ad Matth. 8, 11. add. Iofeph. de Maccab. T. 2. p. 514. vbi loquentes inducuntur feptem illi fratres, ad mortem conftanter fubeundam fefe inuicem excitantes, et inter alia leguntur haec: οὕτω γὰρ θανόντας ἡμᾶς, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐτῶν. Itaque fenfus h. l. omiffo omni ornatu, eft: eadem fumma felicitate ornabatur, qua Abrahamus perfruebatur. ἐτάφη emphatice pofitum eft, *magnifice fepeliebatur.*

23. ᾅδης, Hebr. שְׁאוֹל, *orcus*, *das Schattenreich*, locus, fub terra conftitutus, in quem ex opinione Hebraeorum, omnes manes, et animae a corpore feiunctae, vsque ad mortuorum refurrectionem recipiuntur, hoc tamen discrimine, vt locus beatorum Paradifus, Graecorum campi Elyfii, fit in fuperioribus, damnatorum contra Gehenna, Graecorum tartara, in inferioribus τοῦ ᾅδου regionibus. Pertinet huc locus Horat. Carm. 2, 13. 23. *Sedesque discretas piorum.* add. Virg. Aen. 6, 540 fqq. *Hic locus eſt, partes vbi ſe via findit in ambas: Dextera, quae Ditis magni ſub moenia tendit; Hac iter Elyſium nobis; at laeua malorum Exercet poenas, et ad impia tartara mittit.* cf. not. ad Matth. 16, 18. Ad vocem ἐν τῷ ᾅδῃ referri debent verba, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, quae accuratius explicantur, v. feq. formula ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ,

neque tamen haec formula proprie capienda eſt; ſed *ignis*, et aliis in locis *tenebrae denſiſſimae*, *vermis qui non moritur*, ſunt imagines, quibus exprimitur poenarum grauitas, quin et ipſum verbum ὀδυνᾶσθαι de doloribus parturientium proprium, adhibetur ad ſignificandum cruciatum grauiſſimum. vid. ad Luc. 2, 48. ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν] *vidit Abrahamum procul.* coll. v. 26. ἐν τοῖς κόλποις pluralis vim obtinet ſingularis, et poſitus eſt concinnitatis cauſſa, cum praeceſſerit ὑπάρχων ἐν βασάνοις.

24. 25. καὶ αὐτὸν Φωνήσας εἶπε] *acclamauit illi.* Vmbras loqui poſſe, erat opinio veterum, v. Virg. Aen. 6, 493. add. Ieſ. 14, 9. Phil. 2, 10. vbi per τοὺς καταχθονίους, *manes, vmbrae*, ſignificantur; Iudaeorum quoque magiſtri non ſolum tradunt ex vtraque ſede, in alteram proſpici poſſe, ſed etiam in loca beatiora translatos, cum vmbris damnatorum loquentes inducunt. v. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmudd. ad h. l. et v. 28. atque *Eiſenmengeri Entd. Judenth.* Th. 2. pag. 314 ſq. πάτερ Ἀβραὰμ] parentem vocat, vtpote gentis Iudaicae auctorem. Λάζαρον] hunc nominat, vtpote in ſinu Abrahami recumbentem, proximum ei ad menſam accumbentem, ſibique optime notum. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον κ. τ. λ.] *ut ſummo ſuo digito in aquam intincto linguam meam refrigeret*, ὕδατος pro ἐφ' ὕδατος l. εἰς ὕδωρ. — 25. ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου] *te tua bona, cum adhuc in viuis eſſes, recepiſſe.* Matth. 6, 2. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. *Bona tua*, ἀγαθά σου, in quibus tuam felicitatem vnice ponebas, diuitiae, luxuria, voluptates, coll. v. 19. ea felicitate, qua in altera vita perfruuntur pietatis ac probitatis ſtudioſi, te ipſum, tua ſentiendi et agendi conſuetudine priuaſti. τὰ κακὰ calamitatibus eſt affectus, easque patienter ſuſtinuit. ὀδυνᾶσαι, *excruciaris*, i. e. omnino, ſors tua infelix eſt, ergo παρακαλεῖται, ex legibus oppoſitionis explanari debet, *felix eſt.* Nam παρακαλεῖν generatim notat, *conſolari aliquem*, vel oratione et

confiliis, vel auxilio, quod ei praeftamus, vnde quoque fignificat, *recreare*, *felicem reddere*, vt h. l. *Alberti* Gloffar. N. T. p. 114. παρακλήσεως — σωτηρίας. add. Ief. 28, 29. vbi Symmach. et Aq. habent σωτηρία. Ita quoque Lat. *confolari*, ponitur pro *recreare*. v. Gell. N. A. 15, 13.

26 — 28. Notio fimplex, quae verbis v. 26. exprimitur, haec eft: fors beatorum et damnatorum manet, et effe debet diuerfa. Nempe ex opinione veterum orcus in duas partes diuifus erat. vid. ad v. 25. Hanc opinionem Iefus h. l. refpexit, dum vfus eft verbis his: μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται] *vaftum interuallum inter nos et vos eft conftitutum*: χάσμα, *vorago*, *hiatus*, Plato de Republ. 2. p. 211. T. 6. Bipont. ῥαγῆναί τι τῆς γῆς καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον, *disruptam effe terram*, *et factam in eo loco voraginem*, Hefiod. Theog. v. 739. locum Erebi vaftum et immenfum, in quo Titanes feruabantur, χάσμα μέγα dixit. v. *Graeuius* Lectt. Hefiodd. ad v. 700. *Wetftenius* et *Kypkius* ad. h. l. ὅπως οἱ θέλοντες κ. τ. λ.] *vt adeo illi*, *qui velint hinc*, ex loco beatorum, *transire ad eos*, *non poffint*, *nec illi qui illinc*, *ad nos peruenire queant*. — 27. εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, *ad patris mei familiam*, explicatur ἔχω πέντε ἀδελφούς. coll. v. 28. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοὺς] *vt eos edoceat*. nempe quam triftis fit mea fors et conditio, et vt eos ad liberalitatem, legitimum diuitiarum vfum, vitamque virtutis ftudiofam excitet et cohortetur. διαμαρτυρεῖσθαι vim habet fimplicis μαρτυρεῖσθαι h. e. δηλοῦν, γνωρίζειν, διδάσκειν, *edocere*, *manifeftare*, *cohortari*, in verfione Alexandrina refpondet Hebr. הוֹדִיעַ, 1 Sam. 21, 2. et Ez. 16, 2. vbi οἱ ό habent: υἱὲ ἀνθρώπου, διαμάρτυραι τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας αὐτῆς.

29 — 31. Refpondet Abrahamus: libri facri iis ad manus funt, agant vitam praeceptis, quae hi libri continent, confentaneam, et laetior fors iis poft mortem con-

tinget. Vt aliis locis νόμος καὶ οἱ προφῆται, ita h. l. Μωσῆς καὶ προφῆται, indicant, *libros Iudaeorum sacros*; ἀκούειν autem notat, *sequi, obtemperare, obseruare*, vid. Matth. 17, 5. Instat heluo, cum meminerit, neque se ipsum praeceptis illis obtemperasse, οὐχὶ, *nequaquam* Luc. 1, 60. scl. obtemperabunt. — 31. εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν κ. τ. λ.] *si libris sacris non obtemperant, nec homini in vitam restituto obtemperabunt.* Non desunt iis media et occasio, vitam animumque emendandi, si his vti nolunt, animum eorum plane peruersum, cupiditatibus prorsus deditum, nec miracula mouere poterunt; cuius sententiae veritatem comprobabant Pharisaei, quos h. l. Christus respexit, qui eum deridebant, coll. v. 14. eiusque doctrinam repudiabant.

CAPVT XVII.

1 — 4. Varii atque diuersi Christi sermones h. l. sunt copulati. vid. ad Matth. 18, 7. 6. 15. 21. ἀνένδεκτον scl. χρῆμα, *fieri non potest*, id. qd. ἀδύνατόν ἐστι monente Theophylacto ad h. l. Luc. 13, 33. οὐκ ἐνδέχεται, vbi v. not. Matth. 18, 7. ἀνάγκη ἐστὶν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. — 2. Pro μύλος ὀνικὸς in aliis libris extat λίθος μυλικός, sed vulgaris lectio, quam plurimi codd. defendunt, retinenda est. — 3. προσέχετε ἑαυτοῖς] *cauete vobismet ipsis*; referri debet ad ea, quae praecesserunt. Pro ἐπετίμησον Matth. 18, 15. eodem sensu legitur ἔλεγξον, *castiga eum.* vid. ad Matth. 16, 22. — 4. ἑπτάκις, *saepius.* vid. ad Matth. 18, 21. add. Ps. 119, 164. τῆς ἡμέρας, *eodem die*, i. intra breue temporis spatium. Verba ipsa non sunt nimis premenda.

5. 6. Vid. Matth. 17, 19 fqq. Apoftoli, qui puero epileptico valetudinem reftituere non potuerant, interrogabant magiftrum, cur ipfi puerum fanare non potuiffent? Iefus refpondebat: ob animi leuitatem, fiduciaeque grauis et plenae defectum. Tum illi eum rogabant: *auge fiduciam noftram*, πρόςθες ἡμῖν πίςιν, Iefus vero: εἰ εἴχετε, inquit, πίςιν ὡς κόκκον σινάπεως κ. τ. λ. Senfus et cohaerentia eft: vos loquimini de fide augenda. Num fiduciam habebatis, cum ille aegrotus ad vos adduceretur? Nullam plane habebatis. Mihi credite, fi vobis vel tantum ineffet fiduciae, quantum finapis granum eft, res cummaxime arduas perficere poffetis. Haec vltima fententia alia locutione hyperbolica Matth. 17, 20. expreffa legitur, alia hoc loco. Puto Iefum vtraque tunc temporis vfum effe. συκάμινος, *fycomorus*, *ficus Aegyptia*, ex Aegypto in Palaeftinam translata; arbor, inter ficum et morum media, fimilis moro, quoad folia et magnitudinem, fico, quoad fructum, vnde etiam συκομορέα dicta eft. vid. Luc. 19, 4. Hebraice dicitur שִׁקְמִים, Amof. 7, 14. 1 Regg. 10, 27. al. vnde fortaffis Graecum συκάμινος. Dioscorid. 1, 182. τοῖς δ᾽ Αἰγυπτιακοῖς καὶ ταῦτα προςθετέον ὅσα — ἰδιάζοντα — καὶ ἡ συκάμινος, ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκομόρου, σύκῳ γὰρ ἔοικεν, ἄτιμον δ᾽ ἐςι κατὰ τὴν γεῦσιν· 184. συκόμορον ἔνιοι δὲ καὶ τοῦτο συκάμινον λέγουσι, καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπ᾽ αὐτῆς καρπὸς συκόμορον — δένδρον δ᾽ ἐςι μέγα, ὅμοιον συκῇ, τοῖς φύλλοις ἐοικὼς μορέα, φέρει δὲ καρπὸν τρὶς καὶ τετράκις τοῦ ἔτους. vid. *Wetftenius* ad h. l. *Michaelis* ad Luc. 19, 4. *Celfii* Hierobot. T. 1. p. 310. *Haffelquiftii Reife nach d. heil. Lande*, p. 151. *Nordenii* Voyage d'Egypte T. 1. p. 252. *Tournefortii* Voyage du Levant T. 1. p. 130. *Shawii Reifen*, p. 129. *Warnekrofii* hiftoria Sycomori in *Eichhornii Repertor. für bibl. und morgenl. Literat.* Th. 12. p. 81 fqq. et de fertilitate Palaeftinae, p. 24. Th. 15. p. 243. ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι κ. τ. λ.] *eradicator, et transplan-*

tator in mari. Petron. c. 134. *his ego fretus Artibus Idaeo frutices in gurgite fiftam.*

7. 8. Parabola quae fequitur, cum antecedentibus non cohaeret, alio tempore aliaue occafione eam Iefus propofuit. Quonam vero tempore eam protulerit, certo definiri nequit, probabile tamen eft, eam a Iefu dictam effe, cum eum Petrus nomine reliquorum difcipulorum interrogaffet: quodnam nos, qui primi te, relictis omnibus, fectati fumus, praemium habebimus? Matth. 19, 27. Hac autem coniectura admiffa, fenfus et cohaerentia ita conftitui debet: Vos, qui difciplinam meam rebus humanis praetuliftis, officiisque veftris hactenus fatisfeciftis, propterea non exfpectare, nedum poftulare poteftis praemia magna et fingularia, pergendum eft vobis in tramite, quo ire coepiftis, plura adhuc vobis peragenda reftant, et, cum omnia vobis praecepta praeftiteritis, modefte profitendum eft, vos facienda feciffe, nec propterea fingularia praemia promeritos effe. Seruus poftquam perfecit, quod ruri eum facere oportuit, domum reuerfus, non ftatim poteft coenare, imo eum oportet, etiam reliquis omnibus officiis fuis perfungi, et tum demum, omnibus peragendis peractis, coenare licet, neque tamen propterea, quod imperata fecerit omnia gratiarum actionem aut praemia fingularia exfpectare poteft. Quo vero Iefus Apoftolos praeconceptis opinionibus adhuc deditos confirmaret, eorumque animos perturbatos (Matth. 19, 25.) fedaret; promittebat iis conftantiae et virtutis praemia maxima, in regno Meffianao exfpectanda, Matth. 19, 28. ita tamen, vt adderet parabolam aliam Matth. 20, 1 fqq. qua eos edoceret, praemia illa in regno Meffiano exfpectanda, pendere ab arbitrio et benignitate Dei, coll. Matth. 20, 16. Sic mihi quidem de hoc loco videtur. δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα] *feruum habens agricolam aut bubulcum*, δοῦλον ἀρότην ἢ ποιμένα. v. ad Luc. 3, 14. Non autem fermo eft h. l. de mercenario, de aratore aut bu-

bulco conductitio, fed de mancipio. παρελθὼν ἀνάπεσαι, *intra et ad menſam accumbe:* παρέρχεσθαι notat quoque *introire*, *intrare*, fic ap. Xen. Sympof. 9, 3. legitur de puella in coenaculum intrante ad Ariadnen agendam ἡ Ἀριάδνη ὡς νύμφη κεκοσμημένη παρῆλθε. Anab. 2, 4. 6. ἀφίκοντο πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ παρῆλθον αὐτοῦ εἴσω. add. Arrian. Exped. Alex. 1, 8. 2, 1. Hefychius: παρελθόντων, εἰςελθόντων. Suidas: παρελθὼν, ἀντὶ τοῦ εἰςελθών. vid. *Raphelius* Obff. Xenophh. ad h. l. Sed παρελθὼν ex Hebraifmo in hac verborum complexione redundat. Pro ἀνάπεσαι in aliis libris extat ἀνάπεσε, in aliis ἀνάπεσον. *Bengelius* et *Matthaeius* repofuerunt ἀνάπεσε, cum aoriftus vterque huius verbi in actiuo, non in medio vfitatus fit. Ego vero cum *Griesbachio* infolentius ἀνάπεσαι praeferendum puto, cum non deeffe in fcriptoribus optimis illius exempla comprabarint *Krebſius* ad h. l. et *Abreſchius* Annotatt. ad N. T. p. 588. -- 8. περιζωσάμενος διακόνει vid. ad 12, 37. 10, 40.

9. 10. μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ, num gratiam habebit l. habere debet feruo illi, quod imperata fecerit? αὐτῷ poft διαταχθέντα plures codices omittunt, additum videtur a grammaticis vel perfpicuitatis vel concinnitatis cauffa, quoniam v. 10. legitur τὰ διαταχθέντα ὑμῖν. — 10. ὅταν id. qd. εἰ vel ἐὰν, *ſi* refpondet Hebr. praefixo כ quod haud raro partes agit particulae אם. v. Pf. 51, 1. Ez. 3, 18. λέγετε, *dicere*, *profiteri debetis.* δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμὲν, *ſerui viles*, *humiles ſumus*, *arme, geringe Sclaven*, non eft nobis cogitandum de honoribus, de laborum noftrorum praemiis praecipuis ac fingularibus. Vocabulum ἀχρεῖος in verfione feptuagintauirali refpondet Hebr. שָׁפָל 2 Sam. 6, 22. καὶ ἔσομαι ἀχρεῖος ἐν ὀφθαλμοῖς μου· fed hoc ipfum nomen שׁפל aliis in locis, vt Iob. 5, 11. Ez. 21, 25. exprimitur voce ταπεινός. Particula ὅτι ante ὃ ὠφείλομεν in optimae notae codicibus deeft, addita fuiffe videtur vel a grammaticis, vel a libra-

riis, quorum in oculos incurreret particula ὅτι quae praecessit. ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν, *quae praestare debebamus, praestitimus.* Senec Controu. 2, 13. *Non est beneficium, sed officium, facere quod debes.*

11. ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ — διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας] Quaerunt interpretes, qua ratione Lucas verba faciens de itinere Iesu Hierosolymitano, potuerit Samariam praeponere Galilaeae? cum Samaria media inter Iudaeam et Galilaeam, atque Iudaeae propior fuerit quam Galilaea. coll. Ioh. 4, 3. 4. Ac plurimi quidem statuunt, διὰ μέσου interpretandum esse, *per medios fines, per confinia Samariae et Galilaeae* praetereaque obseruant, διέρχεσθαι, παρέρχεσθαι, παριέναι διὰ τόπου τινὸς, saepius Graecis, non, *per locum aliquem transire*, sed, *locum aliquem praeterire*, denotare. vid. *Krebsius* ad h. l. De hoc ipso autem itinere Iesu *Wetstenius* ad h. l. notauit haec: Non via recta et breuissima, a septentrione versus meridiem per Samariticam regionem iter fecit, sed cum ad confinia Samariae et Galilaeae venisset, ab itinere deflexit versus orientem, ita, vt Samariam ad dextram, Galilaeam ad sinistram haberet; et Iordanem Scythopoli, vbi pons erat, videtur transiisse, et iuxta ripam Iordanis in Peraea descendisse, donec a regione Hierichuntis iterum traiiceret. Hoc factum est, tum vt ne occasio praeberetur Samaritanis iterum in ipsum delinquendi, tum vt eo plures Iudaeorum beneficii sui participes redderet. *Paulus* vero ad h. l. monuit, Iesum non a septentrione venisse, sed versus septentrionem profectum esse; eum nimirum, relicta Bethania, contulisse se in locum deserto proximum, in vrbem, sitam in finibus Iudaeae, nomine Ephraim, coll. Ioh. 11, 54. inde eum, non via recta et breuissima, qua neque Samariam, neque Galilaeam attigisset, Hierosolymam petiisse, sed cum festum Paschatos non proxime instaret, via opposita, a meridie versus septentrionem esse profectum, permeasse partem Samariae, et

fines Galilaeae, tum Scythopoli Iordanem transiiſſe, et Peraeam peragraſſe, donec e regione Hierichuntis iterum traiiceret, omnino igitur verba *διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας* exprimenda eſſe *per Samariam et Galilaeam transiit. Michaelis* contra, *Hezelius*, alii, contendunt, Lucam etiam h. l. vt ſaepius, ordinem temporis non ſervaſſe, eueniſſe ea, quae v. 11 — 19. leguntur, *in confiniis Samariae et Galilaeae*, non multo poſtquam denegaſſent Ieſu hoſpitium Samaritani, coll. 9, 51 ſqq.

12. *καὶ εἰςερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην*] *cum vicum quendam intrare vellet.* Cum leproſi ab vrbibus, hominumque conſortio excluſi eſſent, ne contagio nocerent aliis, v. Leuit. 13, 46. Num. 5, 2. 3. ſponte intelligitur, hos decem leproſos non occurriſſe Ieſu, cum vicum *intraret*, vel *intraſſet*, ſed intrare *vellet*, ſicuti h. l. *εἰςερχομένου αὐτοῦ* interpretandum eſt, cum verba actionem declarantia, haud rarenter de voluntate agendi intelligenda ſint, et omiſſum ſit, *velle.* vid. ad Luc. 1, 59. 74. Quam interpretationem confirmant etiam verba, quae ſequuntur, *οἳ ἔστησαν πόῤῥωθεν*, *qui e longinquo ſtabant*, prouti nimirum lege ſancitum erat. v. *Wetſtenius* et *Schoettgenius* ad h. l. *ἦραν τὴν φωνὴν*, *alta voce clamabant*, *ἔκραξαν φωνῇ μεγάλῃ*, vt in cod. Cantabrig. e gloſſemate legitur. *ἐπιστάτα*, *magiſter*, v. Luc. 5, 4.

14. *καὶ ἰδὼν εἶπεν αὐτοῖς κ. τ. λ.*] *quos cum vidiſſet Ieſus, oſtendite, inquit, vos ſacerdotibus.* Quibus verbis, vt recte animaduertit ad h. l. *Grotius*, Ieſus tacite iis pollicebatur ſanitatem, in itinere obuenturam, leproſus enim adibat ſacerdotem, vel vt de morbo cognoſceret, de quo iam ſatis hic conſtabat, vel vt valetudinem reſtitutam eſſe declararet; atque auctorem noſtrum hoc ipſum dicere voluiſſe, leproſis a Ieſu valetudinem fuiſſe reſtitutam, docent etiam verba: *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν*, quae per leges linguae non niſi hoc ſignifi-

care poſſunt: *in ipſo itinere*, ſ. *cum abirent*, *ſanati ſunt*, et verba v. 19. ἡ πίϛις σου σέσωκέ σε. cf. et not. ad Matth. 8, 3 ſqq. vbi a nobis quoque cauſſa allata eſt, ob quam Ieſus homines illos ad ſacerdotes ablegauerit. Vſus autem eſt Ieſus h. l. numero plurali τοῖς ἱερεῦσι, quoniam inter leproſos Samaritanus erat, quem eadem calamitas Iudaeis leproſis iunxerat, qui adeo ſacerdotem Samaritanum adire debebat. Licet enim Ieſus, verbis *Wetſtenii* vtor, non probaret Samaritanorum cultum, (Ioh. 4, 22.) non potuit tamen, quin circa quaeſtionem non de cultu Dei, ſed ad medicinam et politiam pertinentem, ſingulos ad ſuos iudices remitteret.

15 — 19. Ex illis leproſis, vnus tantum, et quidem Samaritanus, reſtituta valetudine, Dei benignitatem publice praedicabat, et ad Ieſum redibat, vt ei gratias ageret. Ieſus vero, quo magis appareret Iudaeorum illorum impietas, Samaritanum his excipiebat verbis: *nonne decem ſanati ſunt? vbinam ſunt reliqui nouem?* — 18. εὑρέθησαν ὑποϛρέψαντες poſitum eſt pro ſimplici ὑπέϛρεψαν i. *reuerti voluerunt*, et, cum praeceſſerit οὐχ, *noluerunine reuerti?* εὑρίσκεσθαι, vt Hebr. נמצא, et Lat. *inueniri*, ſaepius ponitur pro ſimplici εἶναι, *eſſe*. v. Gen. 2, 20. Prou. 10, 23. Mal. 2, 6. Phil. 2, 8. Rom. 7, 10. add. Cic. epp. ad Diu. 9. 25. δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ] pro εἰς δοῦναι δ. τ. Θ. reſpondet haec formula Hebr. נתן כבוד ליהוה, quae omnino de eo adhibetur, qui Dei reuerentia, ad dicendum agendumue aliquid impellitur, Ioſ. 7, 19. Ioh. 9, 24. h. l. vt Deum, Dei benignitatem publice praedicaret, propter beneficium quod ipſi per me contigit. ἀλλογενὴς a Iudaeis dicebatur, omnis qui non ad populum Iudaicum pertineret. Samaritani autem a gentilibus originem ducebant, quibus Iudaei ſeſe immiſcuerant. v. *Grotius* ad h. l. — 19. ἡ πίϛις σου σέσωκέ σε, *perſuaſio tua de mea potentia te ſeruauit.* vid. Matth. 8, 10. 9, 22.

20. 21. Pharifaei Iefum, qui tam multa et varia ex longo tempore, de regno Meffiano praedicarat, vt eum ludibrio exponerent, interrogabant, quando tandem venturum effet regnum illud promiffum. Cogitabant autem Pharifaei de regno Meffiano terreno, illudque magna cum pompa, debellatis omnibus Iudaeorum hoftibus, inftitutum iri fperabant, vid. ad Matth. 3, 2. Iefus vero iis ita refpondebat: οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως] *regnum Meffianum non ita conftituetur, vt obferuari poffit.* Verbum παρατηρεῖν, quod refpondet Hebr. שמר, notat *obferuare*, et παρατήρησις eft *obferuatio.* v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. Iam cum Iefus verba faciat ad Pharifaeos, eorumque praeconceptam opinionem, Meffiam, regem terrenum, infigni fplendore cinctum, magna cum pompa appariturum effe, refellat; cum pompa et maieftas inprimis obferuationi aliorum pateant: palam effe arbitramur, verbis illis fententiam ineffe hanc: non veniet (ἔρχεται pro ἐλεύσεται) regnum Meffianum ita, vt externus maieftatis fplendor in oculos incurrat, et obfervari poffit. — 21. οὐδὲ ἐροῦσιν· ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ, *neque erit quod dicatur, hic vel illic* adeffe, hic vel alibi effe caftra, vexilla, hanc vel illam vrbem Meffiam cepiffe. ἰδοὺ γὰρ, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν] *fcitote enim iam inter vos illud ipfum effe conftitutum*, initium cepiffe vobis non opinantibus, nec credentibus, cum praeconceptis opinionibus capti teneamini. Quae vos adhuc exfpectatis, ea iam euenerunt, attamen non ita vt vos fperaftis et adhuc fperatis; ego, Meffias, veni conditurus regnum, fiue focietatem eorum, qui ob virtutis doctrinaeque meae ftudium, hac in vita exercitum, felicitate poft mortem fruituri fint fumma et perpetua. ἐντὸς haud raro eft idem quod ἐν, *inter*, vt ap. Xen. Anab. 1, 19. 2. vbi τὰ ἐντὸς αὐτῶν dicuntur, quae apud fe in caftris habebant, v. *Raphelius* Obff. Xenophh. ad h. l. add. Ael. H. V. 9. 3. in verfione Alexandrina refpondet Hebr. בקרב, quod eodem modo adhiberi folet. vid. *Wolfium* in Curis ad. h. l

Cum vero ἐντὸς vſurpetur quoque de animo, (v. *Schleusneri* Lex. h. v.) Phariſaei autem animis, a Chriſto eiusque doctrina, alieniſſimis fuerint: alii verba ἡ βασιλεία κ. τ. λ. vertunt: *regnum Meſſianum in animis veſtris eſſe debet.* Prior tamen interpretandi ratio, vtpote ſimplicior, et orationis ſeriei conuenientior, omnino praeferenda videtur.

22 ſqq. Continent hi verſus fragmentum ſermonis Chriſti, de interitu vrbis reipublicaeque Iudaeorum, tunc temporis habiti. vid. Commentar. in Matth. Argum. c. 24. Senſus verborum Chriſti inde a v. 22 — 24. hic eſt: Tempora venient periculoſa et grauia, me abſentem valde deſiderabitis; dicent vobis, me hic vel ibi eſſe, nolite vero his impoſtoribus fidem habere; attamen ego, Meſſias, redibo, ſed ita, vt non conſpiciar, praeſentiam ac maieſtatem meam per interitum ciuitatis Iudaeorum demonſtrabo. vid. Commentar. in Matth. l. l. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς κ. τ. λ.] *tum diſcipulis dixit: erit tempus, quo vel vnum horum dierum, quibus ego Meſſias* (v. Matth. 8. 20.) *inter vos commoror, videre cupiatis*, vel vno die meo conſpectu, mea conſuetudine, qua iam perfruimini, frui cupiatis, adeo ardenter me deſiderabitis, adeo graue et funeſtum illud tempus erit. — 23. ἢ in multis optimae notae libris deeſt, in aliis e gloſſemate legitur καί· non dubito, quin e v. 21. particulam ἢ grammatici librariiue repetierint. μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε] *nolite abire eosque* (haec vobis dicentes ſubint. αὐτοὺς) *ſequi.* διώκειν h. l. idem eſt quod ἕπεσθαι, *ſequi.* v. *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. Locus parallel. Matth. 24, 26. ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν· ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐςί· μὴ ἐξέλθητε· ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιςεύσητε. Citra neceſſitatem alii verbum διώκειν explicuerunt: *partes alicuius ſequi, alicui adhaerere*, (de qua verbi poteſtate v. *Krebſius* et *Loesnerus* ad h. l.) illudque retulerunt ad impoſtores Meſſiae perſonam agentes, hoc ſenſu: nolite iis adhaerere. — 24. Conf. not. ad Matth. 24, 27.

25. ἀποδοκιμασθῆναι v. ad Marc. 8, 31. ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης v. ad Matth. 11, 16.

26 — 29. Exornatur sententia haec: calamitas Iudaeis imminet grauissima, eosque nihil tale metuentes opprimet. Conf. omnino not. ad Matth. 24, 37. 38. ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, *in aduentu Messiae.* — 29. ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων] *sed eodem die quo Lotus reliquit Sodomam.* Solent vtriusque testamenti scriptores Sodomam commemorare, ad describendam impietatis atrocitatem, poenarumque diuinarum grauitatem, v. Ies. 1, 10. Ier. 50, 40. Hos. 11, 8. Ez. 16, 46. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 5. v. *Lowthus* de Poësi Hebr. S. p. 369. *Mich.* et vt h. l. ita quoque in Rabbinorum scriptis exemplum diluuii et interitus Sodomorum, iungi solet. v. *Wetstenius* ad h. l. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ] *instar pluuiae demisit de coelo ignem sulphureum:* ἔβρεξε nempe ὁ Θεὸς, v. Matth. 5, 45. respondet Hebr. הִמְטִיר Gen. 2, 5. 19, 24. πῦρ, *fulmen*, v. Luc. 9, 54. θεῖον proprie notat *fulmen*, ignem quasi diuinum (*Statius* Thebaid. 1, 92 sq. *Ilicet* igne Iouis *lapsisque citatior astris Tristibus exsiluit ripis;* et loca a fulmine tacta dicebantur θεῖα, hominumque vsibus erant exemta. Quoniam vero talibus locis sunt *inusta vapore Signa, notaeque graues, halantes sulphuris auras*, Lucret. 6, 219. quoniam fulmen odorem ac vim sulphuream habet; hinc θεῖον frequenter *de sulphure* adhibetur, vt Apoc. 14, 10. 19, 20. et h. l. Alexandrini interpretes hac voce vsi sunt ad exprimendam Hebr. גָּפְרִית Gen. l. c. Ez. 38, 23. Ps. 11, 6. quo posteriori loco legitur: *demittet in impios turbines, ignem et sulphur.* Itaque πῦρ καὶ θεῖον est, *ignis sulphureus*, vno verbo *fulmen.* Planities illa, in qua Sodoma et Gomorra iacebant, fulmine tacta, plena erat bitumine, etiam naphtae fontes et rimae ibi reperiebantur, bitumen autem et naphta facile ignem concipiunt, cumque adeo longe lateque victrix flamma regnaret; laxatis glebarum compagibus, omnis

tractus folutus fubfidebat, et palus fub terra ftagnans apparebat. v. *Michaelis* Commentat. *de natura et origine maris mortui* in eiusd. Commentatt. Societ. Reg. Gotting. per annos 1758 — 1762. praelect. et *Rofenmülleri* Scholia ad Gen. l. c.

30. 31. κατὰ ταῦτα id. qd. ὁμοίως v. 28. ᾗ ἡμέρᾳ pro ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ, *tempore illo, quo Meffias apparebit*, ad vindictam fumendam de religionis fuae aduerfariis. Praefens ἀποκαλύπτεται vim habet futuri ἀποκαλύψεται, vt fupra v. 2. ἔρχεται pro ἐλεύσεται. Quod verba v. 31. attinet, v. not. ad Matth. 24, 17. 18. καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, et in ipfa domo fupellectilem reliquit. εἰς τὰ ὀπίσω v. Marc. 13, 6.

32. μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ] *mementote quid acciderit vxori Loti*, cauti effe difcite exemplo vxoris Loti. v. Gen. 19, 26. Ea cum in vrbem, forte fupellectilis auferendae cauffa, redire vellet, (vid. not. ad Luc. 9, 62.) mifere periit, infixa nimirum haefit in terra falfuginofa, vapore fuffocata, vel igne confumta, vid. *Rofenmülleri* Scholia ad Gen. l. c. qui ibi, praeeunte *Dathio*, recte monuit, נציב nunquam ftatuam aut monumentum indicare, fed נציב חתי exprimendum effe: *haefit infixa*.

33. Senfus eft: multi tamen, etfi magna cum diligentia vitam fuam feruare ftudeant, eam amittent, alii contra, de quibus iam actum effe videtur, qui in praefentiffimo mortis periculo verfantur, vitam feruabunt. Adjecta funt haec verba, vt eo fortius exprimeretur omnino fententia haec: triftiffima et periculofiffima illa tempora erunt. Male alii haec verba hunc in modum interpretantur: qui vitam fuam tunc feruare voluerit, ita, vt a mea doctrina defcifcat, is faluti fuae non profpiciet; qui vero vitam fuam amiferit, religionis meae cauffa, feruabit eam, felicitate ornabitur maxima. vid. Matth. 10, 39. Haec

autem fententia prorfus ab hoc loco aliena eft, nec additum legitur h. l. ἕνεκεν ἐμοῦ, vt Matth. l. c. Verbum ἀπόλλυμι, vt ἀποθνήσκω, poni folere de iis, qui in mortis periculo verfantur, pluribus a nobis oftenfum eft ad Matth. 8, 25. add. Luc. 8, 42. ζωογονεῖν autem in verfione feptuagintauirali refpondet Hebraeorum verbo חיה ita, vt notet *viuum feruare.* v. Iudicc. 8, 19. 1 Regg. 20, 31. add. Act. 7, 19. et *Wetftenius* ad h. l.

34. 35. Vid. Matth. 24, 40. 41. ταύτῃ τῇ νυκτὶ nonnulli vertunt *hac nocte* i. nocte aliqua illius temporis, alii vero, rectius, vt videtur, explicant: *illa nocte, tempore illo calamitofo, nox* enim Hebraeis eft imago miferiae et calamitatum. v. Mich. 3, 6. Suidas: τὰς συμφορὰς πολλάκις νύκτας ἡ γραφὴ λέγει· et κλίνη non tantum fignificat *lectum cubicularem*, fed et *lectum triclinarem*, vid. ad Marc. 4, 21. Confirmare videntur hanc interpretationem etiam exemplum v. 35. allatum, et locus Matth. parall. vbi legitur τότε. — 35. ἐπὶ τὸ αὐτὸ vid. ad Matth. 22, 34.

36. Multi diuerfarum familiarum codd. optimi hunc verfum omittunt, neque adeo ob ὁμοιοτέλευτον omiffus videtur, fed probabilius eft, verba huius verfus e Matth. loco parallelo 24, 40. in hunc locum effe translata, vnde et *Griesbachius* atque *Matthaeius* ea ex ordine eiecerunt.

37. Interrogationem difcipulorum ποῦ κύριε; vulgo interpretantur: *vbinam, domine, haec euenient?* Attamen ex iis, quae Iefus dixerat de reuentu fuo, et de calamitatibus ac malis a fe perferendis, coll. v. 22. 24. 25. quae eadem faepius et fatis perfpicue praedixerat, v. Matth. 17, 23. 16, 21. al. fponte intelligere poterant difcipuli, magiftrum hactenus verba feciffe, de calamitate Iudaeis imminente. Opinabantur praeterea etiam Iudaei, atroces calamitates apparitionem Mefliae praegreffuras effe, et ca-

lamitatibus iftis annumerabant vaftationem templi et vrbis. v. Commentar. in Matth. c. 24. Argum. Itaque ποῦ non videtur explicandum effe *vbinam?* imo potius, *quomodo? qua ratione haec euenient?* quinam funt illi hoftes? cur tam pauci euadent? etc. vt adeo ποῦ fit vlterius fcifcitantis. Iefus ad hanc curiofam quaeftionem ita refpondet, vt vtatur prouerbio tunc temporis folenni, de quo vid. not. ad 24, 28. *vbi cadauer eft, ibi aduolare folent vultures* i. non deerunt, qui Iudaeorum improbitatem fint punituri, certiffime, grauiter et repente punientur. ποῦ h. l. eft id. quod πῶς, et refpondet Hebr. אֵיפֹה, *quomodo?* Iudd. 8, 18. et ita quoque legitur ap. Demofth. p. 638. 17. *Reisk.* ποῦ δὲ γένοιτ᾽ ἂν ταῦτα; vid. *Vigerus* de Idiotifm. p. 445. *Herm.* Pro σῶμα in nonnullis libris legitur πτῶμα, quod vocabulum e Matth. l. c. in hunc migrauit, eft autem σῶμα idem plane quod πτῶμα, *cadauer.* v. ad Matth. 14, 12.

CAPVT XVIII.

1. Parabola, quae initio huius cap. legitur, cum fermonibus Chrifti fub finem c. 17. recenfitis cohaeret, coll. v. 7. 8. eodemque tempore ab eo prolata eft. Ipfa autem parabolae cum antecedentibus connexio v. 1. et quae Chriftus fub finem illius fubiecit v. 7. 8 fatis euidenter docent, inde a c. 17, 22. legi tantummodo fragmentum orationis a Chrifto tunc temporis habitae, et varias interlocutiones ac interrogationes difcipulorum effe omiffas. Iam quod argumentum fimilitudinis propofitae attinet, ea Chriftus cohortatus eft fectatores fuos tunc temporis praefentes, vellent calamitatibus preffi, Dei auxilium implorare precibus ardentiffimis, easque continuare, quam-

vis Dei auxilium differri viderent, certo enim et improviso ipsos a Iudaeorum persecutionibus liberatum iri: se, Messiam, ad excidium Hierosolymorum, ad poenas de Iudaeis, aduersariis religionis suae acerrimis, sumendas, inopinato reuenturum esse, et cum interitu ciuitatis Iudaeorum coniunctam fore liberationem sectatorum suorum, Iudaismi oppressionem et laetiorem religionis christianae propagationem. v. Matth. 24, 31. 33. Luc. 21, 12 sqq. πρὸς, *de*, de obiecto. v. *Kypkius* ad h. l. et *Schleusneri* Lex. h. v. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προςεύχεσθαι de eo quod assidue orandum sit, proposuit parabolam, qua doceret assidue preces esse faciendas. πάντοτε vt infra v. 7. ἡμέρας καὶ νυκτὸς, *assidue*, v. ad Luc. 2, 37. ἐκκακεῖν, *segnescere*, *defatigari*, np. in precibus faciendis, v. Gal. 6, 9. 2 Thess. 3, 13.

2. 3. τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος] *qui nec Deum, nec hominem vllum reuerebatur.* Descriptio hominis egregie improbi, etiam scriptoribus exteris frequens. Antonin. Lib. f. 21. οὗτοι ἐτίμουν οὔτε θεὸν, οὔτε ἄνθρωπον. Dionys. Halic. 10, 11. οὔτε θεῖον φοβηθέντες χόλον, οὔτε ἀνθρωπίνην ἐντραπέντες νέμεσιν. cf. *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. De potestate verbi ἐντρέπεσθαι v. not. ad Matth. 21, 37. — 3. χήρα δέ τις ἦν] Pron. τις quod a multis codd. abest, a grammaticis adscriptum esse videtur, quoniam praecessit κριτής τις v. 2. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου] *vindica, libera me ab aduersario meo:* ἐκδικεῖν respondet Hebr. הוֹשִׁיעַ, quod cum particula מ construi solet, v. 1 Sam. 25, 33. vbi Symmachus vsus est verbo ἐκδικεῖν, sed Alexandrini adhibuerunt verbum σώζειν· add. Iudd. 8, 22. 10, 12.

4 — 6. ἐπὶ χρόνον est simpliciter *ad tempus, per tempus.* Homer. Il. β', 299. μείνατ' ἐπὶ χρόνον· neque necesse est vt cum aliis subintelligamus πολὺν, v. *Bosii* Ellips. Grr. p. 402. ed. *Schaeferi.* — 5. De formula κόπον

παρέχειν vid. not. ad Matth. 26, 10. ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με] ne *assidue ventilando me excruciet:* εἰς τέλος, Hebr. לָנֶצַח, *perpetuo, assidue*, id. qd. πάντοτε. Verbum ὑπωπιάζειν quod h. l. adhibitum est ad significandam molestiam, quam sustinet is, cuius aures importunis flagitationibus obtunduntur, proprie notat *sugillare, vt sub oculis existant vibices*, et κατ' ἐξοχὴν vsurpatur de pugilibus, qui pugnis et caestibus sibi inuicem ictus iterum iterumque repetitos in vultu, inprimis infra oculos infligunt, seque ita vexant et excruciant; hinc translate omnino notat: *affligere, vexare, excruciare*, quouis modo, alterum Aristoph. Pac. 539 sq. πρὸς ἀλλήλας λαλοῦσιν αἱ πόλεις, διαλλαγεῖσαι καὶ γελῶσιν ἄσμεναι, καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι ἁπαξάπασαι, *colloquuntur inuicem vrbes reconciliatae, et rident hilares, quamuis omnes misere fuerint vexatae.* Sermo est ibi de vrbibus, quae multis belli malis vexatae pacem quaerebant. Scholiastes ὑπωπιασμέναι explicuit: σφοδρῶς πληγεῖσαι ὑπὸ τοῦ πολέμου. Conf. omnino de hoc verbo *Suicerus* Thes. Eccles. T. 2. p. 1400. *Deylingius* Obss. Sacr. T. 1. p. 165. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. — 6. ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει, *auditis quid iudex ille iniustus statuerit.* λέγειν cum v. 4. praecesserit εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, h. l. significat: *cogitare, statuere*, et idem valet quod λέγειν ἐν ἑαυτῷ, vt Luc. 1, 24. Matth. 6, 31. al.

7. Similis comparatio Matth. 7, 9 sqq. Luc. 11, 11 sqq. Deus ergo, iudex longe iustissimus, nonne vindicabit ab hostium iniuriis cultores suos, ipsum assidue implorantes? Debarim Rabba f. 257. ad Ps. 27. extr. *ora atque iterum ora, veniet hora, qua tibi dabitur.* ἐκδίκησιν ποιεῖν vim obtinet verbi simplicis ἐκδικεῖν v. 3. vt Iudd. 11, 36. ἐποίησέ σοι κύριος ἐκδικήσεις ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου. De voce ἐκλεκτοὶ, qua h. l. significantur *christiani rectae indolis*, dictum est ad Matth. 20, 16. 24, 22. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς] *quamuis auxilium differat;* quamuis in eo-

rum cauſſa, in iis ſeruandis, tardior videatur. μακροθυμεῖν quod alias ita legitur, vt ſit *exſpectare*, v. Iac. 5, 7. Hebr. 6, 15. not. ad Matth. 18, 27. h. l. ſignificat *cunctari*, *auxilium differre*, vt Sirac. 32, 18. Pro μακροθυμῶν in aliis libris extat μακροθυμεῖ, in aliis μακροθυμήσει, quae tamen lectiones grammaticis ſuam originem debent, qui eas in marg. appoſuerunt, quoniam praeceſſit ποιήσει, vulgaris lectio μακροθυμῶν, vtpote difficilior, pluriumque codd. auctoritate munita, retinenda eſt. καὶ id. qd. καίπερ, *quamuis*, vt Act. 7, 5. Hebr. 3, 9. v. *Noldius* Concordd. p. 297. *Valckenarius* ad Eurip. Phoen. p. 98 ſq. et *Schleusneri* Lex. h. v.

8. λέγω ὑμῖν, ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει κ. τ. λ.] *mihi credite*, *repente et inopinato iis auxilium feret. Verum vbi reuenero, num in hac terra hanc fiduciam inueniam?* Sermo erat in antecedentibus de reditu Chriſti ad interitum ciuitatis Iudaeorum, et de liberatione chriſtianorum ab illorum perſecutionibus, ergo γῆ in hac orationis ſerie eſt Palaeſtina. Admonuerat porro Ieſus hac parabola ſectatores ſuos, vt calamitatibus preſſi, Dei auxilium ardenter implorarent v. 1. vt certo confiderent ac ſperarent, Deum iis auxilium praeſtiturum eſſe, quamvis illud differri viderent v. 7. et promiſerat, ſe, Meſſiam, inopinato reuenturum atque ſuos a calamitatibus et perſecutionibus liberaturum eſſe v. 8. Itaque per πίστιν intelligi debet, fiducia firma et conſtans, in Dei et Chriſti auxilio poſita; atque adeo ſenſus eſt: num putatis tempore reuentus mei, in hac terra me multos reperturum eſſe, hac fiducia praeditos? quae interrogatio hanc vim habet: pauci erunt ἐκλεκτοὶ, plures ſectatorum meorum e Iudaeis, animum abiicient, calamitatibus preſſi, diſciplinam meam deſerent. vid. Matth. 13, 21.

9. Parabola, quae nunc ſequitur, cum ea quae praeceſſit, non cohaeret, ſed annexa eſt priori, quoniam

ipfa quoque de precibus agit. Oftendere autem voluit Iefus hac parabola, non nifi modeftos Deo probari, non effe arroganter et fuperbe precandum, more Pharifaeorum, qui fe pios ac probos exiftimarent, quod ritus externos accurate obferuarent, adeoque opinarentur, Deum hanc ipfam ob cauffam, preces ipforum exaudire debere. Itaque v. 9. continet defcriptionem Pharifaei, omninoque hominis, Pharifaeorum more, fuis meritis innitentis. εἶπε δὲ καὶ πρός τινας κ. τ. λ.] *Porro hanc enarrauit parabolam, qua fpectabat nonnullos, quibus perfuafiffimum erat, fe effe probos*, qui hac fua probitate, his fuis meritis nitebantur, *quique adeo reliquos contemnebant.* πρὸς vid. ad v. 1. ἐξουθενεῖν, Hebr. בָּזָה, *fpreuit, contemfit.* Suidas: ἐξουθενῶ σε· ἀντ' οὐδενός σε λογίζομαι. ἀνέβησαν templum in monte Moria loco editiffimo Hierofolymorum fitum erat; vid. de hoc verbo not. ad Matth. 20, 17.

11. 12. ὁ Φαρισαῖος ςαθεὶς, πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προςηύχετο] *Pharifaeus ftabat, et fecum tacitus hunc in modum precabatur.* Plures quidem interpretum πρὸς ἑαυτὸν referunt ad participium ςαθεὶς atque explicant vel, *feorfim folus ftabat*, vel, *loco fuo, praecipuo aliquo*, vbi confpiceretur procul a vectigalium exactore. Hanc vero interpretandi rationem non admittit vfus loquendi. Etenim Hebraicum לְבַדּוֹ ab interpretibus Alexandrinis explicatur per καθ' ἑαυτὸν, veluti Zach. 12, 12. h. e. *feorfim*, nunquam vero per πρὸς ἑαυτὸν, nec vllibi haec ipfa vox πρὸς ἑαυτὸν hoc fenfu legitur, fed refpondet formulis ἐν ἑαυτῷ et παρ' ἑαυτῷ h. e. *fecum, tacite*, vt Marc. 11, 31. coll. 12, 7. 10, 26. 16, 3. Luc. 20, 5. 14. coll. 12, 17. Ariftaenet. ep. 1, 6. πρὸς ἐμαυτὸν ἔφην, *tum ego mecum.* cf. *Lu. de Dieu* et *Wolfius* in Curis ad h. l. Nec argutandum eft in verbo ςαθεὶς, folebant enim Iudaei ftantes orare 2 Par. 6, 12. Marc. 11, 26. Matth. 6, 5. et hoc ipfum ςαθεὶς ornatus tantum cauffa, h. l. additum eft. εὐχαριςῶ σοι κ. τ. λ.] *gratias tibi Deus ago, quod non fum fimilis*

hominibus aliis, rapacibus, iniuſtis, adulteris neque etiam huic portitori. Exempli loco commemorantur ἅρπαγες, *rapaces*, qui per vim et palam aliis iniuriam inferunt, bona aliorum rapiunt; ab iis diſtinguuntur ἄδικοι, qui idem faciunt ſpecie iuris et fraude. — 12. νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου] *duobus hebdomadis diebus ieiunium ago.* σάββατον indicat h. l. *ſeptimanam*, vt Marc. 16, 2. quae a ſabbato incipiebat, et in ſabbatum deſinebat; v. Matth. 28, 1. ſermo autem eſt h. l. non de ieiuniis publicis, ſed priuatis, vt Matth. 9, 14. ſolebant Phariſaei bis in ſeptimana quaque, die ſecundo et quinto, ieiunia priuata agere, quae ab aliis Iudaeis non obſeruabantur, vtpote nulla lege diuina ad haec ieiunia adſtrictis. v. *Buxtorfius* in Synagoga Iud. c. 14. p. 279. c. 30. p. 574. et *Druſius* ad h. l. ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι] *decimas ſoluo omnium quae poſſideo.* vid. not. ad Matth. 23, 23. Parum intereſt, vtrum verbo κτῶμαι, *acquirendi*, an *poſſidendi* notionem tribuas, qua vtraque illud occurrere, exemplis comprobauit *Raphelius* Obſſ. Xenopph. ad h. l. Phariſaeus ergo ille merita ſua immodeſte collaudabat, iisque nitebatur, ſe ſanctum et pium exiſtimabat, quoniam a quibusdam flagitiis abſtinebat, et ritus externos accurate obſeruabat.

13. 14. Portitor ſtabat μακρόθεν h. e. in atrio gentilium, ſi gentilis erat, vel, ſi Iudaeus, in atrio quidem Iſraelitarum, ſed procul a Phariſaeo, qui propius ad ſacra templi interiora acceſſerat. οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι] *ne oculos quidem in coelum tollere audebat.* Depingitur his verbis animus hominis moeſtitiae plenus, malefactorum conſcientia tactus, ab elatione et φιλαυτίᾳ alienus. Vt enim oculorum elatio apud veteres fiduciae et laetitiae ſignum erat, (v. *Keuchenius* ad h. l. *Suiceri* Theſ. Eccleſ. T. 2. p. 532.) ita oculos in terram defigere, et caput ſubmittere ſolebant triſtitia affecti, vel malefactorum conſcientia tacti, vt docuit *Kypkius* ad h. l. ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ κ. τ. λ.]

fed pectus tundebat, et in haec erumpebat verba: fis, Deus, mihi peccatori propitius. Pectus lugentes pugnis tundebant. v. ad 8, 52. et *Wetstenius* ad h. l. ὁ Θεὸς, Atticorum more, pro ὦ Θεὲ vt v. 11. vid. *Bosius* Exercitt. p. 46. *ἱλάσκεσθαι, placari, propitium reddi.* Phauorinus: ἱλάσθητι· ἵλεως μοι γένοιο. In verfione Alexandrina refpondet hoc verbum Hebr. סלח, quod modo perfonam, modo rem in datiuo fibi habet fubfequentem. v. 2 Regg. 5, 18. Pf. 24, 12. Dan. 9, 19. conf. *Bielii* Thef. h. v. *Grotius* ad h. l. et *Raphelius* Obff. Herodott. p. 265. — 14. *κατέβη οὗτος — ἢ ἐκεῖνος*] *mihi credite, hic magis probatus Deo discessit domum, quam ille*; deeft h. l. μᾶλλον. vid. ad Luc. 10, 20. Solent autem Hebraei negationem exprimere per comparationem, vt Gen. 38, 26. 1 Sam. 24, 18. et ita h. l. exprimitur notio haec: Pharifaeum minime fefe Deo probaffe. *δικαιοῦσθαι, Deo probari* Rom. 3, 20. al. v. de hoc verbo *Koppii* Exc. 4. ep. ad Gal. Pro ἢ ἐκεῖνος in multis libris legitur ἢ γὰρ ἐκεῖνος, in aliis: παρ' ἐκεῖνον, μᾶλλον παρ' ἐκεῖνον, ὑπὲρ ἐκεῖνον, ἤπερ ἐκεῖνος. Vera et genuina lectio, quam etiam *Griesbachius* et *Matthaeius* receperunt, eft: ἢ γὰρ ἐκεῖνος, reliquae lectiones grammaticis, quibus offenfioni effet particula γὰρ, (quae tamen affirmatiue pofita eft) librariisque, [qui literas Γ et Π, (vid. *Koenius* ad Gregor. p. 79.) Υ et Η (vid. ad Luc. 9, 50.) faepius permutarunt] fuam originem debent. πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν κ. τ. λ.] *omnis qui fe ipfum extollit, deprimetur, qui fe ipfum deprimit, extolletur*; formula proverbialis v. Matth. 23, 23. Luc. 14, 11. cuius fenfus h. l. eft: non nifi modeftus Deo probatur, ab eoque felix redditur.

15 — 30. Vid. Matth. 19, 13 — 30. Marc. 10, 15 fqq. Pro ῥαφίδος v. 25. codd. nonnulli exhibent βελόνης, quae tamen lectio gloffema redolere videtur. Phrynichus p. 32. βελόνη καὶ βελονοπώλης, ἀρχαῖα, ἡ δὲ ῥαφὶς τί ἐστιν, οὐκ ἄν τις γνοίη· fed ῥαφὶς probam vocem

esse e Polluc. Onom. 7, 12. docuit *Schwarzius* ad *Olearium* de Stilo N. T. p. 286. Voc. *τρυμαλιᾶς*, quod h. l. legitur, Theophylactus explicauit *τρυπήματος βελονίου*.

31. Vid. Matth. 20, 17 sqq. *καὶ τελεσθήσεται πάντα — τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου*] *et euentu comprobabuntur omnia, quae de Messia in scriptis prophetarum leguntur. τελεῖσθαι, impleri,* verbum proprium de praedictionibus, quae euentu comprobantur, vt Hebr. כלה, cui in versione Alexandrina Esdr. 1, 1. respondet; ita etiam hoc verbum vsurpauit Apollodor. Bibl. 2, 4. 4. *χρησμὸς τετελεσμένος, oraculum euentu comprobatum.*

34. Vid. notat. ad Matth. 16, 21. 17, 23. 12, 39. Luc. 9, 46.

35 sqq. Vid. ad Matth. 20, 29 sqq.

CAPVT XIX.

1. 2. Καὶ εἰσελθὼν διήρχετο τὴν Ἱεριχώ] *Tum ingressus* (18, 35.) *Iesus Hierichuntem, transire volebat.* Ἱεριχὼ v. Matth. 20, 30. Luc. 17, 11. — 2. *Ζακχαῖος* est nomen Hebraicum זַכַּאי, *insons, iustus,* Esr. 2, 9. Neh. 7, 14. v. *Drusius* et *Lightfootus* ad h. l. ipsumque adeo hominis nomen docet, eum fuisse Iudaeum, et aliunde satis constat, non omnes portitores fuisse gentiles, sed Iudaeos quoque in eorum numero fuisse, nec obstat, hunc Zacchaeum infra v. 7. nominari *ἁμαρτωλὸν*, hoc enim vocabulum ibi non *gentilem*, sed *hominem scelestum, famosum,* indicat. v. not. ad 15, 11. et *Grotius* ad v. 9. Ita-

que non adſtipulari poſſum *Schulzio*, qui in *Anmerkk.* ad h. l. contendit, Zacchaeum natione quidem fuiſſe gentilem, ſed veri Dei cultorem, et nomen ipſius Latinum *Iuſtus*, a Iudaeis, inter quos viueret, mutatum fuiſſe in Hebr. זכאי. *ἀρχιτελώνης, portitorum magiſter*, qui caeteris portitoribus praeeſt, v. ad Matth. 5, 46. et quos ibi laudauimus.

3. *καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐϛι*] *de facie cognoſcere* cupiebat *Ieſum*, qui ei fama notus erat. Sed *ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐϛι* poſitum eſt pro *ἰδεῖν τίς ἐϛι ὁ Ἰησοῦς*. Solent enim Graeci nomina poſteriorum membrorum ſic ponere in membris prioribus, eaque accommodare verbis quae ibi leguntur, vt ap. Ariſtoph. Plut. 72. *ἦν πύθησθέ μ' ὅϛις εἰμ'*. v. 56. *σαυτὸν ὅϛις εἶ, φράσον*. Sophocl. Ai. 118. *ὁρᾷς — τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση* pro *ὅση ἡ ἰσχύς*. vid. et *Er. Schmidium* ad h. l. *καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου*] *nec poterat huic deſiderio ſatisfacere prae turba*. vid. de hoc praepoſitionis *ἀπὸ* uſu not. ad Matth. 13, 44. *Noldius* Concordd. Particc. in מ n. 26. 28. in מִן n. 12. 14. et *Loesnerus* ad h. l. Phauorinus: *ἀπὸ, πρόθεσις — σημαίνει καὶ αἰτίαν*.

4. *προδραμὼν ἔμπροσθεν*] *praecurrens*: *ἔμπροσθεν* ex Hebraiſmo h. l. redundat, ſimilis formula 1, 17. *προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ*. Neque tamen haec loquendi ratio ſcriptoribus exteris inuſitata, ap. Xen. Cyr. 4, 2. 12. legitur: *προπορεύεσθε ἔμπροσθεν*· vid. et *Wetſtenius* ad h. l. Male ergo *Beza*, lectionem codd. nonnullorum, *προςδραμὼν, accurrens*, praeferendam putauit. *ἐπὶ συκομορέαν*] in aliis libris extat *συκομοραίαν*, ſed prior lectio verior, cum, notante *Bengelio*, nomina arborum deſinant in *εα*, vt *ἰτέα, κολυτέα, μηλέα, περσέα, πτελέα κ. τ. λ.* de arbore ipſa vid. not. ad 17, 6. *ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι*] *quoniam illac tranſiturus erat*, ſc. vrbem v. 1. *δι' ἐκείνης* ſcilicet *ὁδοῦ*, *ea via*, ad quam ſycomorus ſita

erat. Praepofitionem, δὶ plurium optimae notae codd. admonitu, tanquam fupreptіciam recte induxerunt ac fustulerunt *Griesbachius* et *Matthaeius*, vt adeo fubintelligi debeat. Sic fupra 5, 19. ποίας pro διὰ ποίας fcl. ὁδοῦ.

5 — 7. Monent interpretes, Zachaeum, pro legato diuino habuiffe Iefum, eiusque doctrinae accuratius cognofcendae fuiffe cupidum, idque nuntiatum fuiffe Iefu a portitoribus aliis; Iefum ergo cum hominem in arbore confpexiffet, et quisnam ille effet, comperiffet, recordatum effe eorum, quae de Zacchaeo audiuiffet adeoque ad eum deuertere decreuiffe, quo hominem difcendi cupidum edoceret, et fectatorum fuorum numero adiungeret. μένειν, *commorari*, *deuertere*, vid. ad Matth. 10, 12. pro eo v. 7. legitur καταλύειν, h. e. *hofpitio alicuius vti*, v. 9, 12. — 6. καὶ σπεύσας κατέβη κ. τ. λ., *confeftim ille defcendit, et laetus Iefum recepit.* — 7. *Iudaei vero omnes*, qui Iefum comitati erant, quibus Zacchaeus optime notus effet, *fremebant*, *quod* Iefus *apud hominem tam malae notae deuertiffet.* coll. 15, 2. Praepofitio παρὰ non debet referri ad εἰςῆλθε, (cum hoc enim verbo copulaffet Lucas praepofitionem πρὸς, vt fecit 1, 28.) fed ad καταλῦσαι, cui, vt verbo ξενίζειν (v. Act. 10, 6.) iungi folet particula παρά. Diod. Sic. p. 66. B. ὃς καταλύσας παρὰ τῷ Σίμμᾳ, καὶ θεωρήσας τὴν Σεμίραμιν, ἐθηρεύθη τῷ κάλλει, *qui cum ad Simmiam deuertiffet, confpectae Semiramidis amore correptus eft.* p. 166. D. καταλύσας παρὰ Ἀλέῳ τῷ βασιλεῖ. v. *Münthius* et *Bofius* Exercitt. ad h. l.

8. Parum probabile eft, Zacchaeum, cum Iefus domum ipfius intraffet, (coll. v. 6. 7.) eum verbis excepiffe iis, quae h. l. leguntur; longe probabilius eft, Iefu cohortationes et monitiones tantam vim habuiffe in Zacchaei animum, vt confcientia tactus polliceretur, fe velle dimidiam partem bonorum fuorum pauperibus dare, et iis, quos defraudaffet, quadruplum reddere. Ex omni enim narratione fatis euidenter apparere videtur, plura effe

omiſſa, a Ieſu, Zacchaeo, et Ieſu diſcipulis, qui vna cum magiſtro ad Zacchaeum deuerterant (v. 10.), dicta; et in Lucae archetypo, e ſermonibus atque colloquiis illo tempore inſtitutis, ea tantum notata fuiſſe, quae inprimis notatu digna viſa eſſent. *Paulus* ad h. l. autumat, Zacchaeum fuiſſe hominem probum, et ab omni fraude alienum, eumque, audita Iudaeorum criminatione v. 7., nullius fraudis iniuriaeque ſibi conſcium, Ieſum allocutum eſſe verbis his: quoniam tanta mihi hodie laetitia contigit, dimidiam partem facultatum mearum pauperibus dabo, et ſi quem defraudauerim, veniat, recipiat quadruplum, ego defraudaui neminem. Sed huic coniecturae, orationis contextus, ipſa Iudaeorum, quibus Zacchaeus optime notus eſſet, indignatio, et verba Chriſti (v. 10.) ἦλθε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, obſtare videntur; attamen Zacchaeum non omnem honeſtatis ſenſum exuiſſe, doctrinae diuinae cupidum fuiſſe, et Ieſum pro legato diuino habuiſſe, omnino ipſa narratio docet. Zacchaeus igitur Ieſu docenti adſtans, σταθεὶς, verbis ipſius ita commouebatur, vt in haec erumperet verba: ἰδοὺ, τὰ ἡμίση — ἀποδίδωμι τετραπλοῦν, promittebat ergo etiam ſe iis quos defraudaſſet, quadruplum redditurum eſſe. Quod Zacchaeus vltro faciebat, non habet rationem legis. Ex Moſaicae legis praeſcripto, tantummodo is qui in iudicium adductus, et coram iudice furti conuictus atque damnatus eſſet, duplum aut quadruplum reſtituere debebat, qui vero vltro peccatum ſuum agnouiſſet, reſtituere debebat rei ſurreptae pretium, quinta parte ſuperaddita. vid. Exod. 21, 37. 22, 3. Num. 5, 6. 7. Praeſentia δίδωμι, ἀποδίδωμι pro futuris poſita ſunt, ad firmum certumque animi propoſitum fortius declarandum. εἴ τινος] non dubitationem infert, an fecerit hoc, ſed hanc ſententiam exprimit, ſe ſine discrimine omnibus, nemine excepto, iniuſte ſurrepta redditurum eſſe. Sic εἴ τις legitur Phil. 4, 8. 2 Theſſ. 3, 10. Apoc. 13, 9. al. ἐσυκοφάντησα] vid. ad 3, 14.

9. 10. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς] dura eſt et contorta eorum ratio, qui haec verba vertunt: *dixit ad eum Ieſus*, et quae ſequuntur, ad Zacchaeum directa eſſe putant; (v. *Wolfium* in Curis ad h. l.) dixit potius ea Ieſus ad diſcipulos, qui vna cum ipſo ad Zacchaeum deuerterant, et πρὸς αὐτὸν reddi debet: *de eo, reſpectu eius*, qua notione praepoſitio πρὸς haud raro occurrit, vt 20, 19. Rom. 10. 21. al. v. *Elsnerus* ad h. l. et *Schleusneri* Lex. h. v. ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο] *hodie huic familiae ſalus contigit;* quibus verbis declarare Ieſus voluit, Zachaei exemplo et opera, ipſius domeſticos eo redactum iri, vt ſe quoque ad Chriſti ſigna conferrent, atque ita ſeſe dignos redderent felicitate in regno Meſſiano exſpectanda. v. Ioh. 4, 53. Act. 10, 33. Etenim οἶκος, vt centies, h. l. *familiam, domeſticos*, indicat, et ſine vlla idonea ratione, *Grotius*, ſecutus Theophylactum, οἶκος per ſynecdochen, pro patrefamilias, Zacchaeo ipſo, accepit. Illius autem Ieſu verbis eam ſententiam ineſſe, quam iis ſubiecimus, haud obſcure docent verba, quae intento in Zacchaeum digito, adiecit: καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν] *quoniam et hic factus eſt Abrahami nepos*, hoc nomine dignus; et hic qui hactenus, propter improbitatis ſtudium, indignus erat, qui Abrahami, cui adeo disſimilis eſſet, diceretur nepos, cum ad meliorem frugem redierit, ad mea ſigna ſeſe contulerit, ius dignitatis priſtinae recepit, eique deſtinata ſunt regni Meſſiani bona Matth. 3, 9. 10, 6. 15, 24. Etiam aliis in locis *Abrahami nepotes* dicuntur ii, qui ei ſunt ſimiles, homines probitatis ſtudioſi, v. Matth. 3, 9. Ioh. 8, 39. vbi Ieſus docet, Abrahami nepotem eſſe τὸν τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιοῦντα. add. Ioh. 1, 47. καθότι vim habet particulae ὅτι, vt Luc. 1, 7. et ἐστι idem valet quod ἐγένετο. — 10. ἦλθε γὰρ κ. τ. λ.] vid. not. ad Matth. 18, 11. add. Luc. 15, 4. 10. Matth. 10, 6. adiecit haec Ieſus vt doceret diſcipulos, non eſſe ſua perſonà indignum cum

portitoribus conuerfari, ad eosque deuertere. ζητῆσαι Matth. 9, 13. καλέσαι ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

11. Dixerat Iefus, fe veniffe, vt infelices redderet felices, σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, haec verba in eam partem accipiebant difcipuli, vt fperarent, magiftrum, qui iam propius ab Hierofolymis, quo tendebat, abeffet, in illa vrbe, fefto Pafchatos, regnum Meffianum terrenum conditurum effe. Videntur ergo nonnulli eorum interrogaffe Iefum, an regnum Meffianum, vbi Hierofolymis adueniffent, confeftim initia effet capturum? Iefus igitur, vt hunc errorem corrigeret, propofuit iis parabolam, cuius argumentum hoc eft, equidem non proficifcor Hierofolymam, vt ibi regnum fuscipiam, discedam ex his terris, repudiabor a popularibus meis, fed reueniam, ad grauiter puniendam Iudaeorum, religionis meae aduerfariorum, pertinaciam; interea vnusquisque fectatorum meorum, fua religionis fcientia, fua facultate ita vtatur, vt quam plurimum ad rem chriftianam augendam conferat, officiis fuis recte et accurate fatisfaciat, omnemque fegnitiem et perfidiam fugiat; in reuentu enim meo rationem repofcam a fectatoribus meis, conftantes cultores meos praemiis ornabo, in calamitate Iudaeis infligenda illaefi feruabuntur (Matth. 24, 31.) exftincta Iudaeorum republica, religio mea laetius efflorefcet, latius propagabitur, et fectatores mei probi ac pii ampliorem in ecclefia chriftiana prouinciam nancifcentur, v. 17. 27. inconftantes vero et perfidi, qui meam doctrinam deferuerunt, et officia fua neglexerunt, cum Iudaeis poenas fubibunt. vid. Matth. 25. Argum. Ad haec capita omnis parabola referri debet, reliquae eiusdem partes ad exornationem pertinent. Eft autem haec parabola diuerfa ab ea, quae Matth. 25, 14 fqq. allata legitur. Differunt tempore. Illa enim, quam Matthaeus exhibuit, dicta eft a Iefu, cum vrbem ingreffus effet, noftra vero ante ipfius in vrbem ingreffum coll. v. 11. Differunt loco. Etenim eam, quae Matth. l. c. extat, pro-

pofuit Iefus in monte, in quo cum difcipulis confederat; noftram, in Zacchaei aedibus. Differunt etiam re ipfa. Nam illa fimilitudo, quam Matthaeus nobis referuauit, agit de reuentu Chrifti ad iudicium extremum, haec vero de reuentu Chrifti ad excidium Hierofolymorum coll. v. 11. 14. 27. Matth. l. c. fermo eft de patrefamilias, h. l. de principe; ibi herus tradit feruis rem fuam τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ Matth. 25, 14. accipiunt talenta, eaque impari distributione accipiunt, h. l. particulam tantum nummorum, quos habebat princeps, nempe decem minas, decem ferui recipiunt, quisque minam vnam; neque in illa apud Matthaeum parabola commemorantur ciues improbi, principem repudiantes, ab eoque propterea puniendi. ταῦτα referri debet ad ea quae v. 10. leguntur. προςθεὶς εἶπε, *adiiciebat* hactenus dictis, ויסף ויאמר Iob. 29, 1. διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἱερουσαλὴμ, *quod iam prope Hierofolymam effet.* Hiericho ab Hierofolymis tribus fere milliaribus diftabat. v. ad Matth. 20, 30.

12. εὐγενὴς, *nobili genere ortus, princeps.* Hefych. εὐγενὴς, ἐλεύθερος τῷ γένει. vid. de hac voce *Irmifchius* ad Herodian. T. 1. p. 786. ἐπορεύθη εἰς χώραν κ. τ. λ.] *in regionem longe disfitam profecturus, et accepto ibi regno, inde domum rediturus.* Siftitur h. l., vt omnis parabola docet, homo illuftri loco natus, qui eo confilio profectus eft ad regem magnum et potentem, vt ab eo impetraret facultatem imperandi iis, inter quos hactenus vitam privatam egerat. Cum abiiffet, ciues, ipfi alioquin infenfi, turbas mouebant, et per legatos, confilium illius intervertere conabantur. Reuerfus autem princeps ille, et nactus dignitatem, quam ambierat, ea valebat auctoritate, vt rebelles ad fupplicium rapere poffet. vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. Eft autem, vt recte obferuarunt interpretes, huius parabolae ratio repetenda ex moribus poft Herodis tempora in Iudaea receptis, reges nimirum Iudaeorum, non tam iure natalium, quam potius

beneficio imperatorum Romanorum regnabant. vid. Iofephus Ant. 14, 25. 26. 15, 10. 17, 13. *Clericus* et *Wetftenius* ad h. l.

13. *ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς*] *dedit iis decem minas:* *μνᾶ*, *mina* attica, conftabat drachmis centum. Suidas: *μνᾶ· ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν*, v. Plutarch. V. Solon. c. 15. Pollux 9, 59. et 86. Plin. H. N. 21, 34. drachma conficiebat octauam partem noftri imperialis, fiue tres groffos, atque adeo mina Attica, tredecim fere thaleris noftris exaequabat, v. *Eifenfchmidius* de Ponder. et Menfur. p. 48. et *Rambachius* ad *Potteri* Archaeol. Th. 3. p. 167. *Michaeli* in *Anmerkk.* ad h. l. neutiquam probabile videtur, regiam gazam in decem partes distributam, adeo exiguam fummam confeciffe, hinc fufpicatur, eum, qui primus hanc parabolam ex Hebraico idiomate in linguam Graecam transtuliffet, male confudiffe vocabula מָנָה, מָנוֹת, *portio*, *pars*, *partes*, *portiones*, et מָנֶה, מָנִים, *mina*, *minae*; atque adeo non de *decem minis*, fed de *decem gazae regiae partibus* fermonem effe putat, et hunc verbis fenfum fubftituit: rex gazam fuam in decem partes diuifam, decem feruis dedit. At enimuero in parabola non eft fermo de rege, fed de homine nobili, eodemque priuato, qui cum iter fusciperet, quo regnum acquireret, maximam pecuniarum partem fecum fumfiffe putandus eft; ne verbulum quidem legitur, e quo colligi poffit, omnem gazam hominis illius ad decem minas rediiffe. Quam parum etiam *Michaelis* coniectura parabolae conueniat, e v. 16. 17. 20. intelligitur, quibus non apta eft formula, *portio tua*. Quodfi enim *portio* appellari debuit, dicendum erat, vt fcite obferuauit *Storrius* Diff. in libror. N. T. hift. aliquot loca P. 1. p. 75. vel, *tuae pecuniae*, vel, *mea portio*. *πραγματεύεσθαι* proprie eft, *res et negotia gerere*, *rebus et negotiis gerendis occupari*, vt ap. Xen. Cyr. 2, 4. 17. vid. *Raphelius* Obff. Xenophh. et *Wetftenius* ad h. l. in hac vero orationis ferie notat *negotiari*

ita, vt lucrum inde redundet, pecuniam fenori dare, quo eodem ſenſu etiam verbum ἐργάζεσθαι legitur Matth. 25, 16. coll. v. 27. Verbum ἔρχομαι poſitum eſt pro ἐπανέρχομαι coll. v. 15. vt Matth. 24, 45.

14. 15. οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν κ. τ. λ.] *at populares, cum eum odio haberent, eum ſequi iuſſerunt legatos, qui declararent, ſe nolle hunc ipſis imperare.* Laudant interpretes exemplum Archelai, quod h. l. Chriſtum reſpexiſſe ſumunt. Nempe Archelaus heres regni ab Herode conſtitutus erat. Herode mortuo, Romam proficiſcebatur, vt ab Auguſto impetraret dignitatem regiam. Iudaei vero quinquaginta legatos Romam mittebant, qui ab Auguſto contenderent, ne Archelaum ipſis praeficeret, quod tamen impetrare non poterant. v. Ioſeph. Ant. 17, 11. Omnino deſcribitur h. l. Iudaeorum pertinacia, qui Ieſum Meſſiam admittere nolebant. Quae autem de legatione dicta ſunt, ea pertinent ad ornatum parabolae. v. et *Wolfium* in Curis ad v. 12. εἶπε φωνηθῆναι, *arceſſi iuſſit*, id. qd. ἐκέλευσε φων., vt Marc. 5, 43. αὐτῷ redundat. τίς τί διεπραγματεύσατο quantum quisque negotiando lucratus eſſet.

16 — 19. προσεργάζεσθαι, *inſuper ſibi labore parare*, v. Xen. H. Gr. 3, 1. 25. h. l. adhibetur de pecuniae ſumma, qua quis aliam nummorum ſummam lucratus eſt. v. *Beza* ad h. l. et *Olearius* de ſtilo N. T. p. 127. et 212. εὖ ἀγαθὲ δοῦλε κ. τ. λ. vid. Matth. 25, 21. ἐποίησε πέντε μνᾶς, mina tua *quinque alias lucrifecit.* cf. de hoc verbi ποιεῖν vſu not. ad Matth. 25, 16.

20. 21. σουδάριον, *ſudarium*, vox origine Latina, prop. notat *linteum, quo ſudor faciei abſtergitur*, e lingua Latina migrauit in Graecam, Chaldaicam et Syriacam, ita, vt his in linguis latiori ſenſu adhiberetur, et ſignificaret *linteum, quo aliquid velatur et absconditur*, hinc ponitur

de linteo, quo mortui caput velabatur ap. Ioh. 11, 44. et hoc loco de linteo, in quo asseruabatur pecunia, quo sensu etiam in libris Rabbinorum nomen סודרה plus vna vice occurrit. Ketuboth fol. 67. 2. *R. Abba pecunias in sudario ligauit, illudque post tergum proiecit, vt pauperes illud inuenirent.* cf. omnino *Wetstenius* et *Schoettgenius* ad h. l. *Buxtorfii* Lex. Talm. pag. 1442. *Piersonus* ad Moerid. p. 348. — 21. *ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ*] *te enim metuebam, quod te virum austerum nossem*, vid. ad Matth. 25, 24. 25. pro *αὐστηρὸς* legitur ibi *σκληρὸς*, eodem sensu. Scilicet *αὐστηρὸς*, vt *αὐστηρότης* proprie vsurpatur de sapore acerbo, Xen. Anab. 5, 4. 16. *οἶνος, ὃς ἄκρατος ὀξὺς ἐφαίνετο ὑπὸ τῆς αὐστηρότητος*· etiam Aquila Deut. 32, 14. voc. *αὐστηρὸς* de vino vsus est, add. Cels. 3, 24. *vbi memoratur vinum austerum.* Plin. H. N. 25, 5. *sapor austerus.* Deinde *αὐστηρὸς* metaphorice ponitur, *de homine moroso, acerbo*, vt ap. Diog. Laërt. 7, 26. 2 Macc. 14, 30. Hesychius: *αὐστηρὸς, σκυθρωπός.* vid. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. *αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας*] *qui tollat vbi non posuerit.* Formula prouerbialis, qua in hac verborum complexione, omnino homo alieni appetens designatur. Obseruat *Kypkius* hanc vocem proprie valere de eo, qui res ab aliis amissas, si inuenerit, sumat ac retineat; laudat hanc in rem Ael. H. V. 4, 1. *Βύβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν, οὐδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται, vir Byblius, si in via in aliquid inciderit, nihil tollit, quod non deposuit.* Diog. Laërt. 1, 2. 9. vbi Solon perhibetur legem sanxisse hanc: *ἃ μὴ ἔθου μὴ ἀνέλῃ, εἰ δὲ μὴ, θάνατος ἡ ζημία, quae non posuisti, ne tollas, si quis secus facit, capitale esto.*

22 — 24. Vid. Matth. 25, 26 sqq. *ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε*] *ex tua te oratione iudicabo*, tuo te gladio iugulas, tua te oratio condemnat. Similis locutio Matth. 12, 37. *ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.* — 23. *διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν*] *quare non pecuniam meam apud mensarios in foenore posuisti?* *ἔδωκας*

vid. ad Matth. 25, 27. τράπεζα, *abacus*, *mensa nummularii*, h. l. pro *ipso nummulario* ponitur. vid. *Kypkius* ad h. l. et not. ad Matth. 21, 12. καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτὸ] *et ego reuersus*, *cum foenore eam exegissem* s. *recepissem*: πράττειν, *exigere*, verbum in re pecuniaria solenne. v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. add. not. ad 3, 12.

25 sq. Mirabundi dicebant οἱ παρεστῶτες, *adstantes* i. serui reliqui, v. ad Luc. 1, 19. *iam habet ille decem minas!* inserta haec sunt, vt eo fortius feriret auditorum animos sententia v. 26. proposita, de qua dictum est ad Matth. 25, 29. Continere autem v. 26. verba regis, quem parabola loquentem inducit, non Christi, vt nonnulli voluerunt, satis euidenter docet v. 27. coll. v. 14. Itaque initio versus subaudiendum est ὁ δὲ κύριος εἶπε (vt Luc. 7, 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε) et praeter haec verba, cum sequatur γὰρ, subintelligi quoque debet δότε, vel similis vox, quam Iesus vultu et gestu corporis expressisse putandus est. vid. de hac elliptica loquendi consuetudine *Deuarius* de Particulis L. Gr. p. 86. ed. *Reusmani*, *Bosius* de Ellips. p. 899 sqq. ed. *Schaeferi* et *Fischerus* ad Aristoph. Plut. v. 1145.

28. Male *Beza*, alii, verba ἐπορεύετο ἔμπροσθεν interpretati sunt: *anteibat*, *antegressus est*, atque monuerunt, Lucam his verbis dicere voluisse hoc: Christum alacriter ad mortem pergentem, discipulis timentibus praeiuisse, vel ducis in morem ante turbam progressum esse. Haec vero ratio si valeret, Lucas, vt recte annotauit *Kypkius*, plane praeteriisset, Christum Hierichunte exiisse. Deest praeterea etiam voci ἔμπροσθεν casus, qui ne ex antecedentibus quidem suppleri potest. Rectius igitur haec verba exprimuntur: *his dictis Iesus vlterius abiit*, *iter suum continuauit*, quem vsum loquendi exemplis luculentis comprobauit *Kypkius* ad h. l.

29 ſqq. Vid. ad Matth. 21, 1 ſqq. — 33. οἱ κύριοι αὐτοῦ· Marc. 11, 5. legitur: τινὲς τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων· Per τοὺς κυρίους, *dominos pulli*, intelliguntur herus, filii v. *Heumanus* ad h. l.

37. ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ κ. τ. λ.] *cum iam in eo eſſet, vt e monte oliuarum deſcenderet*, et Hieroſolyma in conſpectu eſſet, *omnis ſectatorum Chriſti turba, laeta collaudabat Deum, propter omnia, quae viderant, inſignia facta.* Vocabulum μαθηταὶ h. l. latiori ſenſu accipiendum eſt, ita, vt non tantum Apoſtoli, aliique Chriſti diſcipuli, ſed et omnes reliqui comites, qui eum pro Meſſia haberent, intelligantur. ὧν εἶδον poſitum eſt pro ἃ εἶδον· pronomen enim relatiuum ſaepe in eodem caſu voci, cui reſpondet, praeponitur, vt Act. 1, 2. ἄχρι ἧς ἡμέρας ἀνελήφθη, pro ἄχρι ἡμέρας ᾗ ἀνελήφθη. vid. et ad Marc. 7, 13.

38. ἐν οὐρανῷ *Boltenius* dictum eſſe putat pro ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Temere; ἐν οὐρανῷ idem valet quod ἐν ὑψίστοις, vid. ad Luc. 2, 14. et formula εἰρήνη ἐν οὐρανῷ explicanda eſt: *felicitas in coelo parata eſt*, i. e. a Deo nobis continget felicitas, felicitatem, regni Meſſiani bona, nobis largietur is, qui in coelo verſatur. Alii exclamabant (ita enim h. l. particula καὶ explicanda eſt, v. 7, 16.) δόξα ἐν ὑψίστοις, *laude digniſſimus eſt Deus celſiſſimus.* v. ad Luc. 2, 14. Prorſus autem ſuperuacanea eſt *Valckenarii* coniectura, qui ex ανοις (ἀνθρώποις) ortum eſſe putauit ουνοις (οὐρανοῖς) et inde οὐρανῷ. vid. *Kloſii* Emendatt. in N. T. a Valckenario propoſitar. examen pag. 39.

39. 40. Nonnulli e turba (ἀπὸ τοῦ ὄχλου) turbae permixti Phariſaei, laudibus et acclamationibus hisce offenſi, Ieſum monebant, vt hos ſuorum clamores inhiberet. Reſpondebat Ieſus: λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπή-

σωπιν, οἱ λίθοι κεκράξονται] *mihi credite, si hi tacerent, ipsos lapides clamaturos esse.* Sensus: merito me Messiam agnoscunt, measque laudes, tot beneficiis prouocati praedicant, silentium iis imponere non possum, veritas enim nulla ratione potest opprimi, aut occulta manere. Locutionis huius prouerbialis et hyperbolicae exempla etiam alias frequenter occurrunt. vid. Habac. 2, 11. Matth. 3, 9. Chagiga f. 16, 1. *ne dicas, quis testabitur contra me? lapides domus eius et trabes domus hominis illius testabuntur contra eum.* Ouid. Met. 2, 696. *tutus eas, lapis iste prius tua furta loquetur.* Virg. Ecl. 5, 28. *Montesque veri, silvaeque loquentur.* vbi v. Seruius.

41, 42. Cum Iesus propius accessisset ad vrbem, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, deplorabat sortem illius, vastationem illius futuram. — 42. εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ κ. τ. λ.] *si scires hoc saltem tuo tempore, quae ad salutem tuam facerent;* subintelligendum: *praeclare tecum ageretur,* εὖ ἂν ἔχοι f. καλῶς ἂν ποιήσεις. Alii minus recte εἰ vertunt *vtinam*, quo significatu haec particula optatiuo iuncta, apud poetas Graecos saepius legitur. v. *Vigerus* de Idiot. L. Gr. p. 503. ed. *Herm.* et *Kypkius* ad h. l. Sed cf. not. ad Luc. 13, 9. καὶ σὺ, *praecipue tu*, vtpote metropolis, ciuitas huius regionis primaria. ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, hoc die tibi laeto, quo Messiam ad te venientem vides, hoc tempore tibi opportuno. Apposite laudauit *Kypkius* locum Polybii 17, 18. vbi Macedones velitibus Romanorum repulsis ad proelium Philippum his verbis excitant: οὐ μένουσι ἡμᾶς οἱ βάρβαροι, σὴ νῦν ἐστιν ἡμέρα, σὸς ὁ καιρὸς, *non sustinent nos barbari, tuus hic est dies, tua haec opportunitas.* Seneca Medea v. 1017. *meus dies est, tempore accepto vtimur.* τὰ πρὸς εἰρήνην σου scl. ὄντα, vel ἀνήκοντα, sed εἰρήνη etiam h. l. vt supra v. 38. indicat, *salutem, felicitatem;* quomodo possis effugere calamitatem tibi imminentem. νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου] *nunc vero (so aber) haec,* nempe τὰ πρὸς εἰρήνην σου, *te latent,* ea non curas, nec consideras.

43. 44. ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε καὶ] *nam imminet tibi tempus, quo:* ὅτι, *nam*, referendum ad priora v. 42. verba. Alii vertunt, *profecto, vtique.* Particula καὶ obtinet h. l. vim pronominis, ficut et ו faepius ab Hebraeis adhibetur, atque καὶ hoc quidem loco pofitum eft pro ἐν αἷς. v. Matth. 26, 45. περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι] *hoftes tui te circumuallabunt.* Χάραξ indicat *vallum*, quod terra, lapidibus, arboribus et lignis aggeftis formatur. cf. omnino *Raphelius* in Obff. Polybb. p. 227 fqq. Iofephus B. I. 5, 13. 6, 7. 1. 8, 4. et *Wetftenius* ad h. l. καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε, πάντοθεν] *te obfidione cingent*, caftris circumdabunt vrbem, *et vndique te affligent, angent.* Verba funt cumulata, ad depingendam obfidionis grauitatem et atrocitatem. — 44. καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα ἐν σοί] *et ad terram profternent te* (ita bene vertit haec verba interpres vulgatus) *liberosque tuos.* Plerumque verbum ἐδαφίζειν exprimunt h. l. *folo aequare*, neque negari poteft, hanc notionem verbo ineffe, fed praeferenda eft in hoc orationis contextu generalior verbi notio, *ad terram profternere*, et ex adiuncto *folo allidere*, cum haec et vrbi et τοῖς τέκνοις apprime conueniat, vt iam recte animaduerterunt *Lud. de Dieu* ad h. l. et *Olearius* de ftilo N. T. p. 135. Hac fignificatione verbum ἐδαφίζειν, etiam non vno in loco verfionis Alexandrinae occurrit Ief. 3, 25. καὶ εἰς γῆν ἐδαφισθήσει, *et in terram profterneris.* Ezech. 31, 12. καὶ ἠδάφισαν αὐτὸν, *et ad terram proftrauerunt eum.* Pf. 137, 9. μακάριος, ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν, *beatus, qui comprehendet et allidet infantes tuos ad petram.* Hof. 14, 1. καὶ τὰ ὑποτίτθια αὐτῶν ἐδαφισθήσεται, καὶ αἱ ἐν γαστρὶ ἔχουσαι αὐτῶν διαῤῥαγήσονται, *et parvuli eorum allidentur folo, et grauidae difcindentur.* Itaque ἐδαφίζειν in genere h. l. notat *ad terram profternere*, fed fpeciatim, fi ad vrbem refertur, *folo aequare*, fi ad τέκνα *folo allidere.* Per τέκνα vulgo intelligunt *incolas, ciues Hierofolymitanos*, cum vrbes faepius tanquam matres

incolarum proponantur; equidem tamen arbitror, cum adhibitum fit verbum ἐδαφίζειν, retinendam eſſe propriam vocabuli ſignificationem, ita vt intelligantur *infantes*, *paruuli*, adeoque reſpiciatur ad morem illum apud populos orientis militarem, paruulos muro vel petrae allidendi, v. Hoſ. 14, 1. et quae notauimus ad Hoſ. 10, 14. καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ] *neque lapidem ſuper lapide relinquent*: prouerbialis loquendi ratio, qua vaſtatio maxima deſcribitur, vt Matth. 24, 2. ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου] *quoniam agnoſcere noluiſti tempus ſalutis tuae*: ἀνθ' ὧν, *propterea quod*, *quoniam*, vt Luc. 1, 20. Act. H. V. 4, 8. De verbi ἐπισκέπτεσθαι ſignificationibus variis diſputatum eſt ad Matth. 25, 36. Luc. 1, 67. ibique annotauimus ſignificare illud inter alia *opem ferre*, *ſuccurrere*, *beneficia tribuere*; hinc ἐπισκοπὴ indicat quoque *ſalutem*, *collationem beneficiorum*, et καιρὸς τῆς ἐπισκοπῆς σου eodem ſenſu accipi debet, quo accipienda erant verba v. 42. ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, ita, vt intelligatur illud ipſum tempus, quo Ieſus his in terris verſabatur, quo ſolenniter vrbem introibat, vnde appoſite verba τῆς ἐπισκοπῆς σου explicuit Theophylactus: τουτέστι τῆς ἐμῆς παρουσίας, ὅτε ἦλθον ἐπισκέψασθαί σε καὶ σῶσαι.

45. 46. Vid. not. ad Matth. 21, 12 ſqq.

47. 48. καθ' ἡμέραν, *quotidie*. Luc. 16, 19. add. 21, 37. οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ γραμματεῖς, οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ, (qui Matth. 21, 23. οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ dicuntur,) ſunt omnino, ſynedrii magni aſſeſſores. — 48. καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν] *nec inueniebant quid facerent*, cum populus metuendus eſſet; ignorabant, quomodo Ieſum e medio tollere poſſent ſine tumultu. τὸ vid. not. ad Marc. 9, 23. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων] tanto ſtudio, tanta aſſiduitate populus Ieſum audiebat, vt ex eo pendere videretur, *populus omnis ab ore ipſius pen-*

debat. Virg. Aen. 4, 79. *pendetque iterum narrantis ab ore*, vbi *Seruius* notat, amantis affectum exprimi. Ouid. Epp. 1. 30. *narrantis coniux pendet ab ore viri.* cf. quae de hoc verbi ἐκκρέμαμαι vſu obſeruarunt *Albertius* et *Wetſtenius* ad h. l.

C A P V T XX.

1. 8. Vid. ad Matth. 21, 23 ſqq. ἐπέστησαν] *ſuper-venerunt*: ἐπιστῆναι τινι eleganter dicitur de iis, qui praeter opinionem et ex improuiſo adueniunt, qui ſuperueniunt et alios opprimunt. v. *Gronouius* ad Arrian. 2, 3. p. 64. *Krebſius* et *Loesnerus* ad h. l. Pro ἀρχιερεῖς libri nonnulli exhibent ἱερεῖς, quae lectio originem ſuam debet librariorum incuriae et feſtinationi, fortaſſis etiam grammaticis, qui in margg. codd. ex Act. 4, 1. appoſuerant verba: ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς. Vulgaris lectio retinenda, nam ſermo eſt h. l. de legatione ſynedrii magni v. Matth. l. c. et verba ἀρχιερεῖς, γραμματεῖς καὶ πρεσβύτεροι, continent ſolennem in libris N. T. ſynedrii magni periphraſin, v. ad Matth. 2, 4.

9 — 11. Vid. Matth. 21, 33 ſs. καὶ ἀπεδήμησε, *peregre enim proficiſci volebat.* χρόνους ἱκανοὺς, *plures annos*, v. ad. Luc. 8, 29. ἱκανὸς Matth. 28, 12. ἐν καιρῷ Matth. 21, 34. legitur: ὅτι δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν. — 11. προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον] *miſit deinde alium ſeruum*: Matth. 21, 36. Marc. 12. 4. habent: πάλιν ἀπέστειλε. Lucas Hebraiſmum retinuit. Solent enim Hebraei verbum יסף aliis verbis ita iungere, vt

fit id. qd. *πάλιν*, *deinde*, *rurſus*, vt Gen. 4, 2. vbi in verſione Alexandrina legitur: *καὶ προςέθετο τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸ Ἄβελ.* add. Gen. 8, 10. 18, 29. Deut. 3, 26. v. *Vorſtius* de Hebraiſm. p. 590 ſq. *ἀτιμάσαντες*] vid. ad Marc. 12, 4.

16 — 19 *μὴ γένοιτο* vid. ad Matth. 21, 41. not. *μὴ γένοιτο* reſpondet in verſ. Alexandrina Hebr. חלילה Gen. 44, 7. 17. Ioſ. 22, 29. 3 Regg. 20, 3. occurrit etiam apud alios ſcriptores recentiores, vt ap. Arrian. Diſſ. Epictet. 1, 1. 2. 8. 2, 8. etc. Achill. Tat. 5, 18. p. 323. v. *Sturzius* de dialecto Macedon. et Alex. p. 204. et not. ad Matth. 16, 22. — 19. *πρὸς*, *de*, obiectum notat, id. qd. *περὶ*, vt Sir. 45, 3. Hebr. אל Ieſ. 19, 11. Pſ. 69, 27. add. ſupra 19, 9.

20. Vid. Matth. 22, 15. Marc. 12, 13. *καὶ παρατηρήσαντες*, *itaque inſidioſe Ieſum obſeruantes*: de verbo *παρατηρεῖν* vid. not. ad Marc. 3, 2. *ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους*, *miſerunt emiſſarios*: *ἐγκάθετοι* proprie dicuntur *ii, qui ſubſidunt in loco aliquo, aliisque inſidias faciunt.* Lex Cyrill. Brem. ap. Albertium ad Heſych. T. 1. p. 1542. b. *ἔφεδρος, ἐγκάθετος, ἐπικαθήμενος, κατάσκοπος.* Suidas: *ἐγκάθετος, κατάσκοπος.* In verſione Alexandrina reſpondet Hebr. ארב, vt Iob. 31, 9. *ἐγκάθετος ἐγενόμην*, *inſidiatus ſum.* Deinde *ἐγκάθετοι* omnino dicuntur *ſubdoli*, *inſidiarum faciendarum cupidi*, nominatim, *ſubornati ab aliis, vt decipiant, vt explorent, aliquem, et ex iis ſermonibus aliquid eliciant, quo ei nocere poſſint.* Suidas et Heſych. *ἐγκάθετος, δόλιος*, v. *Albertius* ad Heſych. T. 1. p. 1067. ſic aduerbium *ἐγκαθέτως*, vt ſit *ſubdole*, legitur ap. Diod. Sic. 16, 68. Ioſeph. B. I. 6, 5. 2. *πολλοὶ δὲ ἦσαν ἐγκάθετοι παρὰ τῶν τυράννων τότε πρὸς δῆμον προφῆται, προςμένειν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν καταγγέλλοντες, ὡς ἧττον αὐτομολεῖν, καὶ τοὺς ἐπάνω δέους καὶ φυλακῆς γενομένους ἐλπὶς παρακρατοίη*, *multi autem a tyrannis ſubornati erant*

ad populum prophetae, denuntiantes, esse auxilium a Deo exspectandum, vt populus minus transfugeret, et eos, qui supra metum et custodes erant, spes retineret, v. *Salmasius* in Praefat. ad Comment. de Ling. Hellen. p. 44 ss. *Suiceri* Thes. Eccl. h. v. *Wetstenius*, *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι] *qui se viros probos simularent*, vnde et Iesum alloquebantur sic, vt viderentur integerrimo animo ab eo edoceri velle. ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, *vt sermones eius calumniarentur:* λόγου, vt recte annotauit *Kypkius*, pertinet ad ἐπιλάβωνται, et genitiuus αὐτοῦ transpositus est; amat Lucas eiusmodi traiectiones. cf. v. 26. 21, 1. Verbum autem ἐπιλαμβάνεσθαι h. l. notat, *carpere, reprehendere, calumniari*, vt infra v. 26. οὐκ ἴσχυσαν κ. τ. λ. *non poterant apud populum orationem eius calumniari.* Suidas: ἐπιλαμβάνεσθαι, γενικῇ, μέμφεσθαι. Phauorinus: ἐπιλαμβάνομαι, ἀντὶ τοῦ ἅπτομαι τινος ἁμαρτῶντος, γενικῇ. Xen. Mem. 1, 2. 31. οὐκ ἔχων ὅπῃ ἐπιλάβοιτο, *cum non haberet, in quo reprehenderet Socratem, quod carpere posset.* Theophr. Char. 8, 2. ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι, *quos nemo possit reprehendere.* Ita et a Latinis verbum *arripere* vsurpari solet. vid. Cic. Nat. D. 65. Fin. 3, 4. cf. omnino *Raphelius* Obss. Xenopph. *Elsnerus*, *Wetstenius* ad h. l. et *Olearius* ad Philostrat. p. 17.

21 — 24. οὐ λαμβάνεις πρόσωπον] *nec personam respicis*, rebus externis non moueris, hominum potentia, dignitas, auctoritas, te non potest impedire, quo minus veritatem doceas. Formula λαμβάνειν πρόσωπον, qua vsi sunt Theodot. Iob. 13, 8. Aquila 1 Sam. 25, 35. et Alexandrini Leuit. 19, 15. Mal. 1, 8. ad exprimendam vocem Hebraicam נָשָׂא פָנִים notat: *rationem alicuius habere, rebus externis ad partium studium delabi*, Sir. 42, 1. μὴ λάβῃς πρόσωπον τοῦ ἁμαρτάνειν, *noli cuiusquam caussa peccatis indulgere.* ib. 35, 16. κύριος κριτής ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ δόξα προσώπου, *dominus iudex est, nec quic-*

quam apud eum valet rerum externarum splendor. Matth. loco parall. 22, 16. habet eodem sensu: *βλέπειν εἰς πρόςωπον ἀνθρώπων.* — 24. Pro *ἐπιδείξατε Griesbachius* rescripsit *δείξατε*: an recte fecerit, non parum dubito, cum perquam frequenter librarii verba composita mutarint in simplicia. v. Index.

27. Vid. ad Matth. 22, 23 sqq. *οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάςασιν μὴ εἶναι*] *qui mortuorum resurrectionem negant.* In aliis libris legitur *οἱ λέγοντες*, quod glossema sumtum est e Matth. 22, 23. Post verbum *ἀντιλέγειν*, omninoque post verba negandi, Graeci eleganter negationem repetere solent. Xen. Cyr. 1, 4. 2. *οὐδὲν ἐδύνατο ἀντιλέγειν μὴ οὐ χαρίζεσθαι.* ib. 2, 2. 12. *αἰσχρὸν ἀντιλέγειν μὴ οὐχὶ ἀξιοῦσθαι.* Symp. 3, 3. *οὐδεὶς ἀντιλέγει σοι τὸ μὴ οὐ λέξειν.* vid. *Wetstenius*, *Raphelius* Obss. Xenophh. et *Kypkius* ad h. l.

31. *ὡςαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ, οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον*] *sed similiter septem illi* omnes *sine prole mortui sunt.* Particulam *καὶ* ante *οὐ* recte *Griesbachius* et *Matthaeius*, auctoritate plurium et optimorum diuersarum familiarum codd. induxerunt et deleuerunt.

34 — 36. *οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου*, homines, qui in hac vita versantur, qui his in terris viuunt. vid. ad 16, 8. *αἰὼν ἐκεῖνος*, *vita futura*, futura hominum post resurrectionem conditio, speciatim, *felicitas christianorum in coelis*, vt h. l. Corrigere autem voluit Iesus etiam commenta Pharisaeorum, qui ciues regni Messiani omnibus sensuum voluptatibus abundaturos esse, et coniugia quoque in altera vita (עולם הבא) fore statuerent. v. ad Matth. 22, 27. — 35. *οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν*] qui autem in vitam reuocati, *futura felicitate digni habiti fuerint.* Eodem sensu Iudaeorum magistri frequenter vsurpant formulam וזכה לעולם הבא, *dignus est mundo*

futuro. v. *Schoettgenius* et *Wetstenius* ad h. l. κατaξιωθέντες igitur, non sine emphasi positum est, adiectum vero τυχεῖν redundat. v. *Bosius* Exercitt. p. 48. Verba καὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, per se quidem abesse poterant, sed addita sunt, quoniam (v. 33.) praecesserat vox ἀνάστασις, qua voce significabatur mortuorum resurrectio, et vita eam secutura. v. ad Matth. 22, 28. — 36. ἰσάγγελοι γάρ εἰσι] i. e. erunt immortales, neque adeo procreatione sobolis opus est, praecessit enim οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. vid. not. ad Matth. 22, 30. Eadem autem sententia inest verbis: καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, *Deo similes erunt*, np. ratione immortalitatis habita, erunt immortales. Alio sensu vocabulum υἱὸς occurrit in formula, quae v. 36. extr. legitur: τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες, his enim verbis significantur *ii*, *qui resurrectionis et vitae eam secuturae, felicitatis futurae participes facti sunt*, de quo nominis υἱὸς vsu vid. notata ad Matth. 8, 12. 11, 19.

37 — 39. Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου] *ipse Moses in* (narratione de) *rubo significauit*, *vbi* etc. cf. quae de hac allegationis formula diximus ad Marc. 12, 26. De verbis reliquis v. ad Matth. 22, 31 ss. τινὲς τῶν γραμματέων, *nonnulli legisperiti*, np. e secta Pharisaeorum, coll. Matth. 22, 34. 41. vbi et explicata sunt, quae h. l. v. 41 — 44. breuius quam ibi exposita leguntur.

45 sqq. Conf. notat. ad Matth. 23, 6. 7. 14. Marc. 12, 38.

CAPVT XXI.

1 fqq. Iefus, qui e regione aerarii facri confederat, cum fufpexiffet, vidit homines diuites dona fua coniicere in aerarium, et inter alia viduam pauperem, quae duos obolos eo coniiceret. Vid. ad Marc. 12, 41 fqq. — 2. *πενιχρὰ*, *pauper*, *inops*, id. qd. *πτωχὴ* quocum vocabulo permutatur Marc. 12, 41. vt ap. Ariftoph. Plut. 977. vbi v. fchol. Dorvill. Hebr. עני Ex. 22, 25. cf. et *Wetftenius* ad h. l. — 4. *εἰς τὰ δῶρα*, *in aerarium facrum: τὰ δῶρα* id. qd. *γαζοφυλάκιον*, contentum pro continenti, vt *κορβᾶν*, *munus*, pro *thefauro facro* legitur Matth. 27, 6. vbi v. not.

5. Ea quae fequuntur a Iefu non effe in templo ipfo dicta, fed cum e templo exiiffet, docent loci paralleli Matth. 24, 1 fqq. Marc. 13, 1 fqq. vbi v. not. *ἀνάθημα* in vniuerfum quidem fignificat, *rem quamcunque Deo facratam*, *donaria quaeuis*. v. Ael. H. V. 2, 29. 3, 26. Herodi. 5, 3. 9. Suidas: *ἀνάθημα πᾶν τὸ ἀφιερώμενον Θεῷ*, fpeciatim tamen *ἀναθήματα* dicuntur *donaria ea, quae Deo confecrata e parietibus templorum fufpenduntur*, (vt clypei, corollae, phialae, lychnuchi, catenae etc.) *certe in loco edito et confpicuo collocantur.* v. *Salmafius* ad Solin. p. 767. Pollux: *ἀναθήματα ποιήσασθαι, ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεών· τὰ δὲ ἀναθήματα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, στέφανοι, φιάλαι, ἐκπώματα, θυμιατήρια, χρυσίδες, ἀργυρίδες, οἰνοχόαι, ἀμφορίσκοι.* Templis deorum gentilium huius generis donaria inferebantur ab iis, qui a deorum benignitate aliquid fperabant, et ab iis, qui eorum opem cognouiffe videbantur, grati animi declarandi cauffa. Etiam templum Hie-

rosolymitanum eiusmodi donariis erat refertum. v. Ioseph. B. I. 2, 17. Ant. 13, 8. Philo Legat. ad Cai. T. 2. p. 592. ed. *Mangey*. Ioseph. Ant. 15, 11. 17, 6. 19, 6. add. Iudith. 16, 19. 2 Maccab. 5, 16. 9, 16.

6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε] nominatiuus absolute positus, Latine exprimendus: *quod ad haec attinet, quae videtis*, exempla plura e libris V. T. hanc in rem collegit *Storrius* Obss. ad Anal. et Syntax. Hebr. p. 292 sqq. nec desunt exempla apud scriptores Graecos, quam in rem conf. *Raphelius* Obss. Polybb. et Xenopph. ad h. l. atque *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 1. p. 349 sq. Male igitur *Beza*, alii, verba ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, interrogatiue capienda esse autumarunt, *haeccine sunt, quae spectatis?* sed si hoc exprimere voluisset Euangelista, simpliciter scripsisset: ταῦτα θεωρεῖτε; *haeccine spectatis?*

7 — 9. Vid. Marc. 13, 4. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου v. Matth. 24, 5. ὁ καιρὸς ἤγγικε, *adsunt tempora Messiana*. v. ad Matth. l. c. μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν, nolite iis fidem habere, eorum partes sequi. ἀκαταστασίαι, *tumultus, rerum omnium perturbationes* vt Prou. 26, 28. Tob. 4, 17. 1 Cor. 14, 33. Iac. 3, 16. id. qd. ταραχαὶ Marc. 13, 8. vid. et *Kypkius* ad h. l. Quod reliqua attinet, v. not. ad Matth. 24, 6. 7.

10. 11. τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, *porro iis dicebat, pergebat.* — 11. Φοβητρά, *terriculamenta, res quae vim perterrefaciendi habent.* Aeschin. Socr. 3, 8. Φόβητρα νηπίων *infantum terriculamenta.* Schol. ad Eurip. Phoen. 1266. μίσητρον, τὸ ἐμποιοῦν μῖσος, καὶ Φόβητρον τὸ Φόβου ποιητικόν· in versione Alexandrina respondet Hebr. חגא Ies. 19, 17. Quidnam autem per illa Φόβητρα intelligendum sit, planissime docent addita verba: σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται, *insignia coeli prodigia apparebunt.* conf. not. in Commentar. in Matth. p. 47. et p. 646 sq.

12. 13. Vid. ad Matth. 10, 17 sqq. Marc. 13, 9. — 13. ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον scl. αὐτοῖς, coll. Marc. 13, 9. euenient haec vobis, vt coram illis de religione veſtra dicatis, eam defendatis. v. Matth. 10, 18. Alii vertunt: *in documentum fidei veſtrae.* Alii: *illorum improbitatis.* Sed prior ratio contextui magis conuenire videtur.

14 — 19. θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν] *animis igitur infigite veſtris*, vid. ad 9, 44. in aliis libris legitur ἐν ταῖς καρδίαις. *Matthaeius* arbitratur, omiſſum εἰς aliquos impuliſſe, vt ita corrigerent. — 15. στόμα ſaepius *orationem ipſam, ſermones, quos os profert*, per metonymiam indicat, vt Matth. 15, 8. Luc. 11, 54. Itaque δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν eſt, dabo vobis ſermonem ſapientem, ſuppeditabo vobis in loquendo ſapientiam, vt στόμα καὶ σοφία poſitum ſit pro στόμα σοφόν· Matth. 16, 19. legitur: δοθήσεται ὑμῖν τί λαλήσετε· et Luc. 12, 11. πῶς ἢ τί εἴπητε· qui autem ſcit, quid et quomodo dicendum ſit, eius ſermo ſapiens eſt ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν, *cui nihil opponere poterunt*, quod veri ſpeciem habeat. ἀντιστῆναι id. qd. ἀντειπεῖν, *contradicere, aduerſari*, vt Gal. 2, 11. Alexandrini hoc verbo expreſſerunt Hebr. ענה Deut. 19, 18. Ieſ. 59, 12. Sed pro οὐδὲ ἀντιστῆναι in aliis libris legitur ἢ ἀντιστῆναι (quam lectionem in ordinem contulit *Griesbachius*) in aliis ἢ ἀντιστῆναι deeſt, in aliis poſitum legitur ante verbum ἀντειπεῖν, haec inconſtantia et adiecta particula ἤ, lectionem ipſam ſuſpectam reddunt. Librarii enim ſaepius gloſſemata in contexta receperunt, ita vt ea gloſſis vel praeponerent vel poſtponerent, et adiicerent voculas ἢ v. *Muretus* Lectt. Var. 15, 16. καὶ v. ad Marc. 6, 51. *aut* v. Cic. Cat. M. 6. *vel* v. Flor. 2, 18. 2. Itaque lectiones ἢ l. οὐδὲ ἀντιστῆναι e gloſſemate extitiſſe puto. Verba quae v. 16 — 18. leguntur, expoſita ſunt ad Matth. 10, 21. 22. 30. — 19. ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν] *conſtantia veſtra*

vitam seruate (1 Theff. 4, 4.) i. seruabitis; Matth. 10, 22. et 24, 13. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται, vbi v. not. Imperatiuus κτήσασθε, cum futura v. 17. 18. praecedant, vim futuri habet, v. Pf. 73, 3. *Kypkius* et *Raphelius* Obff. Polybb. ad h. l. quod cum non reputarent grammatici et librarii, refcripferunt κτήσεσθε, pro κτήσασθε, vt in nonnull. codd. legitur.

20. Ipfiffima Chrifti verba leguntur Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. explicatio eorum, quam Lucas ex archetypo, quo vtebatur, repetiit, h. l. legitur. Appofite autem *Wolfius* in Curis monuit, κυκλουμένην pofitum effe pro κυκλοῦσθαι, *quando videritis vrbem cingi* l. *circumdari*; non enim effe h. l. fermonem de re iam facta, fed quae fieri incipiat, et continuetur, cum fugae v. 21. commendatae, non amplius locus fuiffet, obfidione iam confummata et perfecta. Sic participium partes infinitiui agit etiam 24, 39. Marc. 2, 16. Pluralem ϛρατόπεδα non *exercitum*, fed *legiones* fignificare, vt faepius apud Polybium, *Raphelius* Obff. Polybb. ad. h. l. contendit. Verum enimuero ϛρατοπέδων eft pluralis magnitudinis, de cuius vfu copiofius disputauit *Fifcherus* Proluff. de vit. Lexx. p. 148 fqq.

21. 22. ἐν μέσῳ αὐτῆς fcl. Ἱερουσαλήμ. Per τὰς χώρας, cum vrbi opponantur, intelliguntur *agri*, *praedia*, *villae*, de qua huius nominis vi ac poteftate cf. not. ad 12, 16. — 22. ἡμέραι ἐκδικήσεως funt *tempora vindictae*; vocabulo ἐκδίκησις explicuerunt οἱ ό Hebr. פְּקֻדָּה Hof. 9, 8. Hefychius: ἐκδίκησις, ἀνταπόδοσις. Pro πληρωθῆναι auctoritate optimorum codd. cum *Griesbachio* et *Matthaeio* reponendum eft πλησθῆναι. voce autem τὰ γεγραμμένα refpicitur locus Danielis, Matth. 24, 15. laudatus.

23. ἔϛαι γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ] *magna erit terrae calamitas et miferia populi*: ἀνάγκη et ὀργὴ funt h. l. fynonyma. Nempe ἀνάγ-

κη, *necessitas*, respondet in versione septuagintauirali vocabulis מְצוּקָה Ps. 14, 18. מָצוֹק Ps. 119, 143. et צָרָה Iob. 27, 9. ita vt *miseriam*, *afflictiones*, indicet; apud Matth. loco parall. 24, 21. et Marc. 13, 19. pro ἀνάγκη legitur θλίψις. Hoc sensu ἀνάγκη etiam extat Tob. 3, 7. ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης, *libera me ab hac miseria.* v. 11. εἰς ἡμέρας ἀνάγκης, *ad tempus calamitosum.* add. 2 Macc. 6, 7. Scriptores exteri quoque ita vsi sunt vocabulo ἀνάγκη, vt Lysias c. Eratosth. c. 18. γνόντες τὴν παρασκευὴν καὶ τὴν ἀνάγκην. Xen. Mem. 3, 12, 2. εἰς τὰς ἀνάγκας τὰς ἀλγεινοτάτας ἐμπεσόντες. Ael. H. V. 12, 24. ἐπικουφίσαι τοῖς ἀπορουμένοις τὴν ἀνάγκην τῆς πενίας Diod. Sic. p. 770. A. ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἀπολλύεσθαι. Ioseph. Ant. 2, 9. 3. τὸ μὲν Ἑβραίων γένος τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνάγκης ἀπολύσει. vid. *Krebsius* et *Loesnerus* ad h. l. Latini scriptores eodem modo vsurparunt nomen *necessitas*, vt Sueton. V. Caes. c. 68. *famem et caeteras necessitates — tantopere tolerabant.* add. V. Tiber. c. 47. *nisi senatui iustas necessitatum caussas probassent*, vbi, monente *Ernestio*, *necessitates*, de more istius seculi, pro inopia, atque adeo aere alieno dicuntur. Vocabulum autem ὀργή, quod perquam frequenter adhibetur *de poenis diuinis*, h. l. notat *miseriam*, qua premuntur ii, qui poenas luunt, vt 1 Macc. 1, 64. καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη ἐπὶ Ἰσραὴλ σφόδρα, *maxima tunc temporis calamitate Israelitae premebantur.* Vt ergo h. l. exhauriretur sententia haec: *erit tempus maxime calamitosum*, iunctae sunt voces idem valentes. Caeterum praepositio ἐν ante τῷ λαῷ, quae a multis codd. abest, glossema redolere videtur.

24. καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας] *cadent*, s. *peribunt* (Etym. M. πεσεῖν — πεσόντας — ἀντὶ τοῦ ἀναιρεθέντας) *acie gladii* i. *gladio*, vocabulum enim στόμα ex Hebraismo redundat. v. Deut. 13, 16. *Vorstius* de Hebraism. p. 347 sqq. αἰχμαλωτισθήσονται] *captiui abducentur*: αἰχμαλωτίζεσθαι in lingua Macedonum et Alexandrinorum di-

cebatur pro αἰχμάλωτον γίγνεσθαι (qua voce Attici vsi sunt) *captiuum abduci et abstrahi*, v. Ezech. 12, 3. Iudd. 5, 12. 1 Macc. 8, 10. et ita etiam in libris recentioris Graecitatis auctorum legitur, vt ap. Diod. Sic. p. 416. C. al. v. *Fischerus* Prolus. de vit. pag. 693. καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσαι πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν] *et Hierosolymae calcabuntur a gentilibus* i. gentiles Hierosolyma iure victoriae *tenebunt et profanabunt*, haec enim notio h. l. verbo inhaeret, vt Apoc. 11, 3. et 1 Macc. 3, 52. iuncta leguntur: τὰ ἅγια σου καταπεπάτηται καὶ βεβήλωται. Etiam scriptores, quos vocant profanos, verbum πατεῖν ponere solent de iis, qui in aliquo loco versantur, locum aliquem occupatum tenent. Sophocl. Philoct. 1060. χαῖρε τὸν Λῆμνον πατῶν. Theocrit. Id. 18, 20. οἵα Ἀχαιϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα. add. *Victorius* Lectt. Varr. 15, 4. Alii ἔσαι πατουμένη vertunt: *vastabitur*, quae tamen notio verbis quae sequuntur non conuenit et iam antea de vastatione sermo fuit. Alii verba nostra explicant: *duro imperio prement, imperium in Hierosolymitanos cum ipsorum ignominia exercebunt*. Suidas: πατούμενοι, ὑβριζόμενοι. Philo in Flacc. p. 974. de Iudaeis: συρόμενοι καὶ πατούμενοι διὰ τῆς πόλεως ἁπάσης, *traiecti et calcati* i. omnis generis contumeliis affecti, *per totam vrbem*. v. *Loesnerus* ad h. l. Ἱερουσαλὴμ ergo pro incolis memoratam esse statuunt. Sed his ambagibus non opus est. ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν] *vsque dum illarum gentium tempora finem habuerint*. Sermo est de gentibus Hierosolymam occupaturis, de Romanis, non de gentibus in vniuersum; et sententia videtur esse haec: tenebunt et profanabunt Hierosolymam, vsque ad illud tempus, quo ipsae quoque poenas improbitatis et impietatis luent. Sic et in libris V. T. plures occurrunt loci, in quibus Israelitis et Iudaeis annuntiatur, Deum ipsos vtpote improbitatis studiosos, per hanc vel illam gentem exteram puniturum esse, sed eidem illi quoque genti poenas arrogantiae, fastus et improbitatis, prophetae minantur. vid. Ies. 10, 5 sqq. 15. Zach. 1, 15. Pos-

funt etiam verba noftra, fenfu eodem manente, reddi: *vsque dum adfit poena gentilium*, nam verba πληροῦσθαι et πλήθεσθαι haud raro de aduentu temporis adhibentur. v. not. ad Luc. 2, 21. *Schleusneri* Lex. f. πληρόω n. 8. et καιρὸς, *tempus*, per metonymiam faepius indicat *afflictiones et calamitates, quae certo tempore perferuntur*. v. *Kypkius* ad Matth. 26, 18. Suidas f. v. καιρός· καιροὺς ἡ γραφὴ καλεῖ τὰς συμφοράς. Alias aliorum huius loci interpretationes v. ap. *Wolfium* in Curis et *Koecherum* in Analectis ad h. l.

25. Verbis figuratis et impropriis repetuntur, variisque imaginibus et coloribus poeticis amplificantur ea, quae hactenus dicta erant verbis propriis et vulgaribus de Hierofolymorum, omnisque reipublicae Iudaeorum excidio. Vid. Commentar. in Matth. c. 24. Argum. ἔσται σημεῖα κ. τ. λ. v. ad Matth. 24, 29. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ] *et magna erit gentium in Palaeftina anxietas prae confilii inopia.* συνοχὴ, *anxietas, perturbatio animi.* Hefychius: συνοχὴ, ἀδημονία, ταραχή. vid. de verbo συνέχεσθαι not. ad Matth. 24, 29. ἀπορία, *confilii inopia*, cum quis expedire fe, quid agat, quo fe vertat, nefcit, Herodi. 4, 14. 1. ἀπορία τοῦ πρακτέου. 2, 12, 5. πολλῇ καταλαμβανόμενος ἀφασίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ, ὅπως χρήσηται τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰδώς. Diodor. Sicul. p. 122. A. οὐδ' οὕτω δὲ τροφῆς τυγχάνοντες, εἰς μεγάλην ἀπορίαν ἐμπίπτουσι, διὰ τὸ μήτε νῆσον, μήτε ἄκραν ἠπείρου, μήτε ναῦν ἑτέραν πλησίον ὑπάρχουσαν ὁρᾶσθαι. Nam ἄπορον Graecis dicitur omne id, quod ita difficile eft, vt plane non, vel vix explicari poffit. v. *Wetftenius* et *Münthius* ad h. l. Syrus ἀπορία interpretatus eft: *complofio manuum*, qualis effe folet eorum, qui de rebus omnibus defperantes, maximasque in anguftias redacti, hoc idem geftu etiam externo teftantur. E Matth. 24, 30. fortaffis huius interpretationis origo repetenda eft. Per τὴν γῆν intelligitur *Iudaea*, et voce τὰ ἔθνη fignificantur *Iudaei*.

nam Matth. 24, 3. legitur: *καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ Φυλαὶ τῆς γῆς.* Ita quoque Hebr. עמים vfurpatum legitur Pf. 66, 4. 8. 67, 4. aliisque in locis pluribus. *ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου*] *ftrepentibus maris fluctibus agitatis*: *σάλος* non tantum *mare*, fed inprimis *iactationem, commotionem vndarum maris, ipfosque maris fluctus agitatos* indicat. Hefychius: *σάλος — ταραχὴ — καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις.* Idem: *σάλος — κλύδων.* Diod. Sic. p. 771. A. *διεφθάρη ἐν τούτῳ τῷ σάλῳ τρία σκάφη τῶν πεντηρικῶν.* vid. et *Wetftenius* ad h. l. atque *Irmifchius* ad Herodi. p. 837 fq. Poft *σάλου* aut fupplendum eft *ὄντος*, *perfonante f. ftrepente mari, et agitatione fluctuum exiftente*, aut per hendiadyn haec enuntiatio explicanda eft, *ftrepentibus maris fluctibus agitatis*, *ἠχοῦντος σάλου θαλάσσης.* Verbum autem *ἠχεῖν* de quocunque fono et ftrepitu, inprimis maris ponitur Hom. Il. *α*, 157. *θάλασσα τε ἠχήεσσα.* Schol. *ἠχητικὴ ἀπὸ τῆς τῶν κυμάτων κινήσεως.* Iam vero ftrepitus maris, commotio vndarum, vt terrae motus (*αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται* v. 26.) funt imagines calamitatum atrocium, Hebraeorum poetis frequentes atque folennes. v. Pf. 42, 8. 88, 8. Innuitur ergo, per mare procellofum, fluctusque agitatos, malorum congeries, qua veluti gurgite, abripiuntur incolae. vid. et not. ad Matth. 24, 29. Alii his verbis fignificari putant exercitum Romanorum, rempublicam Iudaicam euertentem, cum copiae militares haud raro aquarum inundationibus comparentur. Ief. 8, 7. 8. Apoc. 17, 15. Alii omiffam putant particulam *ὡς*, (quam etiam verff. nonnullae addunt) ante *ἠχούσης*, vt fenfus fit: animi gentium perturbati erunt, quemadmodum, tempeftate coorta, nauigantes laborare folent confilii inopia. Durius. Caeterum pro *ἠχούσης θαλάσσης* haud male libri nonnulli legunt *ἤχους θαλάσσης*, ita, vt haec verba iungantur cum *ἀπορία* quod praeceffit: *prae confilii inopia, qualem efficit ftrepitus maris*, atque adeo *ἤχους* fit genitiuus obiecti, vt

in locutione fimili ταραχαὶ σκιᾶς θανάτου Iob. 24, 17. vid. *Bengelii* Gnomon ad h. l.

26. 27. ἀποψυχούντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ] *hominibus prae metu et anxia exfpectatione eorum, quae terrae euentura funt, fere exanimatis.* Verbum ἀποψύχειν, vt Latinorum *exanimari, exfpirare*, h. l. adhibetur ad indicandam metus et anxietatis animi, magnitudinem. Arrian. Epictet. 3, 26. κἄν τινα ὑμῶν ἴδῃ μόνον συνεστραμμένῳ βλέμματι, ἀποψυχόμενοι, *qui fi veftrum aliquem tetrico vultu adfpexerit, enecamini fere.* Terent. Andr. 1, 5. 17. *oratio haec me miferam exanimauit metu.* Cic. Cat. 3, 1. *neque meam mentem non domum faepe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia.* προσδοκία h. l. id. qd. φόβος, *metus, anxia exfpectatio*, hoc enim vocabulum, vt verbum προσδοκᾶν, proprie quidem de fpe et exfpectatione rerum profperrimarum adhibetur, faepius tamen etiam, vt ἐλπὶς et Lat. *fpes*, de metu imminentis calamitatis ponitur, vt ap. Iofeph. Ant. 15, 3. 4. Ἀλεξάνδρα τὸ καρτερεῖν ἀναγκαῖον ἐπὶ μείζονος κακοῦ προσδοκίᾳ ποιουμένη, *Alexandra cogebatur omnia patienter ferre metu grauioris mali.* Diod. Sic. p. 390. τὸ μέγεθος τοῦ προσδοκωμένου κινδύνου. Xen. Apol. 27. χαλεπῶν προσδοκωμένων. add. Polyb. 1, 31. 3. Mofchopulus: τὸ προσδοκᾶν ἐνίοτε μὲν ἐπὶ ἀγαθῶν, ἐνίοτε δὲ ἐπὶ κακῶν. Thom. Mag. in v. ἐλπίς· προσδοκία καὶ ἐπὶ καλοῦ, καὶ ἐπὶ κακοῦ. vid. *Elsnerus, Kypkius, Münthius, Krebfius* et *Loesnerus* ad h. l. τῶν ἐπερχομένων pro τῶν ἐπελευσομένων. Per οἰκουμένην autem, vt v. 25. per τὴν γῆν intelligitur *Iudaea.* v. ad Luc. 2, 1. αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται κ. τ. λ. cf. not. ad Matth. 24, 29 fq.

28. ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι] pro τούτων δὲ γινομένων· verbum enim ἄρχεσθαι etiam h. l. vt centies redundat. v. ad Matth. 4, 17. 16, 22. ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν] *erigite et extollite capita veftra;*

ἀνακύπτειν enim, quod proprie notat *ſuſpicere et caput attollere*, et opponitur τῷ συγκύπτειν, Luc. 13, 11. τῷ κάτω κύπτειν Ioh. 8, 7. atque reſpondet τῷ ἀνορθοῦσθαι Luc. 13, 13. per metaphoram, vt ἐπαίρειν, de iis dicitur, qui animum metu et moerore deiectum recuperant, cum triſtes et metus pleni, capite depreſſo; laeti contra et hilares, erecto capite incedere ſoleant. Herodo. 5, 91. δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν, ὃς ἐπεί τε δι᾽ ἡμέας ἐλευθερωθεὶς ἀνέκυψε, ἡμέας μὲν καὶ τὸν βασιλῆα ἡμῶν περιυβρίσας ἐξέβαλε. Ioſeph. Ant. 17, 7. θανάτῳ τῆς Ἀκμῆς ἐπαιρόμενος. Diod. Sic. p. 379. A. αἱ τῶν βαρβάρων ἐλπίδες ἀνέκυψαν. Ita quoque Latini, vocabula *laeti* et *erecti*, *alacres* et *laeti*, tanquam ſynonyma iungunt. v. *Erneſtii* Clau. Cic. *Burmanus* ad Val. Fl. 4, 33. ad Lucan. 5, 97. *Wetſtenius*, *Kypkius*, *Krebſius*, *Münthius* et *Loesnerus* ad h. l. διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν] *nam veſtra liberatio adeſt*. v. not. ad Matth. 24, 33. extr.

29. 30. Vid. Matth. 24, 32 f. — 30. ὅταν προβάλωσιν, *cum emittunt*, ſcl. καρπὸν (quod nomen verbo noſtro iungitur ap. Arrian. Diſſ. Epict. 1, 15. p. 86.) vel φύλλα vel κλάδους. Eodem ſenſu legitur Hebr. שלח. Pſ. 79, 13. Ez. 17, 6. 7. ἀφ᾽ ἑαυτῶν γινώσκετε, *ſponte, nemine vos monente, intelligitis.* ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστιν] *iam aeſtatem aduenisse*. cf. not. ad Matth. l. c.

31 — 33. Vid. ad Matth. 24, 33 ſqq. 5, 18.

34. προσέχετε id. qd. φυλάττετε. v. Matth. 6, 1. 7, 15. μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ] *ne animi veſtri inepti reddantur ad ſeria cogitanda ebrietate et vinolentia.* Ebrietas et vinolentia commemorantur pro vitiis quibusuis, atque adeo abstinentia ab ebrietate, pro virtutibus reliquis, ita, vt ſenſus ſit: ſitis virtutis cuiuscunque ſtudioſiſſimi. Mentionem autem fe-

cit Chriftus huius vitii, quoniam in fequentibus monet, diem illum *improuifo* effe venturum, atque adeo *vigilandum*. βαρύνεσθαι eft *grauari*, *premi*, et h. l. transfertur ad animum, ita vt notet, *reddi*, ἀναίσθητον, *inertem et ineptum ad feria cogitanda et tractanda*, vt Hom. Odyf. τ', 122. Sic quoque Latini loquuntur; Curtius 6, 11. *vino grauatus*. 5, 7. *vt primum grauatam ab ebrietate mentem quies reddidit*. 6, 11. *vt experiretur vtrum vino grauatus effudiffet illa; an altiore accepta confilio*. v. *Kypkius* et *Wetftenius* ad h. l. Pro βαρυνθῶσιν plures codd. legunt βαρηθῶσιν, quam lectionem recte *Griesbachius* et *Matthaeius* in ordinem receperunt, et *Matthaeius* ad h. l. obferuat: Graecos libentius dicere βαρύνεσθαι quam βαρεῖσθαι. Senfus autem idem manet. Verbum βαρεῖσθαι, *premi*, *grauari*, inprimis ponitur *de iis, qui graues fomno funt*, *qui grauitate foporis premuntur*, vt Luc. 9, 32. Matth. 26, 43. Ouid. epp. 14, 33. *iamque cibo vinoque graues fomnoque iacebant*. κραιπάλῃ et μέθῃ coniunguntur h. l. tanquam vocabula idem valentia; proprie autem ita differunt, vt μέθη fit *ebrietas*, ex potu illico orta, κραιπάλη *crapula*, caput grauatum ex potu hefterno v. Ammonius. Pertinet huc verfus Alexidis apud Athenaeum Lib. 1. p. 34. C. Ἐχθὲς ὑπέπινες εἶτα νυνὶ κραιπαλᾷς; cf. Selecta e fcholis *Valckenarii* in N. T. Vol. 1. p. 262. μέριμναι βιωτικαὶ funt *curae vitales*, *ad vitam hanc pertinentes*, inprimis nimia cura corporis et voluptatum, Marc. 4, 19. μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου dicuntur. καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη] *atque adeo ille dies inopinatus vos opprimat*: αἰφνίδιος id. qd. ἀπροσδόκητος, quae duo vocabula copulantur Sapient. 16, 15. et Thucyd. 2, 61. Caeterum ἡ ἡμέρα ἐκείνη eft *tempus illud calamitofum*, quo fenfu etiam frequenter extat Hebr. יום. vid. Pf. 32, 13. 18. Iob. 18, 20. Hebr. 10, 25.

35. ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται] *quafi laqueus veniet* i. inopinato aderit tempus calamitofum. v. Eccl. 9, 12.

Vocabula παγὶς, σκάνδαλον, θήρα, saepius sunt imagines calamitatis, vt Hebr. רשת Ps. 39, 4. 1 Macc. 1, 35. 5, 4. inprimis insperatae et subitaneae, vt h. l. Rom. 11, 9. ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης γῆς] interpretes tantum non omnes explicant: super omnes huius terrae (i. Iudaeae, Hebr. כל הארץ) *incolas.* Scilicet κάθημαι, vt καθίζω, proprie notat: *sedeo*, hinc *diu versor in aliquo loco, habito, commoror in aliquo loco*, Iudith. 5, 3. τίς ὁ λαὸς οὗτος ὁ καθήμενος ἐν τῇ ὀρεινῇ. Sed κάθημαι, vt καθίζω, significat etiam: *versor in aliquo loco, ita, vt otio indulgeam*, hinc, *otiosus sum*, et ponitur de iis, qui pugnam detrectant, omninoque pigri sunt et desides, nihilque agunt. Quem quidem verbi vsum confirmat auctoritas interpretum Alexandrinorum. Hi enim Prou. 22, 10. verbum שׁבת, *quiescere*, expresserunt verbo καθίζειν. add. 1 Macc. 2, 7. vbi Mattáthias: οἴμοι, ἱνατί τοῦτο ἐγεννήθην ἰδεῖν τὰ συντρίμματα τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὸ σύντριμμα τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ καθίσαι ἐκεῖ. Ita vero etiam optimae notae scriptores Graeci locuti sunt, vt Pind. Olymp. 1, 132. τί κε τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος. Demosth. de Coron. p. 317. ed. *Wolf.* καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. Nec minus Latini scriptores *sedere* dixerunt pro *cunctari*, *otiosum esse.* Nep. V. Datam. 8. *congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu vno loco sedere.* Claudian. B. Gild. 375. *an patiar tot probra sedens?* v. *Graeuius* Lecct. Hesiodd. c. 11. *Vptonii* Ind. Epictet. s. κάθημαι. *Drakenborchius* ad Sil. I. 12, 64. *Victorius* Lecct. Varr. 16, 20. Iam cum Iudaeae incolae opponantur Christi sectatoribus vigilantibus et virtutis studiosis, equidem arbitror enuntiationem h. l. propositam esse interpretandam: *super eos, qui otiosi versantur, qui nimis securi viuunt*,

36. ἀγρυπνεῖτε οὖν] *vigilate ergo*, caute et circumspecte agite, virtutisque estote studiosi. Opponitur τῷ

βαρεῖσθαι ἐν κρ. v. 34. cf. Matth. 24, 42. *ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε κ. τ. λ.*] *assiduas preces facitote, vt digni habeamini, qui haec omnia mala, quae euenient, effugiatis, et absoluamini a Messia;* verbis tropicis *καὶ σταθῆναι κ. τ. λ.* eadem sententia repetitur, quae antea verbis propriis expressa erat; vt praemii loco imminentem calamitatem effugiatis. vid. et not. ad 19, 11. Proponitur h. l. Christus tanquam iudex, Iudaeos, qui eum reiecerunt, puniturus, alios, qui eum exceperunt, praemiis ornaturus. *σταθῆναι* autem dicitur de iis, qui coram iudice stant ita, vt absoluantur, oppositum est *πίπτειν*, quod de iis ponitur, qui caussa cadunt. v. Rom. 14, 4. Ps. 1, 5. 130, 3.

37. 38. *τὰς δὲ νύκτας — Ἐλαιῶν*] *noctu autem versabatur prope montem oliuarum*, noctu concedebat Bethaniam, (quod oppidum ad radices montis oliuarum situm erat) ibique pernoctabat. v. Matth. 21, 17. *αὐλίζεσθαι* vid. not. ad Matth. l. c. et *Dresigius* de V. M. p. 540. *ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν*] *mane confluebat ad eum.* Verbum *ὀρθρίζειν*, quod respondet Hebr. הִשְׁכִּים, ponendum est in numero eorum verborum, quae Macedonum Alexandrinorumque ingenia finxerunt, qui hoc verbo vsi sunt pro *ὀρθρεύειν*. Thomas Mag. et ex eo Phauorinus: *ὀρθρεύω — οὐκ ὀρθρίζω.* v. Gen. 19, 27. Cant. 7, 12. Ps. 77, 34. Hos. 6, 1. 1 Macc. 6, 33. 11, 67. Sir. 39, 6. cf. *Salmasius* de lingua Hellenist. p. 101. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 692.

CAPVT XXII.

1. 2. Vid. Matth. 26, 2 sqq. Marc. 14, 1. et not. ad Marc. 9, 23.

3. εἰςῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν] *subiecit Satanas Iudae consilium pessimum*. Ex vsu loquendi librorum sacrorum eos, qui motibus diuinis, voluntati diuinae, obtemperant, agitare, iis inesse, inhabitare Spiritus divinus, eos vero, qui consilia praua sequuntur, flagitiose viuunt, Satanas occupasse, iis consilia praua suppeditasse dicitur. v. Ioh. 13, 2. Act. 5, 3. Ephes. 2, 2. not. ad Matth. 3, 16. 4, 1. Luc. 2, 27. Voluit autem Lucas his ipsis verbis omnino criminis atrocitatem indicare, vnde et addidit: ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, *qui erat vnus ex duodecim* Apostolis, vinculis ergo amicitiae et necessitudinis cum Christo coniunctissimus.

4. Vid. Matth. 26, 14. coll. infra v. 52. καὶ τοῖς ςρατηγοῖς] *templi praefectis*; cum his agebat Iudas, et hi speciatim commemorantur, quoniam horum erat, apparitorum ope, prehendere et in carcerem coniicere, Iudaeos, qui in legem peccarant. v. ad Matth. 26, 47. infra v. 52. Act. 5, 26. Ier. 20, 1 ss. Dicebantur autem ςρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, et simpliciter ςρατηγοὶ, duces ac praefecti sacerdotum et Leuitarum, qui in templo excubias agebant, v. 2 Par. 35, 8. et quos laudauimus ad Matth. l. c. et *Schleusneri* Lex. h. v. Supremus excubiarum praefectus, qui, vt reliqui ςρατηγοὶ, ex sacerdotum numero erat, (v. Ier. 20, 1.) κατ᾽ ἐξοχὴν dicebatur ὁ ςρατηγὸς

Act. 5, 26. coll. v. 24. ὁ ϛρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ Act. 4, 1. 5, 24. Idem, cum *fummo pontifice* coniungitur a Iofepho Ant. 20, 6. 2. et *ante* reliquos fynedrii affeffores commemoratur Act. 5, 24. coll. 21. 27. Caeterum mirandum non eft praefectos facerdotum et Leuitarum dictos fuiffe ϛρατηγοὺς, eum tamen neque ipfi, neque Leuitae milites effent; vocabulum enim ϛρατηγὸς, eo tempore, non tantum ducem militarem aut imperatorem fignificabat, fed etiam quemuis magiftratum, et hominem aliis praefectum. v. *Deylingius* l. c. *Krebfii* Comment. in Decret. Athenienf. pro Hyrcano p. 326 fqq. add. *Wolfius* ad h. l.

5. συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι] *pecuniam ei promiferunt: συντίθεσθαι, aliquid fub conditione quadam promittere.* Iofeph. Ant. 13, 4. 7. Πτολεμαῖος πέμπει πρὸς Δημήτριον εὐθὺς περὶ συμμαχίας καὶ φιλίας, συντιθέμενος τὴν θυγατέρα δώσειν αὐτῷ εἰς γυναῖκα. vid. *Krebfius* ad h. l. *Drefigius* de V. M. p. 475. Xen. H. Gr. 3, 5. 6. συνετίθετο παρέσεσθαι ἐς ῥητὴν ἡμέραν. Oecon. 7, 2. ξένους τινὰς συνεθέμην ἀναμένειν ἐνθάδε. Thomas Mag. σύντίθεμαι δὲ τὸ ὁμολογῶ. Pro ἀργύριον libri nonnulli habent ἀργύρια, quae lectio e Matth. 26, 15. (vbi v. not.) in hunc locum venit.

6. καὶ ἐξωμολόγησε] *et fpopondit.* Verbum ὁμολογεῖν quam faepiffime eo fignificatu occurrit, vt fit: *fpondere, promittere, pacifci.* Xen. Anab. 7, 4. 9. ἐδέοντο — συμπρᾶξαι σφίσι τὰς σπονδάς· ὁ δὲ ὡμολόγει, καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευε. add. Plat. Phaedon. 64. Iofeph. Ant. 6, 3. 5. 8, 4. 3. Ier. 44, 25. et ἐξωμολόγησε h. l. pofitum eft pro, ὡμολόγησεν ἐκ τοῦ ἀργυρίου, quam nempe pecuniam ei promiferant, vt adeo ὁμολογεῖν ἐκ τοῦ ἀργυρίου eodem modo dictum fit, quo Matth. 20, 13. συμφωνεῖν ἐκ δηναρίου. vid. *Krebfius* ad h. l. et not. ad 6, 35. Alii ἐξωμολόγησε vertunt: *conditionem accepit*, (ita, vt nulla praepofitionis ἐκ ratio habeatur) cum ὁμολογεῖν etiam notet:

conditionem accipere, vt ap. Ioseph. Ant. 8, 5. 3. ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴραμον, καὶ μὴ συνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι, *Hiramus, cum conditionem accepisset, ne aenigmata explicare potuisset, magnam pecuniae vim pro mulcta pependit.* ἄτερ ὄχλου, *sine tumultu:* ὄχλος, Hebr. הָמוֹן, h. l. est id. qd. θόρυβος, quocum vocabulo tanquam synonymum copulatur Act. 24, 18. Suidas: ὄχλου· ταραχῆς.

7 — 14. Vid. Matth. 26, 17 sqq. Marc. 14, 22 sqq.

15. 16. Lucam in narratione sua de vltima coena paschali a Iesu celebrata, non accurate seruasse ordinem temporis, notatum est ad Matth. 26, 27. nec quae h. l. v. 15 sq. leguntur, a Iesu dicta sunt initio coenae paschalis. Quodsi enim tum dixisset: non prius hac coena vtar, non prius de hoc vineae fructu potabo, quam venerit regnum Dei v. 16. 18.: ipse, vt recte ad h. l. monuit *Paulus*, non celebrasset, ritu antiquo, coenam paschalem. Nec potest idonea ratio proferri, cum Iesus tunc temporis cibo abstinuerit; erat potius cibo corpus corroborandum, vt praesentibus omnibus corporis viribus, dolores et cruciatus subire atque perferre posset. Diligentius ergo Matthaeus (26, 29.) et Marcus (14, 15.), qui haec, finita coena paschali, a Iesu dicta esse referunt, ordinem temporis seruarunt. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ᾽ ὑμῶν] *desiderio flagraui hanc coenam paschalem vobiscum celebrandi:* ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα loquendi ratio Hebraeis vsitata. Gen. 31, 30. כִּי נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה לְבֵית אָבִיךָ vbi οἱ ὁ habent: ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησας ἀπελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. pag. 624 sq. et *Leusdenius* de Hebr. N. T. p. 122. ed. *Fisch.* — 16. οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, *non amplius de eo edam*, tali coena vtar. ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, *vsque dum perfectior coena in-*

ſtituta fuerit in regno diuino. Etenim πληροῦσθαι dicitur res quae eſt perfecta, et numeris omnibus abſoluta. v. *Schleusneri* Lex. h. v. Per βασιλείαν τοῦ Θεοῦ intelligitur, futura felicitas in coelo, et ſenſus horum verborum, vt et eorum, quae v. 18. leguntur, eſt: breui a vobis mihi diſcedendum eſt, ſed aliquando vos in coelo mecum gaudiis propriis ac ſummis perfruemini. Quam quidem verborum expoſitionem v. 30. et 14, 15. confirmant. cf. etiam not. ad Matth. 26, 29. βρωθῇ quod cod. D. cant. pro πληρωθῇ exhibet, et probat *Valckenarius* Opuſcc. Vol. 2. (Lipſ. 1809.) p. 275. gloſſema redolet. Alii verba: ἕως ὅτου κ. τ. λ. reddunt: *vsque dum inſtitutum fuerit regnum Dei*, vt ἐν, ſicut Hebraeorum ב eſſentiae h. l. ſit nota nominatiui, v. *Schleusneri* Lex. ſ. ἐν. *Thiefsius* in *Krit. Kommentar.* Th. 1. p. 380. ad πληρωθῇ ſubintelligi vult, τὸ πληρωθησόμενον. *Boltenius* vertit: *vsque dum agnus paſchalis comedatur in regno Dei;* notat verbum πληρόω reſpondere verbo Syr. ܫܠܡ, Hebr. שלם, hoc interdum ſignificare *abſumere, conſumere*, et hoc ipſo verbo Targum. Ieſ. 3, 10. expreſſiſſe Hebr. אכל. Has vero interpretationes omnes duriores eſſe, non eſt quod copioſe doceamus.

17 — 20. Vid. not. ad Matth. 26, 27. 28.

21. 22. ἡ χεὶρ — ἐπὶ τῆς τραπέζης] me proditurus hic mecum ad menſam adeſt. Pars hominis pro toto homine, per Hebraiſmum poſita. — 22. ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον] *ego moriar e decreto diuino*: πορεύεται infra v. 33. εἰς θάνατον additum legitur. Verba autem abeundi, ab Hebraeis, Graecis, et Latinis ſcriptoribus adhiberi ſolent de moribundis et mortuis, v. ad Matth. 26, 24. et *Palairetus* ad h. l. κατὰ τὸ ὡρισμένον Act. 2, 23. τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ.

24. Apoſtoli adhuc praeconceptam opinionem fouebant, Chriſtum, regnum ſplendidum, his in terris condi-

turum eſſe, vnde ipſi externis honoribus inhiantes, quaeſtionem mouerant, initio coenae paſchalis, quisnam primus dignitate in illo regno futurus eſſet? quisnam ſecundus? Ieſus igitur, qui iam cum diſcipulis accubuerat, ſurgebat, et actione ſymbolica modeſtiam iis commendabat, nempe ſumto linteo, ſe accingebat, diſcipulorumque pedes lauabat, v. Ioh. 13, 1 ſqq. qua actione ſymbolica peracta, poſtquam iterum accubuerat (Ioh. 13, 4. ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου. v. 12. ἀναπεσὼν πάλιν), eam ad diſcipulos orationem habuit, quam Iohannes 13, 12 ſqq. et Lucas h. l. v. 24 ſqq. retulerunt. Nonnulla, quae in hac oratione occurrunt, iam alio tempore Ieſus dixerat, v. Matth. 20, 25. appoſite autem illa, et de induſtria, hac occaſione, pacis concordiaeque ſtudium diſcipulis ambitioſis commendaturus repetiit, iisque denuo inculcauit. Caeterum comparatio loci noſtri cum loco Iohanneo 13, 1 ſqq. planiſſime quoque docet, Lucam, vt iam ad v. 15. obſeruauimus, in hac ſua, de vltima Chriſti coena paſchali, narratione, quae fragmentis conſtat, non accurate ſeruaſſe ordinem temporis. μείζων nempe ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν coll. Matth. 18, 1. δοκεῖ redundat, vid. ad Matth. 3, 9.

25. Vid. Matth. 20, 25. καὶ — εὐεργέται καλοῦνται] *et qui iis imperant, patres patriae appellantur.* Εὐεργέτης apud Graecos erat vocabulum honoris, quod tribuebatur omnino iis, qui bene meriti eſſent de rebus ciuitatis alicuius, qui eam vel ornaſſent et auxiſſent, vel a periculis et incommodis defendiſſent et liberaſſent. Reſpondet formulae Lat. *pater patriae.* Sic Onias 2 Macc. 4, 2. dicitur ὁ εὐεργέτης τῆς πόλεως. Sed κατ' ἐξοχὴν hoc cognomen datum eſt regibus (Ptolomaeus Euergetes) et ciuitatum principibus et ſic h. l. tanquam honorificus titulus regum et principum commemoratur. Haud inepte *Lutherus* reddidit: *gnädige Herrn.* Conf. omnino de huius nominis vi ac poteſtate *Wetſtenius* ad h. l. interpp. ad

Thucyd. 1, 129. *Barnesius* ad Eurip. Rhes. v. 151. *Perizonius* ad Ael. H. V. 12, 40. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 11, 26. *Spanhemius* de Vsu est Praest. Numism. Diss. 7. et *Fischerus* ad Plat. Apol. 26, 12.

26. 27. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως scl. ποιεῖτε, quae verbi ellipsis satis frequens est, v. *Kypkius* ad h. l. vos vero non ita agite, nemo vestrum dominium in alterum exercere debet. ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος] *qui cupit maximus esse*, (Matth. 20, 26. ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, vbi v. not. add. Matth. 18, 4.) qui cupit dignitate excellere in regno meo, *vt minimum s. vt seruum se gerat.* Vocabulo enim νεώτερος Alexandrini interpretes explicuerunt Hebr. קָטֹן, quo etiam *minister*, et *inferioris conditionis homo*, *infimus*, significatur, et נַעַר, quo non tantum *puer*, *adolescens*, sed etiam *seruus* indicatur. v. ad Matth. 18, 6. 10, 42. Alii verba nostra exprimunt: maior natu inter vos similis esto minori natu, refragante membrorum parallelismo. ὁ ἡγούμενος, *princeps.* Act. 7, 10. Matth. 2, 6. ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν] *ego me inter vos ministrum gessi*, exemplum ergo meum sequimini, sitis modestiae, officiositatis studiosi. Respicitur his verbis pedilauium Ioh. 13, 3 sqq. 15. qua actione symbolica ostendere voluerat Iesus, quomodo animati esse deberent ii, qui vellent fieri regni sui ciues, eos nimirum debere esse officiosos, modestos, ab omni fastu alienos.

28 — 30. Quo discipulorum suorum animos confirmaret et corroboraret, promittebat iis Iesus breui mortem subiturus, virtutis et constantiae praemia vberrima, maxima, in regno Messiano exspectanda, et vtebatur hanc in rem dictionibus tropicis, de quibus vid. not. ad Matth. 19, 28. Videntur autem discipuli nonnulla interlocuti esse, quas tamen interlocutiones Lucas praeteriit. ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου]

vos mecum in calamitatibus meis perdurastis, me a Iudaeis eorumque proceribus repudiatum non deseruistis, sed constanter mihi adhaesistis, mecum persecutiones et labores subiistis. πειρασμὸς vocabulum de calamitatibus et afflictionibus solenne ac frequens. v. Luc. 8, 13. coll. Matth. 13, 21. Act. 20, 19. al. — 29. Verba: κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν — βασιλείαν *Albertius* et *Krebsius* vertunt: *ego vobis tanquam testamento lego regnum*, quam verbi διατίθεσθαι et vocabuli διαθήκη significationem pluribus locis e scriptoribus exteris depromtis comprobare studuerunt. Sed huic interpretationi aduersatur contextus, sequitur enim: καθὼς διέθετο μοι ὁ πατήρ μου· imo διατίθεσθαι h. l. notat, *promittere*, et respondet Hebr. כרת quod hoc significatu legitur 2 Paral. 7, 18. vbi Deus ita loquens inducitur: *confirmabo solium regni tui* (Salomonis) כַּאֲשֶׁר כָּרַתִּי לְדָוִיד אָבִיךָ quae verba οἱ ὁ reddiderunt: ὡς διεθέμην Δαβὶδ τῷ πατρί σου, *sicut promisi Dauidi patri tuo*: add. Hagg. 2, 6. Phauorinus: διατίθεμαι, συντίθεμαι. Itaque h. l. sensus est: sicuti mihi pater superatis laboribus felicitatem maximam promisit, ita ego vobis praemia maxima promitto. Pro καθίσησθε alii libri legunt, καθίσεσθε, fortassis vere.

31. Vid. Matth. 26, 31. 33 sqq. Orationem conuertit Iesus ad Petrum, ita, vt ipsius verba spectarent etiam Apostolos reliquos. Videntur autem omissa esse nonnulla a Petro confidentius dicta, ad quae Iesus ea respondit, quae h. l. leguntur, conf. Ioh. 13, 36 sq. ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον] *Satanas vos sibi tradi voluit, vt vos veluti triticum cribraret.* Allusit Iesus, vt videtur, his verbis ad historiam Iobi. In solenni iudicio, a Deo habito, vt legitur Iob. c. 1. fides ac pietas Iobi a Satana in dubium vocata erat v. 6 — 10. et decreuerat Deus eius, per Satanam, tentationem v. 11. vid. *Rosenmülleri* Scholia ad Iob. l. c. Verba autem: ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, *Satanas vos sibi tradi a Deo vo-*

luit, non proprie accipienda funt, fed declaratur omnino iis ardens defiderium, Satanas vos vehementer cupit tentare. Iudaei porro omnia mala, etiam delicta hominum, a Satana, tanquam auctore et promotore, deriuare folebant, hinc omnia quae religioni chriftianae eiusque propagationi impedimento, contraria funt, ex vfu loquendi N. T. Satanae tanquam auctori adfcribuntur, hinc etiam Satanas, Chrifti cultoribus infidias ftruere, eosque ad defectionem a religione chriftiana follicitare dicitur. v. not. ad Matth. 6, 13. 13, 39. Luc. 22, 3. Itaque imagine omiffa, fenfus h. l. eft: imminent vobis tentationes, explorabitur veftra probitas, fides et conftantia. *ἐξαιτεῖν* et Med. *ἐξαιτεῖσθαι* notat: *poftulare, vt aliquis fibi dedatur, expofcere, depofcere aliquem* v. c. *ad poenam, ad certamen, ad quaeftionem.* Diod. Sic. p. 596. A. *εἰς τὰς Ἀθήνας ἐξαπέστειλε τοὺς ἐξαιτήσοντας τῶν ῥητόρων δέκα, τοὺς κατ' αὐτοῦ πεπολιτευμένους, mifit Athenas, qui oratores decem, quod populum contra ipfum concitaffent, dedi poftularent.* Iofeph. Ant. 5, 2. 9. *καλῶς ἔχειν, τῷ νόμῳ πειθομένους, πέμψαι πρὸς τοὺς Γαβαηνοὺς, ἐξαιτοῦντας τοὺς αἰτίους, aequum effe, vt iuxta legem ad Gabaënos legati mittantur, qui fceleris auctores ad fupplicium depofcant.* add. Herodo. 9, 89. Paufan. 7, 4. p. 531. Liu. 22, 23. *legati et ad Philippum Macedonum regem miffi ad* depofcendum *Demetrium, qui, bello victus, ad eum fugiffet.* Id. 38, 31. *ad* expofcendos *eos legati extemplo Lacedaemonem miffi funt.* cf. *Wetftenius, Raphelius* ad h. l. et *Irmifchius* ad Herodi. 1, 12. 12. p. 503. *τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον*, vanno agitatur triticum, grana in eo remanent, excuffis fordibus et paleis. Vox ergo Chrifti hoc fonat: Satanas vult videre, num vos fimiles fitis granis, quae in vanno remanent, an fordibus et paleis, quae excutiuntur et in terram decidunt (vid. Amof. 9, 10. quem locum Iefus refpexiffe videtur) h. e. omnino, frangere et labefactare cupit fidem veftram, vosque a meis partibus ad fuas abstrahere. Alii fimilitudinem a tritico defumtam ita explicant: ficuti grana tritici

cribratione agitantur, quaedam etiam excidunt, et cum paleis et puluere simul pereunt; ita Satanas voluit Christi discipulos variis tentationibus eo redigere, vt a magistro suo deficerent. Sed ob locum Amosi laudatum prior interpretatio mihi praeferenda videtur. σινιάσαι. *cribrare*, sine tropo, concutere, labefactare virtutem, fidem. coll. v. 32. Hesychius: σεῖσαι, κοσκινεῦσαι, Suidas addit: θορυβῆσαι, ταράξαι, πειράσαι. vid. *Suiceri* Thes. h. v. Caeterum per Satanam interpretes nonnulli intelligunt synedrii assessores, qui etiam Apostolos capere et interficere voluissent. v. *Döderleinii theol. Biblioth.* B. 2. p. 111. Alii de Iuda proditore cogitant, et sumunt, eum reliquos Apostolos sollicitasse et in suas partes trahere studuisse. vid. *Möllerus* in *Augusti theolog. Blätt.* B. 1. p. 66. Alii coniiciunt, synedros nonnullos, cum vidissent, vnum Apostolorum, Iudam, sponte sese iis obtulisse, et a Christo defecisse, reliquos quoque Apostolos pollicitationibus magnis ac variis ad defectionem sollicitasse, v. *Paulus* ad h. l. qui, cum Iesus v. 32. addiderit: ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, opinatur, Iesum rogasse synedros illos, qui clandestini ipsius essent asseclae, vt omni modo impedire studerent, quo minus Apostolorum vitae ac libertati insidiae struerentur. Laudat Ioh. 12, 42. qui tamen locus neutiquam huic coniecturae fauere videtur. Legitur enim ibi: ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται· si ergo Apostolis patrocinari voluissent, nae ipsi in suspicionem incurrissent, se esse quoque Christi sectatores, neque omnino primores populi de capiendis et interficiendis Apostolis, sed de Iesu interficiendo cogitabant. vid. Matth. 26, 4. Ioh. 11, 47 sq. Hae coniecturae omnes idoneis argumentis destitutae sunt, et nullam probabilitatis speciem prae se ferunt. Christi captiuitas et mors magnopere perturbabant Apostolorum animos, iisque dubitationem iniiciebant, an Christus pro Messia esset habendus, metuebant insidias et supplicia a Iudaeis, quae omnia eos facile eo redigere poterant, vt a

Chriſti doctrina deſciſcerent. Haec autem diſcipulorum perturbatio, hae dubitationes in animis eorum ſubortae, hae ſollicitudines, quibus premebantur, adſcribuntur h. l. tanquam auctori Satanae, vtpote religionis chriſtianae adverſario acerrimo.

32. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην κ. τ. λ.] *ego vero a Deo exoravi, ne fides tua* (quamuis vacillatura) *deficeret*, ne a mea diſciplina prorſus deſciſceres. ἐδεήθην v. Ioh. c. 17. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου] *tu vero viciſſim aliquando fratres tuos confirma*, ad conſtantiam in profeſſione religionis meae cohortare. Per τοὺς ἀδελφοὺς intelligi poſſunt reliqui Apoſtoli, ſed quia hi poſtea non eguerunt Petri confirmatione, latiori ſenſu vocabulum hoc accipiendum eſt, ita, vt omnino Chriſti ſectatores intelligantur. ἐπιστρέφειν, vt Hebr. שׁוּב, aliis verbis iunctum, partes aduerbii agit, vt Pſ. 71, 20. vbi in verſione Alexandrina ἐπιστρέψας commutatur cum aduerbio πάλιν. add. Pſ. 85, 6. Act. 7, 42. 15, 36. Alii haec verba explanant: *tu vero conuerſus* ſ. *vbi reſipueris, vbi agnoueris facti tui atrocitatem, fratres tuos confirma.* At enimuero de facto, de reſipiſcentia h. l. non poteſt cogitari, quoniam de Petri abnegatione in ſequentibus demum ſermo eſt, eamque Chriſtus commemorauit, poſtquam Petrus affirmauerat, ſe cum magiſtro carcerem, et ipſam necem adire paratum eſſe.

34. Vid. not. ad Matth. 26, 34. ἀπαρνήσῃ, μὴ conf. not. ad Luc. 20, 27. et *Kypkius* ad h. l.

35. 36. Vid. Matth. 10, 9. 10. Senſus et cohaerentia eſt: cum vos hactenus emitterem, vt meam doctrinam propagaretis, nihil vobis deerat; multi enim doctrinae meae cupidi neceſſitatibus veſtris ſubueniebant, et ab aduerſariis nil erat vobis magnopere timendum. Iam vero ad duriora parandus eſt animus. Vita veſtra in poſterum curis ac ſollicitudinibus plena erit, in odium publi-

cum incurretis, vix erit, qui vos, propagandae doctrinae meae cauffa itinera fufcipientes, fubleuet, aduerfarii vos perfequentur, vobisque infidias ftruent. ἀράτω, *fecum ferat*, ne eam domi relinquat; nam crumena et pera ei opus erit, neque pecunia (βαλάντιον v. ad Luc. 10, 4.) neque ciborum copia (πήρα v. ad Matth. 10, 10.) in itineribus veftris carere poteritis. Alii verbum αἴρειν vertunt *remouere*, h. e. vendere, atque fenfum ita conftituunt: qui crumenam habet vel peram, eam vendat, quo gladium fibi emere poffit; et verba ὁ μὴ ἔχων referunt ad βαλάντιον et πήραν. Sed admiffa priore interpretatione praeclarius conueniunt verba: ὁ ἔχων — πήραν, iis quae v. 35. qui contrariam fententiam continet, praeceffserunt. καὶ ὁ μὴ ἔχων] *et qui nihil habet*, qui pauper eft, cui non tantum pecuniae fuppetit, vt gladium fibi emere poffit, vendat pallium fuum (veftem fuperiorem), vt habeat, quo gladium emat. μὴ ἔχων pro οὐδὲν ἔχων, Hebr. אשר אין לו. v. not. ad Matth. 13, 12. 1 Cor. 11, 22. Alii ὁ μὴ ἔχων referunt ad μάχαιραν. Durius. In multis codd. imperatiui ἀράτω — πωλησάτω — ἀγορασάτω mutati funt in futura ἀρεῖ — πωλήσει — ἀγοράσει. Scilicet offendebat grammaticos, Iefum *praecepiffe* difcipulis, vt fefe armarent. Sed verba Chrifti non funt praecipientis, quod fieri vellet, imo praedicentis, quod euenturum effet. Appofite *Wetftenius* ad h. l.: „haec verba nihil aliud continent, quam praedictionem inftantium periculorum, quae opponuntur fecuritati prioris temporis. Solent autem prophetae tempora periculofa metaphorice fignificare, repraefentando ea, quae homines vulgo, vt periculum caueant, tunc faciunt." Itaque imagine hac: armis opus erit, omnino fententia exprimitur haec: pericula et infidiae vobis imminent. Verba autem ὁ μὴ ἔχων κ. τ. λ. cum antecedentibus ita cohaerent: in pofterum vobis comparanda funt omnia iter facientibus neceffaria, v. c. crumena, pera, et vel pauperrimus gladio carere non poterit; vitae veftrae ponentur infidiae, vitam agetis periculorum plenam.

Nachtigallius in *Henkii Magazin für Exegese* etc. B. 6. p. 343 sqq. per μάχαιραν, *cultrum laniarium* (*Schlachtmesser*) intelligit, et verbis hunc sensum subiicit: in posterum, quod attinet vitae necessitates, diligentius prospicere, pecuniam, alimenta et supellectilem viatoriam vobiscum ferre debetis, cui supellex deest, ὁ μὴ ἔχων, v. c. culter laniarius, vendat pallium, et emat cultrum magis ipsi necessarium. Tum discipuli: domine, en duos cultros! Iesus: satis est, ait; non opus est nunc plus duobus cultris. Haec vero interpretandi ratio perquam dura est atque coacta, et frigidam ieiunamque sententiam parit. Superuacanea quoque est *Winterbergii* coniectura. v. Commentatt. theoll. a *Velthuseno*, *Rupertio* et me ipso edit. Vol. 5. p. 104 sqq. Iesum vsum esse vocabulo ܣܒܥܐ (*sabho*), quo *satietatem*, *cibum*, τροφὴν significaret adeoque dixisse: *dives gerat secum marsupium aut sportulam; pauper vendito pallio, emat cibum;* discipulos autem audiuisse et intellexisse ܣܝܦܐ (saibho) quod vocabulum *gladium* indicat. Nec audiendus est *Michaelis*, qui putat verba Christi ironice esse capienda, eumque iis petiisse Petrum, qui *clam* sibi gladium emisset, quod tempore festorum viae circa Hierosolymam infestae essent latrociniis, vid. not. ad Matth. 26, 49. *Grotius* et *Schoettgenius* ad h. l. (Petrum clam sibi emisse gladium, nec h. l. nec alias legitur). Sensum verborum ita constituit: hactenus vos vestrasque res curae ac tutelae meae commisistis; iam vero vobis ipsi consuletis, rebus ad vitam tuendam necessariis vos aduersus penuriam praemunietis, aduersus vim hostium vos armabitis gladiis, vt in coetu sicariorum captus videar. Quae v. 37. allata leguntur verba, e Ies. 53, 12. desumta, *Michaelis* ad Apostolos refert, quod Petrus abusus sit gladio, atque adeo per τοὺς ἀνόμους intelligit Apostolos sicariis atque latronibus similes, et vocem Christi v. 38. propositam: ἱκανόν ἐστι explicat: satis est vno gladio, vt in latronum coetu captus videar. Esse vero etiam hanc loci explanationem duram

atque coactam, et ironiam ab eo prorfus alienam, orationis Chrifti lectores vel mediocriter attentos, facile nobis daturos effe fperamus.

37. Haec erit fors veftra poft mortem meam ignominiofam, nam magiftri ignominia et odium ad vos difcipulos redundabit. ἔτι τοῦτο poft multa alia a me perpeffa, hoc vltimum reftat, vt pro fcelerato morti addicar. Ita bene *Grotius* haec verba expreffit; quam vim particulae ἔτι cum non caperent librarii, in nonnullis codicibus eam omiferunt. τοῦτο τὸ γεγραμμένον v. Ief. 53, 12. τελεσθῆναι cf. not. ad 18, 31. μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη, *inter fceleftos relatus eft*, Ief. l. c. praecedit: lubenter mortem fubiit. καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει] *etenim omnia de me fcripta eueniunt.* Alii haec verba interpretantur: *nam res mea acta eft, res meae finem habent.* Verum enimuero formula τέλος ἔχειν, cum de praedictionibus fermo eft, vt h. l. idem valet quod πληρωθῆναι (quo verbo formulam illam explicuit fchol. ad Aefchyl. Prom. 12.) et τελεσθῆναι, atque τέλος de vaticiniorum euentu adhibitum legitur a Iofeph. Ant. 2, 5. 3. 4, 6. 5. 10, 2. 2. cf. omnino *Wetftenius, Raphelius, Kypkius* et *Krebfius* ad h. l.

38. Vt Chriftus difcipulos de imminentium ipfis calamitatum grauitate commonefaceret, fymbolice gladii, quo alias homines ad propulfanda pericula vti folent, mentionem fecerat. Ac difcipuli quidem, fi recordati fuiffent aliorum fimilium effatorum magiftri, (v. Matth. 10, 34. 35. Luc. 12, 49 fqq.) quem fcirent figurato loquendi genere delectari, (v. Matth. 5, 38 — 40. 18, 8 fqq.) facile fenfum verborum Chrifti capere potuiffent, fed pro ingenii tarditate verba eius proprie intellexerant, atque adeo duos ei offerebant gladios, Chriftus vero hac ingenii eorum tarditate offenfus, indignabundus filentium iis imponebat his verbis: ἱκανόν ἐστι, *fatis eft*, h. e. abfurda funt quae profertis, definite tales ineptias proferre. Hebraei

enim, cum alter abfurda protulit, vti folent formula hac: רב לכם quam Alexandrini expresserunt ἱκανούσθω Deut. 3, 26. et in fcriptis Rabbinorum eodem fenfu legitur דייך, *fufficit tibi*, quam in rem magnam exemplorum copiam congeffit ad h. l. *Schoettgenius*. Haec formulae ἱκανόν ἐςι explicatio, cum ea vfu loquendi Hebraeorum nitatur, et orationis feriei confentanea fit, reliquis omnibus ab aliis prolatis mihi praeferenda videtur. Alii nimirum ἱκανόν ἐςι referendum effe putarunt ad gladios (cum tamen in textu non legatur ἱκαναί εἰσι) hoc fenfu: duo gladii fufficiunt ad defenfionem quam ego parari volo i. nullam volo. Alii ironice hanc vocem capiendam autumarunt, quafi Iefus dixerit: egregia vero armatura, fatis fcilicet inftructi eftis aduerfus omnium hoftium vim et impetum. Alii aliter.

39 — 41. κατὰ τὸ ἔθος v. 21, 37. — 40. προςεύχεσθε κ. τ. λ. v. Matth. 26, 41. — 41. ἀπεσπάσθη] *receffit*. *Kypkius* ad h. l. vertit: *ipfe abreptus eft ab illis*, vt maneat verbo fua emphafis, et fenfus fit: Chriftum fponte quidem, et quamuis cum animi quadam repugnantia, maiori tamen impulfu et conatu exfuperata, intimos dolores et angores, qui in fequentibus enarrantur, alacriter adiiffe. Sed verbum ἀποσπασθῆναι h. l. vt centies fimpliciter notat: *abiiffe, receffiffe, digreffum effe*, vt 2 Macc. 12, 10. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων ςαδίους ἐννέα, *inde autem cum novem ftadia abiiffent*. ib. v. 17. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπάσαντες ςαδίους ἑπτακοσίους πεντήκοντα διήνυσαν εἰς τὸν Χάρακα, *cum autem inde difceffiffent ftadia feptingenta quinquaginta, Characa peruenerunt*. Ioseph. Ant. 8, 11, 2. αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν νόμων ἀπεσπάσατε, *vos abalienaftis, receffiftis*. Xen. Anab. 2, 2, 5. ἵνα ὡς πλεῖςον ἀποσπασθῶμεν ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ ςρατεύματος. v. *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. *Drefigius* de Verb. Med. p. 294. et *Wetftenius* ad h. l. Nempe Hebraei tum ita vfurpaffe videntur verbum פרק, quo certe Syrus interpres N. T. ex-

plicuit Graeca verba *ἀποχωρεῖν* et *ἀπαλλάσσεσθαι* Luc. 9, 39. Act. 19, 12. Conſtat praeterea Hebraeos, etiam Graecos et Latinos, conſueuiſſe, multa verba, quibus proprie vis quaedam, atque impetus ſignificaretur, ita vſurpare, vt res ſimpliciter, remota excluſaque omnis violentiae notione indicaretur. v. *Fiſcherus* Proluſſ. de vit. Lexx. p. 36 ſqq. *ὡςεὶ λίθου βολὴν*] *ad lapidis fere iactum* Matth. 26, 39. et Marc. 14, 35. habent: *προελθὼν μικρόν*. *Boltenio* ſine vlla idonea ratione *ὡςεὶ λίθου βολὴν* idem eſſe videtur quod Gen. 21, 16. כמטחוי קשת quae verba *οἱ ό* reddiderunt: *ὡςεὶ τόξου βολήν*.

42. Vid. ad Matth. 26, 39. *εἰ βούλει παρενεγκεῖν κ. τ. λ.*] Plures interpretes praeeunte *Eraſmo*, verba *βούλει* et *παρενεγκεῖν* inciſi nota dirimi iubent, et infinitiuum loco imperatiui poſitum putant, de qua modorum permutatione exempla attulerunt *Raphelius* et *Palairetus* ad h. l. *Camerarius* legi vult *παρενέγκαι*, quae lectio in nonnullis codd. extat, et orta eſt librariorum incuria ex *παρένεγκε*, quod grammatici, vt ſignificarent infinitiuum obtinere h. l. vim imperatiui, e Marc. 14, 36. in marginibus codd. appoſuerant. Notum autem eſt, frequenter librarios literam *ε* et diphthongum *αι* permutaſſe. *Grotius*, qui infinitiuum *παρενεγκεῖν* cum *βούλει* coniungit, particulam *εἰ* ex Latina conſuetudine explicat *vtinam*; quem plures ſecuti ſunt. Sed deeſt h. l. membrum poſterius: *pater, ſi vis a me defendere hanc calamitatem, quae mihi imminet, gratus accipio hanc tuam liberalitatem.* vid. *Fiſcherum* Proluſſ. de L. Gr. interioris ſcientia etc. p. 122 ſs. et quae nobis notata ſunt ſupra ad 13, 9. 19, 42.

43. 44. Duo haec commata in nonnullis codd. non leguntur, in quibusdam, tanquam ſuſpecta, aſteriſcis notata reperiuntur; codd. nonnullos Graecos et Latinos olim iam ea omiſiſſe, Epiphanius, Hilarius, et Hieronymus teſtantur. Sed plurimi et praeſtantiſſimi codd. hos verſus

tuentur, in Euangeliftariis Matth. 26. poft v. 39. leguntur, vt adeo afterifci, qui in nonnullis libris reperiuntur, etiam notare poffint, male pofitos et collocatos h. l. verfus illos effe. Agnofcunt haec commata Iuftin. Hippolyt. Epiphan. Chryfoft. Iren. Hieron. Theod. Mopsueft. (de quo v. *Münteri* Fragmm. Patrr. Grr. Fafcic. 1. p. 121 fqq.) et verfiones antiquae omnes. In promtu vero etiam funt cauffae, cur hi verfus fufpecti vifi fint pluribus, et omiffi in codd. *Sixtus Senenfis* in Biblioth. Sanct. 1, 22. p. 24. ed. Colon. 1586. „fufpicor, inquit, hanc hiftoriam olim a quibusdam orthodoxis, pio quidem, fed fimplici zelo, reiectam, quod fauere videretur Arianis haereticis, qui ex hoc et huic fimilibus teftimoniis adftruebant, filium Dei in eadem impaflibilis Dei natura cum patre non effe. Nam et aliud teftimonium de fletu Chrifti huic fimile fuiffe a catholicis nonnullis hac de cauffa ex Lucae euangelio fublatum, Epiphanius in Anchorato plane oftendit.“ Digna etiam funt quae afferantur verba *Clerici* in Art. Crit. P. 3. p. 232. „falfarii qui pro fua imperitia hiftoriam Chrifti emendabant, haec fuftulerunt, quafi indigna Chrifto, quae tamen caeteri chriftiani genuina effe agnouerunt. Quae narrabantur de nonnullias martyribus, qui quafi alienata mente, nec cruciatus vllos patientes, illudebant carnificibus, effecerant, vt extremum illud certamen imperiti homines non fatis concoquerent. At multo maior eft conftantia eius, qui fui compos, et acerrimis doloris ac ignominiae ftimulis confoffus, virtutem et veritatem tuetur, quam eius, qui inftar furentis clamitat, fe nihil fentire doloris, et ridet, fi vera quidem funt quae narrantur, in mediis flammis, aut in candente crate.“ Ex hactenus dictis perfpicuum fore omnibus arbitramur, non fuppofiticia, fed genuina haec duo commata effe. Conf. omnino quae de integritate huius loci animaduerterunt *Millius*, (Proleg. n. 1036.) *Bengelius*, *Wetftenius*, *Griesbachius*, *Matthaeius*, et *Gablerus üb. d. Engel, der nach Luc.* 22, 43. *Jefum geftärkt haben foll*, in eiusd. *Neueft. theol. Jour-*

nal, B. 1. p. 109 fqq. 217 fqq. Iam quod narrationem ipfam attinet, vario modo eam fibi explicuerunt interpretes. v. *Wolfium* in Curis, *Koecherum* in Analectis ad h. l. *Thiefsium* Th. 2. p. 441 fqq. et *Gablerum* l. c. Genium coeleftem vere apparuiffe Chrifto, coram eo ftetiffe, et a Deo miffum fuiffe, vt animum Chrifti erigeret et confirmaret, antiquiorum et recentiorum interpretum plurimi ftatuunt. Genium illum ab Apoftolis non fuiffe confpectum, fed eos a Iefu rediuiuo rem omnem cognouiffe, nonnulli collegerunt e verbis ὤφθη αὐτῷ, *apparuit ei*, fed vt *Storrius* Diff. in libror. N. T. hiftor. aliquot locos. P. 2. p. 40. Opufcc. T. 3. p. 136. recte obferuauit: „haec verba haud illico negant, *ab aliis* vifum fuiffe angelum; fed hoc quoque intelligi licet, *Iefu gratia* h. e. illius confirmandi et erigendi cauffa, confpectum fuiffe angelum, vbi profecto nihil obftat, ne angelus, qui in eius gratiam adfuit, a Petro quoque et filiis Zebedaei confpiceretur.“ Vere autem Chrifto genium apparuiffe coeleftem, multis interpretibus parum probabile vifum eft, et pluribus argumentis hanc fententiam impugnauit *Gablerus* l. c. qui inter alia (p. 245 fq.) obferuauit haec: Chriftus, vt per omnem vitam fuam, ita et in extremo vitae actu, fapientiam fummam, conftantiam, animique magnitudinem probauit, quamuis ergo, cum reuera fuerit homo, humano fenfu afficeretur, et inftantem calamitatem grauiffimam tremifceret; tamen animi, qua premebatur, anxietas, diutina effe non poterat, fed cum tanta confpicuus emineret fapientia, animique magnitudine, neceffe erat vt breui omnem animi anxietatem ipfe propriis viribus reprimeret, et acquiefceret in recordatione amoris Dei patris, in cogitatione officii, commodorumque quae ex morte ipfius in genus humanum redundatura effent; erat ergo apparitio angeli, qua animus ipfius confirmaretur, plane fuperuacanea. *Gablerus* ergo pag. 258 fq. contendit, hunc locum continere mythum. Scilicet primos chriftianos cum fibi explicare vellent, qui factum fit, vt Chriftus, cuius animus

aliquantisper tantopere commotus fuerit, tam fubito animum receperit, et ad extremum vsque vitae halitum fummam conftantiam, tranquillitatem, animique fortitudinem probauerit, coniecifse per genium coeleftem animum ipfius confirmatum fuiffe. Solitos enim effe Iudaeos, omnia prouidentiae effecta, omnia quorum cauffae proximae laterent, ipfas etiam naturae effectiones repentinas, inufitatas, ad genios coeleftes, tanquam auctores referre. v. Act. 12, 33. coll. Iofeph. Ant. 19, 8. 2. et Commentar. in Matth. p. 131. n. 4. Alii de vifione cogitant, nempe vifum fuiffe Chrifto oblatum, quafi genius coeleftis coram eo ftaret, aut in coelo, in aere (ἀπ' οὐρανοῦ Luc. 21, 11.) appareret, cum eo colloqueretur, animumque eius firmaret. Prouocant ad Stephani exemplum Act. 7, 55. 56. Alii h. l. enarratam effe arbitrantur vifionem, quae obtigiffet Apoftolis. Statuunt nimirum, Apoftolos (vel vnum eorum v. ad Matth. p. 486.) cum Iefus eos altera vice e fomno excitaffet, et iam abiiffet, vt tertia vice oraret, (v. Matth. 26, 44.) fomno nondum penitus difcuffo, fulgente luna, vidiffe fpeciem quandam, quam poftea, cum Iefus confirmatus ad eos rediiffet, pro genio coelefti habuiffent. Comparant Matth. 17, 1 fqq. His vero interpretibus de vifione h. l. cogitantibus, *Gablerus* haec oppofuit: De vifione a Deo effecta locus explicari nequit. Haec enim explicatio iisdem premitur difficultatibus, quibus eorum fententia, qui locum proprie intelligi debere cenfent, et vere angelum adfuiffe putant. Quodfi vero vel maxime concedatur, Iefum in ἐκςάσει tantum vidiffe genium coeleftem, aut difcipulis, vel vni eorum fpeciem quandam oblatam fuiffe, fic tamen non intelligitur, qui factum fit, vt Lucas folus hanc ὀπτασίαν memorarit, Matthaeus vero et Iohannes, Chrifti illo tempore comites, et in horto praefentes, rem omnem prorfus filentio praeterierint. Mihi quidem maxime probabilis videtur alia huius loci interpretatio, quam *Gablerus* quoque attigit. Scilicet cum Chriftus tertia vice precibus factis, ad difcipu-

los rediiſſet Matth. 26, 45. inter alia iis dicebat: ἀπέχει, *praeteriit anxietas mea*, Marc. 14. 41. et addidiſſe tunc quoque videtur, Iudaeorum loquendi conſuetudini conuenienter, *genius coeleſtis me confirmauit*; (vel: *adeo confirmatus eſt animus meus, ac ſi genius me confirmaſſet*) quae tamen verba Chriſtus non proprie intelligi volebat, vt nec illa, quibus paulo poſt vtebatur: *pater, ſi ab eo nunc peterem, mihi plus quam duodecim geniorum legiones auxilio mitteret*. Qui vero ab Apoſtolis audiuerant, quae Chriſtus, vt ſignificaret, Deum ipſi auxilio ſuccurriſſe, de genio coeleſti dixerat, ea proprie intellexerant, vt et auctor archetypi, cuius verba Lucas h. l. reddidit. Matthaeus et Iohannes vel ipſi quoque verba Chriſti proprie ceperant, neque tamen in commentariis ſuis rem attigerunt, quoniam ipſi non viderant angelum cum Chriſto colloquentem, eumque confirmantem; vel vocem illam Chriſti recte intellexerant, eam tamen literis conſignare neglexerunt, ſicuti et alios Chriſti ſermones notare omiſerunt. ἀπ᾿ οὐρανοῦ ſcl. ἐλθὼν l. ἀπεσταλμένος. coll. Luc. 1, 19. 26.

44. Continet hic v. cauſſam apparitionis genii coeleſtis. καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο] *nam cum ſummo premeretur angore, ardentius precabatur*: καὶ, Hebr. ו, centies ita ponitur, vt reddi debeat *nam*. v. *Schleusneri* Lex. h. v. n. 8. Vocabulum ἀγωνία apud auctores veteres *de luctationibus et concertationibus* occurrit, ita vt ſit idem quod ἀγὼν et ἀγώνισμα. v. Pollux 3, 30. 141. Heſych. Suid. Phauorin. Xen. Cyr. 2, 3. 5. et *Fiſcheri* Ind. Aeſchin. h. v. adhibetur vero etiam ab iisdem *de angore, animi perturbatione, metu ſummo eius qui in certamen deſcenſurus eſt*, omninoque *de angore, perturbatione animi ſumma eorum, quibus periculum graue aliquod inſtat*, vt h. l. Auctor. Etym. M. ἀγωνία, ἐπὶ τοῦ εἰς ἀγῶνα μέλλοντος κατιέναι· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς φόβου. 2 Macc. 3, 14. ἦν δὲ οὐ μικρὰ κατὰ πόλιν ἀγωνία. v. 16. coloris mutatio indicauit τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν. Demoſth. pro Coron. c. 11. ἡ δὲ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ

πολλῇ ἀγωνίᾳ. Diod. Sic. p. 23. ed. *Rhod.* διὰ δὲ τὴν ἀγωνίαν τὴν ἐκ τῆς ἀναβάσεως τοῦ ποταμοῦ γενομένην. cf. et *Wetstenius*, *Kypkius*, *Loesnerus* ad h. l. Quod rem ipſam attinet, vid. not. ad Matth. 26, 37. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡςεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν] *et ſudor eius ſimilis erat guttis ſanguineis, ad terram defluentibus.* Interpretes plurimi, tam antiquiores, quam recentiores (v. quos laudarunt *Wolfius*, *Koecherus* ad h. l. *Thieſſius* Th. 2. p. 435 ſqq.) opinati ſunt, ſudorem Chriſti fuiſſe vere ſanguineum, particulis ſanguinis permixtum, atque hanc in rem alia ſudoris ſanguinei exempla diligenter collegerunt, vt *Sagittarius* in Harmon. hiſtoriae paſſionis Chr. P. 2. c. 3. §. 49 ff. *Bartholinus* de cruce p. 184 ſs. pag. 193 ſqq. *Richterus* Diſſ. de morte ſeruator. in cruce, Opp. T. 3. pag. 16. *Eſchenbachius* Script. med. biblic. p. 74. add. quos laudauit *Grunerus* in Commentat. de I. C. morte vera non ſimulata pag. 33 ſqq. et p. 109 ſq. (Halae 1805. 8.) Veriſſime vero interpretes alii docuerunt, verbis ἱδρὼς, ὡςεὶ θρόμβοι αἵματος, non niſi ſudoris copiam, ex animi perturbatione ſumma obortam, indicari. Sic iam Theophylactus, (qui verba illa prouerbium redolere notauit: παροιμία γάρ ἐςιν ἐπὶ τῶν σφόδρα κοπιώντων, ὅτι αἷμα ἵδρωσεν· ὥςπερ καὶ ἐπὶ τῶν πικρῶς ὀδυρομένων, αἵματα κλαίειν) et Euthymius hunc locum intellexerunt, et rectiſſime animaduerterunt, non legi ἐγένετο ἱδρὼς αἵματος, ſudor eius erat ſanguis, qui guttatim in terram decideret, ſed ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡςεὶ θρόμβοι αἵμ., ſudoris guttae erant craſſiores, quales eſſe ſolent guttae ſpiſſi et concreti ſanguinis. Similis loquendi ratio occurrit Act. 9, 18. verba ibi ſunt: καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, *delapſae ſunt de Sauli oculis veluti ſquamae.* Caeterum per ſe intelligitur, Apoſtolos non vidiſſe ſudorem Chriſti guttatim in terram decidentem, cum ille oraret, (diſceſſerat enim ab ipſis preces facturus), ſed cum altera vice ad eos rediiſſet, et ſomnolentos excitaſſet. vid. et not. ad v. ſq.

45. 46. Ea quae de genii coeleſtis apparitione v. 43. leguntur, quamcunque demum interpretationem ſequamur, referenda ſunt ad illud tempus, quo Chriſtus ab Apoſtolis, augeſcente dolore animique perturbatione, tertia vice preces facturus, ſeceſſerat. v. Matth. 26, 44. Marc. 14, 40. Cauſſa apparitionis, auctore Luca, erat, vt animus Chriſti confirmaretur et tranquillaretur. Si ergo iam tum, cum Chriſtus triſtis eſſe inciperet atque dolore corripi, genius, eum confirmaturus, apparuiſſet, genii illius labor, cum Chriſti anxietas non decreſceret, ſed ingraueſceret, diu irritus fuiſſet, quod quidem prorſus eſt improbabile. Itaque ii, qui Lucae verba premunt, veramque apparitionem genii coeleſtis defendunt, ſtatuere debent, genium apparuiſſe Chriſto, cum ipſius anxietas ad ſummum faſtigium perueniſſet. Idem ſtatuere debent, qui de viſione Chriſti aut diſcipulorum cogitant. Apoſtoli ſi ſpeciem quandam vidiſſent, de genio coeleſti cogitare non niſi tum potuiſſent, cum tertia vice precibus factis (Matth. 26, 45.) confirmatus ad eos rediiſſet Chriſtus. Quae hactenus notauimus, eum in finem a nobis notata ſunt, quo clarius appareret, Lucam, (ſiue auctorem quem ſecutus eſt,) narrationem ſuam negligentius contexuiſſe, nec accurate diſcreuiſſe temporis momenta, quibus ſingula, quae h. l. expoſuit, euenerunt. Id quod ſatis euidenter etiam loci paralleli confirmant, e quibus pateſcit, eſſe h. l. nonnulla omiſſa, et ea quae iam v. 45. 46. leguntur, neutiquam eueniſſe tum, cum Chriſtus vltima vice oraſſet, (tunc longe alia diſcipulis dixit v. Matth. 26, 45. Marc. 14, 41.) ſed tum, cum prima vice precatus eſſet. vid. Matth. 26, 40 ſq. Marc. 14, 37 ſq. εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης] *prae aegritudine ſomno oppreſſos eos reperit:* λύπη, *aegritudo* h. l. *virium defectus, qui e triſtitia oritur;* quam interpretationem non parum adiuuat auctoritas Alexandrinorum interpretum, hi enim Ieſ. 1, 5. Hebr. דוי, *languidum*, expreſſerunt vocabulo λύπη. — Curt. 4, 13. 17. *tandem grauatum animi anxietate corpus*

altior somnus oppressit. Longus Pastor. 2, 16. ταῦτα λέγοντα αὐτὸν ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει. v. *Wetstenius*, *Albertius* ad h. l. et *Pricaeus* ad Apulei. Metam. p. 660 sq.

49 — 51. Vid. ad Matth. 26, 51 sqq. οἱ περὶ αὐτὸν, *discipuli*, cf. Marc. 4, 10. illi nimirum, de quibus supra sermo erat v. 38. τὸ ἐσόμενον, *quid futurum esset*, nempe vim parari Christo. εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ] *num gladio percutiamus illos.* εἰ, *num*. Marc. 8, 23. εἷς τις ἐξ αὐτῶν, *vnus eorum*; Petrus (v. ad Matth. 26, 51.) nimio feruore abreptus, non exspectato domini responso, vim vi arcere conabatur. — 51. ἐᾶτε ἕως τούτου] interpretes ambigunt, discipulisne iis, qui gladiis instructi erant, an cateruae, haec verba Iesus dixerit. Qui posteriorem sententiam sequuntur, ea hunc in modum interpretantur: *desistite hactenus*, liberum me eo vsque relinquite, donec hominem, cui auris vulnerata est, sanauero, postea me vinctum abducite. Subintelligunt post ἐᾶτε pronomen ἐμὲ, *desistite a me*, et post ἕως τούτου vocem χρόνου vel πράγματος. v. *Hammondus*, *Kypkius* et *Storrius* Opusc. Acadd. Vol. 3. p. 232. Ex horum ergo interpretum sententia Iesus discipulis ipsum interrogantibus: εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ v. 49. nihil respondisset, nec Petrum, qui vulnerasset seruum, reprehendisset. Qui verba illa ad discipulos dicta putant, distinguunt post ἐᾶτε, et supplent αὐτοὺς, hoc sensu: *finite* faciant quod velint, nolite illos impedire; *hactenus* tu, neque saepius, grauiusque ferias; vel vertunt: *desinite! hactenus!* vt sermo quoque abruptus, et verborum sensus sit: nolite saepius ferire! hic consistite! sufficiat eo vsque audaciae vos processisse, nolite vltra progredi! ἕως τούτου in versione septuagintauirali respondere notant Hebraeorum vocibus עַד־פֹּה, Iob. 38, 81. et עַד־אֵלֶּה. Leu. 26, 18. Hanc vltimam verborum interpretationem, inprimis ob locum parallelum Matth. 26, 52. praeferendam puto.

52. 53. ἀρχιερεῖς — πρεσβυτέρους; nonnulli de fynedris vltro comitati erant cateruam, odio in Iefum, etiam curiofitate ducti. στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ v. not. ad v. 4. καθ' ἡμέραν *quotidie.* v. ad Matth. 26, 55. — 53. ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους] haud inepte plures haec verba explicant: *fed hoc tempus eft vobis maxime opportunum, haec eft tenebrarum poteftas:* ὥρα ὑμῶν, *tempus vobis fauens, vobis opportunum,* vt ap. Philon. Legat. ad Cai. p. 1016. B. σὸς, εἶπε, νῦν ὁ καιρός ἐστιν Ἑλίκων, ἐπέγειρε σαυτόν. Martial. Epigr. 10, 19. *haec hora eft tua cum furit Lyaeus.* Sil. It. 12, 193. *dexter deus, horaque noftra eft.* vbi v. *Drakenborchius.* καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους pro αὕτη ἡ ἐξ. τ. σ. haec eft poteftas, qua tenebrae gaudent, talia facinora, quale vos iam committitis, noctu optime peraguntur, iam tempus eft, quo lucifugi fua fcelera perpetrare poffunt. Ironiam igitur verbis Chrifti ineffe, huius explicationis fautores et defenfores ftatuunt. Mihi vero verba Chrifti hunc in modum explananda effe videntur: *hoc eft tempus a Deo deftinatum f. vobis conceffum, et haec eft poteftas improbitatis;* αὕτη ἐστὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους, hanc poteftatem habet, nacta eft improbitas, haec poteftas improbitati, vobis facinorofis conceffa eft, hoc eft tempus quo vobis, veftrae improbitati, haec poteftas data eft, vt implerentur vaticinia. v. Matth. 26, 56. Hanc interpretationem et loci paralleli, et vfus loquendi librorum N. T. mirifice confirmant. Etenim Matth. 26, 45. legitur: ἤγγικεν ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν· et ib. v. 56. Iefus Iudaeis, qui ipfum aggreffi fuerant, inter alia haec dixiffe perhibetur: τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. Vocabulum porro ὥρα faepius indicat *tempus certum et ftatutum.* vid. not. ad Matth. 26, 45. et hoc quidem loco tempus, quo Chriftus in hoftium poteftatem venturus effet, vt Ioh. 7, 30. 8, 20. Nomen denique σκότος perquam frequenter fignificat *improbitatem,* vt Ioh. 1, 4. 5. 3, 19. Col. 1, 13. et h. l. fi fen-

ſum ſpectamus, idem valet quod *οἱ ἐσκοτισμένοι* ſ. *τὰ τέκνα τοῦ σκότους*, quo ſenſu etiam *σκοτία* legitur Ioh. 1, 5.

54 — 58. Vid. ad Matth. 26, 57. 58. 69. 71. — 56. *Φῶς*, *ignis*, v. Marc. 14, 54. *ἀτενίζειν* eſt, *oculis in aliquo homine*, *vel loco defixis intueri*, vt Act. 3, 4. 6, 15. 7, 55. 2 Cor. 3, 7. 13. ſubintelligi debet datiuus *ὀφθαλμοῖς* ſiue *ὄμμασι*, qui haud raro apponi ſolet. v. *Elsnerus* p. 377. *Palairetus* p. 270. et *Wolfius*, de agnitione ellipſeos in interpret. libror. ſacror. Diſſ. 10. p. 10. Lipſ. 1808. 4. Pronomen *αὐτὸν* in formula *ἠρνήσατο αὐτὸν* v. 57. libri nonnulli omittunt; excidiſſe tamen videtur, vel quoniam Matth. 26, 70. non extat, vel librariorum incuria, quoniam ſtatim ſequitur *αὐτόν*. — 58. *ἕτερος*] nonnulli poſitum putant pro *ἑτέρα*, male tamen et perperam. cf. quae hanc in rem notauimus ad Matth. 26, 72. iidem obſeruant etiam, *ἄνθρωπε* et de femina dici ſolere, v. *Loesnerus* ad h. l. qui praeterea quoque animaduertit, *ἄνθρωπε* eſſe h. l. vocem blandientis, vt Luc. 5, 20. v. interpp. ad Anacr. 9. extr. non expoſtulantis, vt alii, rectius opinor, ſtatuunt. Terent. Heauton. 5, 3. 1. *tu homo*. Schol. *cum contemtu et ſtomacho pronuntiandum eſt*. Adelph. 1, 2, 31. *Proh Iupiter, tu me homo adigis ad inſaniam*.

59 — 62. Vid. Matth. 26, 73 ſqq. *διϊσχυρίζετο*, *aſſeuerabat*, quam verbi poteſtatem pluribus exemplis comprobarunt *Wetſtenius*, *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. *ὁ Πέτρος* ante *ἔκλαυσε* v. 62. plures praeſtantiſſimi codd. etiam verſiones omittunt, et recte quidem, gloſſema enim redolet.

63 — 65. Finita omni de Petro narratione, redit ſcriptor eo vnde declinauerat v. 54. Similis hanc in rem locus Matth. 14, 3. 13. Caeterum cf. Matth. 26, 67 ſs. qui tamen accuratius temporis ordinem ſeruauit.

66 ſqq. Quae Matth. 26, 59 ſs. de teſtium interrogatione retulit, ea Lucas ſilentio praeteriit. Inter Chriſti autem interrogationem, quam h. l. Lucas, et quam Matthaeus 26, 63 ſqq. expoſuit, tanta ſimilitudo intercedit, vt a partium ſtudio alienus quisque fateri coactus ſit, eſſe vtroque loco de eadem interrogatione ſermonem. At e Matth. et Marco patet, interrogationem illam eſſe noctu inſtitutam. vid. Matth. 26, 57. coll. Matth. 27, 1. Lucas vero h. l. tradit eam inſtitutam eſſe, cum dies illuxiſſet ὡς ἐγένετο ἡμέρα. Vt ergo componerent Euangeliſtarum narrationes, plures interpretes monuerunt, aut primo mane totum ſynedrium confluxiſſe, noctu partem tantum ſenatorum conueniſſe apud Caiapham, aut disceſſiſſe aliquamdiu ſynedrii aſſeſſores, cum Ieſum condemnaſſent, ſomnum capturos, rediiſſe vero eos primo mane, et Ieſum iterum in conſeſſum vocaſſe, quaſi rurſus cognituros et penitus exploraturos cauſſam eius, maiorique ſpecie iudicii iuſti dein eum condemnaturos; hoc Lucam ſolum latius perſecutum eſſe, adeoque h. l. de ſecunda interrogatione cogitari debere. Quod quam parum probabile ſit, et ex iis, quae ſupra notauimus et quae ad Matth. 27, 1. obſeruauimus, ſatis apparere arbitramur. Quidni fateamur Lucam etiam h. l. minus accurate, quam Matth. rem expoſuiſſe? Solent in talibus περιστάσεσι variare narrationes ore propagatae, nec magni momenti eſt ipſa illa diverſitas, quam h. l. deprehendimus. v. et not. ad Matth. 20, 30. 26, 71. Quod rem attinet, conſentiunt Euangeliſtae, disſentiunt tantum in conſtituendo tempore. Pro ἀνήγαγον αὐτὸν in aliis libris legitur ἀπήγαγον αὐτὸν, quae lectio e Matth. 27, 2. et Marc. 14, 53. in hunc locum veniſſe videtur. Ducebant autem Ieſum (vt h. l. legitur) ex atrio per ſcalas (ἀνάγειν *in loca ſuperiora ducere*) in ipſas aedes Caiaphae, quo ſe ex atrio receperant ſynedrii aſſeſſores. v. ad Matth. 26, 66. Marc. 14, 66. συνέδριον conuentus et conſeſſus aſſeſſorum ſynedrii, concilium, vt Act. 4, 15. 23, 20.

67 — 69. *Si vobis* nude et fimpliciter *dixero*, me effe Meffiam, *fidem tamen mihi denegabitis*. *Si vobis quaeftiones propofuero*, vos edocturus me effe Meffiam, v. 20, 3 fqq. *non refpondebitis mihi*, *neque*, etfi argumentorum meorum grauitate, interrogationibus, probationibus meis conuicti, *me abfoluetis*; nihilominus tamen ingenue profiteor, ab hoc inde tempore me Meffiam ad dextram Dei feffurum effe. vid. ad Matth. 26, 64.

C A P V T XXIII.

1. Pro ἤγαγεν plurimi diuerfarum familiarum codd. legunt ἤγαγον, et ita recte poft *Bengelium Griesbachius* et *Matthaeius* ediderunt, nam nominibus collectiuis, quoniam qua notionem pluralia funt, verba pluralis numeri a diligentiffimis quoque fcriptoribus addi folent. cf. omnino *Fifcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 60. add. Matth. 21, 8. Marc. 3, 6.

2 fqq. Vid. ad Matth. 27, 11. 12 — 15. vbi pluribus oftenfum eft, Matthaei et Lucae narrationes, de actis coram Pilato admodum breues atque fuccinctas, e Iohanne effe fupplendas. εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος] *deprehendimus hunc*, *populum perturbantem*: εὕρομεν, vt bene monuit *Kypkius*, eft h. l. verbum iudiciale, et mens atque fententia accufatorum erat: fe cauffa in confeffu fuo fatis cognita et inueftigata, Iefum talem inueniffe et deprehendiffe, fe eum adduxiffe non facinoris accufatum fiue fufpectum, fed confeffum et conuictum; laudauit hanc in rem praeter alios locos, Xen. Cyr. 1, 2. 7. κολάζουσι δὲ

καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντες εὑρίσκωσι, *puniunt vero etiam si quos iniuste accusantes inuenerint*, sermo ibi est de Persarum pueris, pueriliter inter se iudicia exercentibus. Verbum διαςρέφειν Hebr. respondet עכר ita, vt notet, *perturbare, ad seditionem excitare*, 1 Regg. 18, 17. vbi in vers. Alexandrina legitur ὁ διαςρέφων τὸν λαόν. cf. de hac huius verbi significatione *Elsnerus* ad h. l. Hanc autem significationem h. l. verbo διαςρέφειν tribuendam esse satis superque docent adiecta verba: καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι κ. τ. λ. et ea quae infra v. 14. occurrunt. Libri nonnulli exhibent: τὸ ἔθνος ἡμῶν, quae tamen lectio grammaticis suam originem debet. Etenim ἔθνος simpliciter positum saepius Iudaicam gentem indicat. v. Ioh. 11, 50. 51. 52. vt λαὸς infra v. 14. καὶ κωλύοντα Καίσαρι κ. τ. λ.] *eo quod vetuit, tributa Caesari pendi seque Messiam, hoc est, regem esse, professus est.* Nihil intolerabilius Iudaeis erat, quam Caesari tributa exhibere, et proptera etiam seditionem aliquando mouerat Iudas Galilaeus, v. Act. 5, 37. et not. ad Luc. 13, 1. hinc quoniam Iudas ille Galilaeus fuerat, eo confidentius hoc crimen Christo obiiciebant, Romanis maxime odiosum, et in Galilaeo credibile. Χριςὸς idem esse quod βασιλεὺς, notatum est ad Matth. 1, 1. explicationis caussa adiiciebant vocabulum βασιλεὺς, cum res coram Pilato, Romano, ageretur. φόρος v. ad Matth. 22, 17.

4. εἶπε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους nempe postquam Pilatus Iesum in praetorium ad se venire iusserat, et vna cum Iesu e praetorio redierat. v. ad Matth. 27, 11. 12.

5 — 7. οἱ δὲ ἐπίσχυον λέγοντες, *illi vero acrius contendebant, instantius dicebant*; Alexandrini verbo ἐπισχύειν interpretati sunt Hebr. החזיק Exod. 12, 33. ἀνασείει τὸν λαὸν, *commouet populum, ad seditionem concitat.* Suidas: ἀνασείω — πρὸς μάχην ἐρεθίζω. Eurip. Orest. 612. ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἀνασείσω πόλιν. vid. et *Wetste-*

nius ad h. l. διδάσκων καθ᾽ ὅλης τῆς Ἰουδαίας, *docendo per omnem Iudaeam* tam peruerſa, qualia iam tibi protulimus coll. v. 2. ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε, *initio facto a Galilaea vsque ad hanc vrbem*. De induſtria Galilaeam, ſeditioſorum hominum nutricem commemorabant. v. ad Matth. 27, 15. ſupra v. 2. ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου ἐστὶν] *eum eſſe e ditione Herodis*. Erat enim Ieſus in Galilaea educatus, maximamque aetatis ſuae partem in illa regione transegerat. Intelligitur autem Herodes Antipas. v. ad Matth. 14, 1.

8. 9. ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν] *iam dudum enim cupierat eum videre*. vid. Luc. 9, 9. ἱκανοῦ ſcl. χρόνου· eſt autem ἱκανὸς id. qd. πολύς. v. Matth. 28, 12. ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ γινόμενον] *et ſperabat fore vt, ſe ſpectante, miraculum aliquod ederet*, vt oculos paſceret et animum re noua, more aulae. Ieſum vinctum et captiuum pro praeſtigiatore habebat. — 9. αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ] *Ieſus vero* ad Herodis quaeſtiones multas *nihil reſpondebat*. Praeuidebat enim Ieſus, ſe ab Herode, qui nullo veritatis cognoſcendae amore duceretur, deriſum iri, ſi ſerio ad quaeſtiones propoſitas reſpondiſſet, quae, vti ex ipſo Chriſti ſilentio patet, ita comparatae erant, vt reſponſione non opus eſſet.

10. Adſtantes, quo efficerent, vt Herodes ſententiam ab ipſis latam confirmaret, acriter Ieſum accuſabant. Operam dabant, vt eum Herodi ſuſpectum redderent affectati imperii (coll. v. 14.), et oſtenderent, haec conamina eo grauiori poena digna eſſe, quo procliuiores Galilaei, e quorum grege Ieſus eſſet, ad res nouas moliendas eſſent. Neque tamen Herodem commouere poterant, vt durius quid in Ieſum ſtatueret. Herodes enim non magnopere fauebat Phariſaeis (vid. ad Matth. 14, 2.), ſciebat ſynedros Ieſum, qui toties eorum mores peruerſos perſtrinxiſſet, ex mero liuore et odio capitis damnaſſe; non am-

plius metuebat captiuum et vinctum; eum iam habebat fanaticum et praeftigiatorem, quem acclamationes populi, quibus paucis ante diebus exceptus effet, eo redegiffent, vt fe pro rege Iudaeorum haberet; hinc, cum et Iefus ad quaeftiones propofitas nihil refponderet, eum contemtui et ludibrio habebat. εὐτόνως, *acriter*, *vehementer*, vt Act. 18, 28. Exemplis multis hanc fignificationem comprobavit *Wetftenius* ad h. l. Hefychius: εὐτόνως, ἰσχυρῶς.

11. σὺν τοῖς ϛρατεύμασιν αὐτοῦ] Herodem fecum duxiffe exercitum, neutiquam probabile eft, nec id Pilatus permififfet; rectius ergo per τὰ ϛρατεύματα Herodis *fatellitium* intelligitur, quo fignificatu ϛράτευμα etiam legitur Act. 23, 10. et praeoptauit Lucas h. l. pluralem fingulari, vt defignaret fatellitum multitudinem et copiam. Aliis ϛρατεύματα funt Herodis *miniftri*, *aulici*, qui eum e Galilaea Hierofolymam fecuti erant, cum ϛρατιὰ, vt Hebr. צבא, de quauis multitudine et copia vfurpari foleat. Auctor. Etym. M. ϛρατιὰ δὲ κοινῶς τὸ πλῆθος τῶν πολλῶν. Quam tamen explicationem non fatis idoneis exemplis confirmatam video. ἐξουθενήσας — καὶ ἐμπαίξας, *cum per contemtum ei illufiffet*, vid. Luc. 6, 48. Marc. 8, 31. περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ] *vefte candida indutum Pilato remifit*. Variae funt atque inter fe disfidentes interpretum fententiae de fignificatione vocabulo λαμπρὸς h. l. tribuenda. Scilicet λαμπρὸν generatim fignificat, *omne quod fplendidum eft et lucidum*, fpeciatim vero notat, *candidum*, et interdum etiam de *colore purpureo* aut *coccineo* vfurpatur v. *Raphelius* Obff. Polyb. 258. Xenophh. ad Iac. 2, 2. et *Wolfius* in Curis ad h. l. Hinc nonnulli ἐσθῆτα λαμπρὰν vertunt: *veftem fplendidam*, vt adeo non certus color declaretur, atque monent, tali vefte amictum fuiffe Iefum ab Herodis fatelliti-bus, quo eum illuderent tanquam hominem ftulte et inepte altiora fpectantem et appetentem. Alii intelligunt *veftem coccineam* (cum Syro interprete) aut *purpuream*, atque fine

omni idonea ratione contendunt, hac eadem veste Iesum ab Herodis atque Pilati militibus, (v. ad Matth. 27, 28.) quo eum, qui se Iudaeorum regem dixisset, illuderent, fuisse indutum. Alii denique *de veste candida* cogitandum esse praecipiunt, quorum sententia omnes veritatis notas atque numeros habere mihi videtur. Etenim λαμπρὸς plerumque *colorem album* siue potius *candidum* indicat, perquam rarenter *colorem purpureum* aut *coccineum*, inprimisque adhibetur de *vestibus candidis*, vt Act. 10, 30. (vbi in aliis libris e glossemate legitur λευκῇ) Apoc. 15, 6. Diod. Sic. 1, 90. Theophrast. Charact. 21. Philo de Iosepho p. 541. v. *Loesnerus* ad Iac. 2, 2. Thomas Mag. λαμπρὰ ἐσθὴς κάλλιον λέγεται ἢ λευκή. Hesychius: λευκὰ, φαιδρὰ, λαμπρά. Paludamentis albis vti quoque solebant imperatores, Valer. Max. 1, 6. 11. *Pullum ei* (Crasso) *traditum est paludamentum, cum in proelium exeuntibus album aut purpureum dari soleret.* Inprimis autem veste, toga candida, apud Romanos induti erant, vt constat, ii, qui honores petebant. Itaque Herodes Iesum indui iubebat veste s. toga candida, vt eum, quod regnum affectaret, irrideret; Pilati vero milites eum postea sago purpureo induebant, coronam ei imponebant, et genu flexo, per ludibrium, tanquam regem venerabantur.

12. Eo ipse die Herodes et Pilatus, inter quos antea fuerat simultas, reconciliabantur. προϋπῆρχον h. l. vim aduerbii habet, vt Act. 8, 9. Aeschin. Socr. 2, 37. Simultatem inter Pilatum et Herodem deriuandam esse interpretes haud pauci statuunt, ex crudelitate Pilati, in Galilaeos illos exercita, Luc. 13, 1. quos Hierosolymis in sacrificio occupatos, interfici iusserit; idque Herodem in suae ditionis ciuibus inique tulisse. Sed et alias facillime, vt recte notauit *Grotius* ad h. l. inter reges et praesides Romanos ex aemulatione odia nascebantur.

13. 14. Sacerdotum principes et reliquos synedros praesentes, vt et Iudaeorum multitudinem, longinquius

ftantes, propius accedere iuffit, concionem coegit Pilatus. Per τοὺς ἄρχοντας intelliguntur *Synedrii affeffores*; hi enim dicebantur ἄρχοντες, etiam ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων, v. Luc. 24, 20. Ioh. 3, 1. 1 Macc. 1, 14. 27. et ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν. v. Iofeph. Ant. 20, 1. 2. — 14. ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας] *coram vobis, vobis praefentibus*, publice, non clanculum *eum examinaui.* Pilatus Iefum ad fe in atrium praetorii venire iufferat, v. Matth. 27, 12. iam etfi non intraffent fynedri praetorium, (v. Ioh. 18, 28.) aduerterant tamen inquifitionem a Pilato inftitutam effe, et propius adftantes, interrogationes Pilati, et Iefu refponfiones (v. Ioh. 18, 33 — 38.) audire potuerant, v. *Mofchius* in *Erklär. d. Leidensg. J. C.* p. 624. iure meritoque igitur Pilatus affirmare poterat, fe examinaffe Iefum praefentibus fynedris atque Iudaeis, nec vllum eorum criminum in eo deprehendiffe, quorum ipfi eum accufarent. Profeffus quidem Iefus erat, cum ad Pilatum adductus effet, fe effe regem, v. Matth. 27, 11. fed non concefferat fe διαστρέφειν τὸ ἔθνος καὶ κωλύειν Καίσαρι φόρους διδόναι, coll. v. 2. neque horum criminum teftimoniis certis conuictus erat, nullas habebat armatorum copias, praefidia nulla, nec per omne illud tempus, quo Pilatus perfonam procuratoris egerat, quicquam ad eum delatum erat, quod Iefum rebellionis fufpectum facere potuiffet; et Iefus ipfe a Pilato denuo interrogatus, v. Ioh. 18, 33. ingenue profeffus erat, fe neutiquam regnum terrenum affectare. vid. not. ad Matth. 27, 12. Verbum ἀνακρίνειν eft de iudicibus proprium, qui *quaeftionem habent*, reos vel teftes *interrogant*, hoc modo pofitum legitur Act. 28, 18. Aefchin. Socr. 3, 20. Xen. H. Gr. 5, 3. 25. Arrian. Epictet. 1, 1. v. *Raphelius* Obff. Polybb. et *Wetftenius* ad h. l.

15. Neque Herodes, Galilaeae tetrarcha, et religionis veftrae confors, vllum tale crimen in eo inuenit. ἀνέπεμψα ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν] *mifi, ablegaui vos ad eum*: ἀναπέμπειν, quod fupra v. 11. vt vidimus, notabat *remittere*,

h. l. flagitante orationis ferie, fignificat, *mittere*, *ablegare*. Saepius enim praepofitio ἀνὰ in compofitis vi omni defti-tuta eft, v. *Fifcherus* Animaduu. ad Weller. Vol. 3. P. 2. p. 164 fq. quod cum non reputaffent grammatici et librarii, pro ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν, refcripferunt: ἀνέπεμψεν γὰρ αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, *remifit enim eum ad nos*, quam lectionem codd. nonnulli exhibent. καὶ ἰδοὺ οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐςὶ πεπραγμένον αὐτῷ] *videtis igitur, nihil morte dignum ab eo effe commiffum*: πεπραγμένον αὐτῷ pofitum eft pro ὑπ᾽ αὐτοῦ, v. *Raphelius* et *Wetftenius* ad h. l. et οὐδὲν ἐςὶ πεπραγμένον ὑπ᾽ αὐτοῦ idem valet quod οὐδὲν ἔπραξε fiue πέπραχεν αὐτὸς, vt docuit ad h. l. *Kypkius*.

16. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω] *Itaque caftigatum dimittam*: παιδεύειν *caftigare* h. l. eft, *flagellis caedere*, coll. Matth. 27, 26. Marc. 15, 15. Ioh. 19, 1. add. Hebr. 12, 7. Alexandrini hoc verbo explicuerunt Hebr. יסר Deut. 8, 5. Ief. 28, 26. הלם, *contundere*, Pf. 140, 6. Tho-Mag. in πολλάκις· Οὐδεὶς τῶν ῥητόρων — τὸ παιδεύειν ἀντὶ τοῦ κολάζειν εἶπεν, ἀλλὰ παρὰ μόνῃ τῇ θείᾳ γραφῇ οὕτω εὑρίσκεται. Matthaeo auctore 27, 26. Iefus flagellis caefus eft, poftquam Pilatus fententiam condemnatoriam dixerat; Iohannes vero 19, 1 fqq. coll. v. 16. tradit, flagellatum effe Iefum, antequam eum Pilatus condemnaffet. Itaque varias ingreffi funt interpretes vias, vt conciliarent Euangeliftarum narrationes. Nonnulli fatis inepte finxerunt duplicem Chrifti flagellationem, vnam a Matthaeo et Marco, alteram ab Iohanne memoratam. Alii monuerunt, flagellis in Iefum animaduertiffe Pilatum, cum eum nondum capitis damnaffet, et quae Ioh. 19, 1 — 15. leguntur, collocanda effe ante ea quae Matth. 27, 24 fqq. et Luc. v. 23. commemorantur, verba autem Matth. 27, 26. τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα ςαυρωθῇ interpretanda effe: Iefum, quem antea eo animo verberari iufferat, vt ipfum dimitteret, cruci affigendum tradidit. Durius, prae-

fertim ob ea, quae Matth. v. 27. leguntur: τότε οἱ στρατιῶται κ. τ. λ. Mihi quidem narrationes Euangeliftarum ita componendae videntur. Poftquam Herodes Iefum ad Pilatum remiferat, euenerunt ea quae Luc. 23, 14 fqq. Matth. 27, 15 fs. Marc. 15, 6. Ioh. 18, 39. relata leguntur. v. not. ad Matth. 27, 15. Pilatus, cui neutiquam morte et cruce dignus videretur Iefus, eum flagris caefum dimittere volebat. Flagellationem decernere ei volebat, non quaeftionis habendae cauffa, vt, fi Iefus etiam inter flagra affirmaffet, fe non effe regem terrenum, eum dimittere poffet, quae fuit nonnullorum interpretum omni idonea ratione deftituta fententia, v. *Hammondus* ad h. l. fed vt Iudaeis quodammodo fatisfaceret (Marc. 15, 15.) eorumque animos ad commiferationem erga Iefum hac ratione flecteret, et quoniam eiusmodi caftigationem fanatico imprudenti, talem enim Iefum habebat, vtilem et falutarem fore iudicabat. Erat praeterea flagellatio poena in minoribus delictis apud Iudaeos, et apud Romanos, fi aut accufatio aut teftium probatio minus ad damnandum reum valeret, ufitatiffima. v. *Koecherus* ad h. l. Eo igitur confilio Pilatus populo proponebat, fe velle Iefum flagellis caefum dimittere. Luc. v. 16. Plebs vero Hierofolymitana Barabbae dimiffionem et Iefu mortem magno clamore flagitabat. v. Matth. 27, 21 fs. Ioh. 18, 40. Luc. 18 — 23. Pilatus igitur, vt fedaret furibundorum tumultum, oftendebat, fe paratum effe ipforum voluntati obfequi Matth 27, 24 fqq. peracta actione fymbolica, qua declarabat, Iefum innocentem, inuito fe necari, dimittebat Barabbam, et Iefum, in crucem agendum, flagris caedi iubebat, more Romanorum. v. Matth. 27, 24 — 26. (vbi cf. not.) Luc. 24, 25. Iam fequuntur ea quae Ioh. 19, 1 fqq leguntur, quae reliqui Euangeliftae omiferunt. Cum flagellis Iefus effet caefus, denuo tentabat Pilatus, an Iudaeorum animos flectere poffet atque mouere, Iefum flagellatum producebat his verbis: en! vobis denuo hunc adduco, exinde ipfi intelligere poteftis, mihi effe de ipfius inno-

centia perfuafiffimum. Sed fpes eum rurfus fallebat, quare tandem fententiam latam confirmabat, ita, vt Iefum cruci affigendum militibus traderet Ioh. 19, 16. conf. et not. ad Matth. 27, 26.

17 — 22. ἀνάγκην δὲ εἶχεν κ. τ. λ. bene *Schottus: iam vero captiuum quendam populo his feftis diebus dimittere tenebatur.* A nonnullis libris hic v. 17. abeft, excidit librariorum errore et incuria, qui in fequentem verfum ab eadem fyllaba incipientem oculos coniecerant. Quod reliqua attinet, vid. not. ad Matth. 27, 15. 18.

23. οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, *illi vero magnis clamoribus inftabant:* ἐπικεῖσθαι h. l. notat, *inftare, vrgere, clamoribus*, alias, precibus, perfuafionibus, rationibus etc. Iofeph. Ant. 18, 6. 6. πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν ἐξέτασιν γενέσθαι τοῦ πράγματος, *eo* magis vrgebat, rogans, *vt res difcuteretur.* add. Herodo. 5, 104. Thucyd. 7, 71. v. *Kypkius*, *Krebfius*, et *Münthius* ad h. l. καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων] *vincebant tandem clamores plebis, inprimisque fynedrorum:* ἀρχιερεῖς, *facerdotum principes*, commemorantur pro reliquis fynedris praefentibus. v. Matth. 27, 20. Defunt in codd. nonnullis verba καὶ τῶν ἀρχιερέων. Male. Significare voluit fcriptor, non modo rudem plebem, fed etiam ipfos primores populi eo vefaniae progreffos effe, vt, cum nihil ipfis fuppeteret, quo perfuaderent Pilato, vt Iefum morti addiceret, clamores atque boatus extollerent, loco rationum et argumentorum; quod cum indignum grauitate illorum hominum videretur fciolis, haec verba delenda effe iudicabant.

24. 25. ἐπέκρινε, *ftatuit, decreuit.* 1 Macc. 4, 47. τούτοις θάνατον ἐπέκρινε. Diod. Sic. p. 234. A. ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἁπάντων φανῆναι τὰ παρὰ τούτων ἐπικριθέντα. cf. et *Wetftenius* ad h. l. — 25. αὐτοῖς, *in eorum gratiam,*

propter eos, vt Matth. 27, 26. sed hoc ipsum αὐτοῖς, auctoritate plurium optimorumque codd. rectissime eiecerunt *Griesbachius* et *Matthaeius*, cum e Matth. l. c. in hunc venerit. τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν] *tradidit Iesum eorum libidini* h. e. Iesum morti adiudicatum, Iudaeis, vt cruci affigeretur, a militibus Romanis, tradidit. Ioh. 19, 16. παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς ἵνα ςαυρωθῇ.

26. 27. Vid. Matth. 27, 32. — 27. ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτὸν, *plangebant eum*, v. Luc. 8, 52. erant inter feminas illas etiam illae, quae Iesum e Galilaea erant secutae, quin et ipsa illius mater. v. infra v. 49. Matth. 27, 55. Marc. 15, 40. Ioh. 19, 25. 26.

28. θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ] *mulieres Hierosolymitanae*; nempe ex Hebraeorum loquendi consuetudine ii, qui sunt et versantur in aliquo loco, loci alicuius incolae, vocantur υἱοὶ, τέκνα et θυγατέρες illius loci. v. Gen 34, 1. Ies. 3, 16. Ier. 46, 24. Ps. 137, 8. Luc. 13, 34. 19, 44. et *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 500. μὴ κλαίετε κ. τ. λ.] *non tam me deflete, quam potius vestram, liberorumque vestrorum sortem.* Respicitur euersio Hierosolymorum et reipublicae Iudaeorum. μὴ *non tam*. v. ad Luc. 14, 12. Verbum κλαίειν a Graecis scriptoribus construitur cum accusatiuo, κλαίειν τινα, et cum datiuo, interueniente praepositione ἐπὶ, κλαίειν ἐπὶ τινι, sed interpretes V. T. Alexandrini praepositionem ἐπὶ etiam sequi iubent accusatiuum τινά. vid. Num. 11, 13. Iudd. 11, 37. 38. 14, 17. Luc. 19, 41. *Albertii* Peric. Crit. p. 21. *Abreschius* ad Aeschyl. p. 593.

29. 30. μακάριαι αἱ ςεῖραι κ. τ. λ.] v. Matth. 24, 19. — 30. τοῖς ὄρεσι· πέσετε ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς· καλύψατε ἡμᾶς] *acclamabunt montibus: cadite in nos! collibus: tegite nos!* Imago calamitatis summae et atrocissimae; mortem repentinam vobis exoptabitis, ne videatis

ruinam patriae, neue in hoftium manus incidatis. Similes loci: Hof. 10, 8. Ief. 2, 10. 19. Apoc. 6, 16. e fcriptoribus exteris exempla alia attulit *Wetftenius* ad h. l. Per *montes* et *colles* intelliguntur cauernae ampliffimae montium, et fpeluncae terrae, quibus Palaeftina repleta erat, quasque tempore belli Iudaei fugientes petere folebant. v. ad Matth. 24, 16.

31. *ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται;*] *fi viridi arbori talia eueniunt, quid fiet arida?* Locutio prouerbialis. Hebraei viros probos et fanctos vocabant *ligna viridia, arbores virentes*, malos contra et improbos, *ligna arida, arbores aridas*. Sic. Pf. 1, 3. probi comparantur arbori virenti, et ap. Ez. 20, 47. Deus minatur, fe excifurum effe *ξύλον χλωρὸν* et *ξύλον ξηρὸν*, quibus verbis fignificantur, *probi* et *improbi* coll. ibi 21, 3. Sir. 6, 3. legitur: *καὶ ἀφήσεις σεαυτὸν ὡς ξύλον ξηρόν.* vbi v. *Bretfchneiderus*. Sanhedr. fol. 96. *Hoc eft quod vulgo dicitur, fi fuerint duo ligna arida (impii) et vnum viride (pius), arida comburunt viride illud. ξύλον, lignum*, vt Hebr. עץ, *arborem* quoque indicat, vt Apoc. 2, 7. 22, 2. 14. Exod. 9, 25. 10, 5. *ποιοῦσιν* plures referunt ad Romanos, fed rectius, vt iam notauit *Grotius*, imperfonaliter accipitur. Caeterum fenfus eft: fi homo probus et innocens (qualis ego fum) tam male tractatur, adeo graues calamitates perferre debet, quanto grauioribus malis et calamitatibus improbi et flagitiofi (quales Iudaei funt) afficientur. 1 Petr. 4, 18. *καὶ εἰ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;*

32. Notant interpretes, verbis *ἕτεροι δύο κακοῦργοι* referri Chriftum inter *maleficos*, non eo fenfu, quod ipfe quoque *κακοῦργος* fuerit, fed quod ductus fit vt facinorofus ad fupplicium, et pro tali habitus. Laudant c. 22, 37. *καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.* Durius. Praeplacet *Kypkii* ad h. l. *Rufii* Harm. ad 10, 1. et *Storrii* Vol. 3. p. 79. fen-

tentia, vel poſt ἕτεροι et κακοῦργοι interpungendum eſſe, *alii, nempe duo malefici*, vel poſt δύο et κακοῦργοι, vt plena oratio ſit: ἕτεροι δύο, οἵτινες ἦσαν κακοῦργοι, *duo alii, iique malefici.* Etiam Ioh. 19, 18. ſimpliciter ſcripſit: ἄλλους δύο. Similis locus ſupra 10, 1. vbi v. Quos autem Lucas h. l. vocauit κακούργους, eos Matth. 27, 44. et Marc. 15, 27. dixerunt λῃστὰς, quo nomine etiam Barabbam inſigniuit Ioh. 18, 40. Scilicet κακοῦργοι ſunt omnino *malefici, facinoroſi*, ſed interdum etiam hoc nomine notantur, *latrones*, λῃσταί· Suidas: κακοῦργοι· οἱ λῃσταὶ, οἱ ἐνεδρευταί. conf. *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. *Kypkius* et *Wetſtenius* ad h. l. λῃσταὶ vero, Lat. *latrones*, non tantum ii dicuntur, qui itinera facientes inuadunt, iis quae ſecum portant, auferunt, eosque male tractant, ſed etiam *rebelles, ſeditioſi.* v. Grotius ad Matth. 27, 16. Cic. ad Diu. 12, 15. Eutrop. 4, 7. Quinctil. 8, 4. vid. et infra ad v. 40. notata.

33. In codd. quibusdam pro ἀπῆλθον, ſcriptum legitur ἦλθον, quae lectio forte originem ſuam debet loco Matth. 27, 33. ſaepius vero etiam librarii verba compoſita mutarunt, in ſimplicia v. 1, 29. 6, 49. κρανίον eſt id. qd. γολγοθᾶ v. Matth. 27, 33. eſt autem κρανίον per metonymiam poſitum pro κρανίου τόπος, vt legitur Marc. 15, 22.

34. πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τι ποιοῦσι] *pater, ignoſce iis, quid agant, neſcientibus.* Ieſum *pro Iudaeis*, mortis ſuae auctoribus, precatum eſſe, interpretes haud pauci contendunt. Monent, doctores Iudaeorum, Synedriique aſſeſſores, Ieſum repudiaſſe, neque Meſſiam habuiſſe propterea, quod praeiudicatis de regno Meſſiano terreno opinionibus capti tenerentur, eorum autem auctoritatem tantum valuiſſe apud pleroſque Iudaeos reliquos, vt nec hi dignitatem et innocentiam Ieſu agnoſcerent; petiiſſe ergo Ieſum a patre, vellet aduerſariis ſuis tempus et facultatem concedere, vt errores ſuos et dtlicta

agnoſcere, veniamque illorum quaerere et impetrare poſſent; Ieſu vero preces hoc pacto exauditas eſſe, apparere ex Act. 2, 37. 41. 42. 6, 7. 13, 46. 14, 1. Prouocant etiam ad Act. 3, 17. et 1 Cor. 2, 8. Verum enimuero ipſa orationis feries, non tam poſtulat, quam potius flagitat, vt ſtatuamus, Ieſum verbis: πάτερ, ἄφες κ. τ. λ. ſpectaſſe *milites Romanos.* De his enim in proxime praecedentibus, et ſequentibus, ſermo eſt. Neque tamen propterea pro militibus Romanis preces feciſſe putandus eſt Ieſus, quod ipſum in crucem egerant, id enim iuſſu magiſtratus fecerant, neque adeo culpam eo contraxerant, ſed propterea, quod Ieſum ludibrio habuerant, quod eum, tanquam latronum peſſimum, medium inter latrones cruci affixerant, etc. Pro κλῆρον in codd. nonnullis legitur κλήρους, fortaſſis vere; vulgaris lectio profecta eſſe poteſt a grammaticis, cum Matth. 27, 35. Marc. 15, 24. ſingularis numerus extet, et a librariis, cum praecedens vocabulum in ſyllabam ον definat.

35 — 38. Vid. not. ad Matth. 27, 39 — 42. 34. 40. 37. οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς, *ſynedri una cum illis* i. e. populo; pronomen enim αὐτοῖς referri debet ad τὸν λαὸν, vid. not. ad 23, 1. male in codd. pluribus verba σὺν αὐτοῖς omiſſa ſunt. ἐκμυκτηρίζειν id. qd. ſimplex μυκτηρίζειν, de quo verbo v. not. ad 16, 14. ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτὸς, *Deo dilectus*, idem quod ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Matth. 27, 40. cognomen Meſſiae v. Matth. 3, 17. — 36. οἱ ϛρατιῶται — ὄξος προσφέροντες αὐτῷ] *illuſerunt etiam milites, poſcam ei offerentes.* Diſtinguenda eſt haec potio, de qua Lucas h. l. verba fecit, ab illa, quam Matth. 27, 48. Marc. 15, 36. et Ioh. 19, 28. commemorarunt. Etenim Lucas primum de potu loquitur Ieſu oblato, tum vero demum ſolem obſcuraſſe, et Ieſum exſpiraſſe, ait. Matthaeus contra, Marcus et Iohannes, tenebris illis, potionem de qua loquuntur, poſtponunt, et Ieſum cum bibiſſet, ſtatim exſpiraſſe tradunt. Vt Matth. Marc. et Ioh. referunt, Iudaeus (vid. ad Matth. 27, 48.) ſpongiam poſca

repletam Iesu porrigebat, cum is se sitire significasset; et Iesus poscam exsuxit; Luca vero auctore, milites Romani inter ludibria poscam offerebant; de Iesu siti, de posca degustata, nihil h. l. legitur. ὄξος, posca, potus militaris, v. not. ad Marc. 15, 36. Matth. 27, 48.

39. εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτὸν] *alter autem e latronibus suspensis conuicia in eum coniecit.* Matthaeus 27, 44. refert, vtrumque latronem insultasse Iesu. cf. ibi notata. Temere olim plures opinati sunt, vtrumque latronem initio conuicia in Iesum coniecisse, postea vero alterum, subito ad saniorem mentem perductum, obiurgasse socium verbis his: οὐδὲ φοβῇ κ. τ. λ. v. *Suiceri* Thes. Eccl. T. 2. p. 205 sqq. *Bynaei* Christ. crucif. p. 699. add. *Michaelis* ad. h. l. Probabilior est *Eichhornii* ratio, qui in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 918. coniicit, in archetypo extitisse vocabulum ܥܝܣܐ sine punctis scriptum, id ergo legi potuisse et, ܥܝܣܐ et ܥܝܣܐ, atque ita duplicem ac diuersam versionem ortam esse.

40. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος, ἐπετίμα αὐτῷ] *alter vero hunc obiurgabat.* Multa disputata sunt ab interpretibus de latrone ad Christum conuerso, varias eorum sententias congesserunt, ex parte etiam examinarunt *Wolfius* in Curis, *Koecherus* in Analectis, et *Thiessius* in *Kritisch. Kommentar.*, Th. 2. p. 87 ss. Ac plures quidem statuerunt, hunc latronem, priusquam in crucem actus esset, fuisse hominem sceleratum et perditum, nullum cum Iesu commercium habuisse, et in cruce demum resipuisse, et Iesum Messiam agnouisse. Ego vero non possum eo adduci, vt his interpretibus assentiar. Ex omni enim narratione satis perspicue apparere videtur, hunc hominem non fuisse latrociniis adsuetum, non adeo sceleratum, vt illi interpretes opinantur, eum potius, antequam in vincula coniice-

retur, Iesum docentem audiuisse, et pro Messia habuisse; (v. Rom. 10, 14. 17.) cf. not. ad v. 42. et videtur omnino homo ille, si ab eo discesseris, quod, excitato a Barabba tumultu, tanquam huius socius comprehensus fuerit, nullum grauius crimen commisisse. Nec obstat sententiae nostrae vocabulum λῃςής, de homine illo vsurpatum. Etenim, vt iam supra ad v. 32. obseruauimus, hoc nomen non semper eum indicat, qui viatores inuadit, eosque male tractat, *grassatorem*, sed etiam *rebellem*, *seditiosum*, et sic h. l. adhibitum extat. Nam Barabbas, qui διὰ ςάσιν (supra v. 19.) καὶ φόνον, ob tumultum excitatum, et caedem commissam in vincula fuerat coniectus, vocatur λῃςής, et hoc eodem nomine hi duo de cruce cum Christo pendentes insigniuntur Matth. 27, 44. Marc. 15, 27. eos autem fuisse Barabbae socios, e Marc. 15, 7. recte colligi posse puto; ibi enim dicuntur συςασιαςαὶ, *seditionis socii*, qui v. 27. λῃςαὶ vocantur. Quanam vero de caussa tumultus ortus sit, silente historia, definiri nequit. Parum tamen probabilis est *Heumani* coniectura, Barabbam eiusque socios voluisse Iesum, postquam Lazarum in vitam reuocarat, Messiam pronuntiare; quodsi enim haec fuisset seditionis caussa, profecto synedri Iesum seditionis accusantes, hoc ipsum vrgere non omisissent. οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;] *siccine, ne tu quidem Deum vereris*, etiamne tibi licet, horum adstantium imitari impietatem et crudelitatem, vt afflicto insultes, *cum eandem poenam subeas?* et mors tibi proxima sit. κρίμα, *poena*, vid. ad Matth. 23, 14.

41. δικαίως, *merito*, scl. πάσχομεν, patimur. ἄξια ὧν ἐπράξαμεν positum est pro ἄξια ἐκείνων, ἃ ἐπράξαμεν, *dignam nostris criminibus mercedem reportamus*. Xen. Mem. 2, 6. 34. ἐγγίγνεται εὔνοια πρὸς οὓς ἂν ὑπολάβω εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἐμὲ i. πρὸς ἐκείνους, οὕς. Cic. epp. 13, 22. *si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum* h. e. quantum ei, cui. Sic saepius

ἐκεῖνος ante ὃς omittitur. vid. *Fischerus* Animaduu. ad Weller. Vol. 2. p. 241. οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε] *hic vero nihil mali commisit, insons moritur;* ἄτοπον quod aliis in locis significat *id, quod absonum, absurdum, a loco, tempore, et ratione alienum est.* Xen. Cyr. 7, 2. 7. πρός σε πάντα ὁρᾷν, ἄτοπόν μοι δοκεῖ εἶναι. Etym. M. ἄτοπον ἀντὶ τοῦ ἀλόγου τάττεται· etiam *quod nouum est et insolitum.* Plat. Crit. 2. Thucyd. 3, 38. Hesychius: ἄτοπα, ξένα· h. l. eo significatu vsurpatum legitur, vt sit *malum, scelestum, nefarium;* Alexandrini Iudaei hoc nomine reddiderunt Hebr. און Iob. 4, 8. 36, 21. add. Prou. 30, 20. 2 Macc. 14, 23. et formula ἄτοπα ποιεῖν expresserunt Hebr. הַרְשִׁיעַ Iob 34, 12. neque haec vocabuli notio scriptoribus exteris Graecis insolens et inusitata fuit. Polyb. 5, 11. τοῖς γὰρ Αἰτωλῶν ἀσεβήμασι συνεξαμαρτάνων διὰ τὸν θυμὸν καὶ κακῷ κακὸν ἰώμενος, οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν ἄτοπον. add. Diog. Laërt. 3, 93. 4, 54. 6, 73. cf. et *Wetstenius, Kypkius, Münthius, Loesnerus* ad h. l. Hesychius: ἄτοπα, πονηρὰ, αἰσχρά.

42. μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου] *sis mei memor, domine, cum regnum tuum receperis.* Sat clare, opinor, haec verba docent, hominem hunc olim Iesum de regno suo dicentem audiuisse, eumque Messiam habuisse. Illorum ergo sermonum Christi recordatus, recordatus etiam, Iesum saepius iis, qui ad ipsum poenitentia tacti accessissent, delictorum veniam annuntiasse, iam dicebat: recipias me, etsi facinorosum, iam vero resipiscentem, in regnum tuum, vbi in has terras redieris, regnum tuum instituturus, mortuos in vitam reuocaturus, de iis et viuis iudicaturus, et probos repertos felicitate regni tui beaturus. Hic enim est sensus precum illius hominis. Quaeritur autem, qui factum sit, vt hic homo, Iesum in crucem actum, et morti proximum, etiamnunc pro Messia habere potuerit, cum ne ipsi quidem Apostoli, quoties Iesus de morte sua cum iis loquere-

tur, mentem ipfius caperent, quippe quibus perfuafum ef-fet, Meffiam non effe moriturum. Sed vt iam ad Matth. 20, 28. animaduertimus, plures Iudaeorum credebant, atroces calamitates initia regni Meffiani effe praegreffuras, et fapientiores Iudaei, v. ad Matth. l. c. et 3, 2. Ioh. 1, 29. p. 146. cogitantes fibi Meffiam, tanquam omnis generis felicitatis auctorem, ab eo fperabant quoque expiationem populi, et coniiciebant, Meffiam moriturum, fed in vitam et in has terras rediturum effe, atque eos, quos tunc probos ac pios cultores fuos reperiffet, in regnum fuum terrenum recepturum effe. Iam fi concedimus, harum opinionum, vt et doctrinae Chrifti, non prorfus ignarum fuiffe hominem illum; perfpicitur eo clarius precum ipfius ratio, et fimul intelligitur, eum fignificanter Iefum v. 41. innocentem declaraffe, Meffiam habere potuiffe, et habuiffe. Alii verba latronis hunc in modum explananda praecipiunt: fis mei memor, vbi ad felicitatem vitae alterius perueneris! hominem enim illum, aiunt, tunc temporis praeconceptis Iudaeorum de regno Meffiano opinionibus valedixiffe. Sed parum probabile eft, iftum hominem, Iudaeum, qui Iefum pro Meffia haberet, talia cogitaffe, nec fatis apta tunc foret Chrifti refponfio v. 43. nec fic legi poffet h. l. *ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*, fed potius legi deberet, *ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.* — Formula *ἔρχεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ* partes agit formulae, *ἔρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν*, notum enim eft, praepofitiones *εἰς* et *ἐν* faepius in libris N. T. inter fe permutari folere; fed *ἔρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν* eft, *confequi regnum*, *peruenire ad imperium*, qua ratione hac formula vfus eft Theodot. Dan. 4, 36. *εἰς τὴν τιμὴν τῆς βασιλείας μου ἦλθον.* vid. *Storrii* Opufcc. T. 1. p. 262. qui idem in Obff. ad Anal. et Syntax. Hebr. p. 272. obferuat: verbi מצא, *inuenire*, propriam vim *eundi*, *perueniendi*, quae in Arab. مضى confpicua fit, *praepofitionem* poftulare, quae etiam conferuata fit Gen. 2, 20. *et* ad *Adamum non peruenit* (cf. v. 19.) *auxilium.* add. Ief. 10, 10. 14. *quando redieris in*

regnum, non commode dicere poterat latro, cum Iefus nondum regnum confecutus effet. Caeterum monent interpp. vocabulum κύριε effe h. l. nomen honoris, nomen Meffiae, cum fequatur ὅταν ἔλθῃς κ. τ. λ. Sed cum hoc ipfum nomen codd. diuerfarum familiarum praeftantiffimi omittant, in aliis vero libris pofitum legatur ante μνήσθητι, et cum μνήσθητι κύριε folennis fit V. T. formula, (v. Iudd. 16, 28. Nah. 5, 19. Pf. 132, 1. Ief. 38, 3.) arbitror hanc vocem grammaticos oris librorum fuorum appofuiffe, et librarios male fedulos ea auxiffe orationem latronis.

43. ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ] *mihi crede, hodie mecum in Paradifo eris.* Nonnulli interpretes poft σήμερον interpungendum et verba ipfa ita reddenda effe cenfuerunt: *hodie, nunc, tibi affirmo, te mecum in Paradifo fore.* Ita vero procederet fententia fatis frigida, et ipfe verborum ordo, atque formula ἀμὴν λέγω σοι, hanc coniecturam repudiant. Cogitarunt autem interpretes illi de interpunctione mutanda, quoniam non perfpiciebant, quomodo Iefus dicere potuerit: mecum hodie in Paradifo eris (per Paradifum intelligebant *coelum*) cum tamen eo die et fequente corpus Chrifti fuerit in fepulcro, anima vero defcenderit ad inferos. v. 1 Petr. 3, 18. 19. Sed vocabulum παράδεισος h. l. non fignificat *coelum*. Quod quo planius perfpiciatur, et quo accuratius fenfus orationis Chrifti conftituatur, paulo diligentius et copiofius de vi ac poteftate nominis παράδεισος disputabimus. Scilicet παράδεισος eft vocabulum origine Perficum, non Graecum, vt Suidas et Auctor Etymol. M. tradunt. Pollux 9, 13. οἱ δὲ παράδεισοι, βαρβαρικὸν εἶναι δοκοῦν τοὔνομα, ἥκει καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν Ἑλληνικὴν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν. Erant autem παράδεισοι, *viuaria* (Gellius 2, 19.) f. fepta muris et aquis irrigata nemora, vbi ferae alebantur, venationibus deftinatae. vid. Curt. 8, 1. 11. Xen. Cyr. 1, 3. 12.

Oecon. 4, 13. Ael. H. V. 1, 33. *Relandus* de veftigiis linguae vet. Perf. in eius differtatt. mifcell. T. 2. p. 210 fq. *Wetftenius*, *Wolfius* et *Münthius* ad h. l. E lingua Perfica nomen παράδεισος venit in linguam Hebraicam et Graecam, et vfurpari confueuit, *de loco quocunque amoeno*, vt Eccles. 2, 5. Cant. 4, 13. Neh. 2, 8. et in verfione Alexandrina Gen. 2, 8. vbi in textu Hebraico legitur גַּן בְּעֵדֶן, pofitum extat de regione illa amoeniffima, quam Deus habitandam affignarat Adamo. Iam quoniam locus Adamo conceffus, omnibus deliciis abundaffe putabant Iudaei, hinc factum eft, vt vocabulo παράδεισος non tantum vterentur *de fede Dei et geniorum coeleftium*, ita, vt eam dicerent τὸν παράδεισον τοῦ Θεοῦ, Apoc. 2, 7. *paradifum fuperiorem*, fiue *coeleftem*, v. *Schoettgenius* Hor. Hebrr. ad Apoc. l. c. add. 2 Cor. 12, 4. (vbi *paradifum coeleftem* intelligendum effe, exinde patet, quoniam v. 2. τρίτος οὐρανὸς commemoratur) fed etiam *de fede animarum piarum poft mortem*, ἐν τῷ ᾅδῃ v. not. ad Luc. 16, 23., quas ibi vsque ad refurrectionem corporum manfuras ftatuebant. v. Iofeph. Ant. 18, 1. 3, Chagiga in Cohel. 7, 15. *Deus creauit iuftos et impios. Singuli habent duas partes, vnam in horto Edenis, alteram in Gehenna.* Ruth. R. 1, 1. *illi defcendunt in Paradifum, hi vero defcendunt in Gehennam.* Conf. *Wetftenius* ad h. l. qui etiam e fcriptis Rabbinorum folennes preces Iudaeorum moribundorum attulit has: *fin mihi moriendum erit — da portionem meam in horto Edenis, et memento mei in futuro feculo, quod reconditum eft iuftis.* Similes preces illis quae h. l. v. 42. leguntur μνήσθητι κ. τ. λ. Etiam veteres chriftiani diu discernebant *Paradifum* a *Coelo*, laudauit hanc in rem *Wetftenius* verba Tertulliani Apologet. *fi Paradifum nominemus, locum diuinae amoenitatis, recipiendis fanctorum fpiritibus, non coelum intelligimus.* Sic et h. l. per παράδεισον, Iudaeorum cogitandi et loquendi confuetudini conuenienter, intelligi debet, *locus in quo piorum animae poft mortem commorantur, vsque dum, cum corporibus iterum coniunctae, in futurum*

seculum recipiantur. Locutus est Iesus cum vulgo, et ad captum latronis. Morere, inquiebat, securus, a morte statim peruenies in paradisum. In hoc autem, si homo iste, se post mortem futurum nosset, sperare etiam poterat, se ad regnum Messiae aliquando admissum iri. Sensus autem, imagine Iudaica omissa, est: iam hodie mecum forte beata post mortem perfrueris. Caeterum hunc versum non legebant Marcion. ap. Epiph. Manichaei ap. Chrys. Aliqui ap. Orig. v. *Matthaeius* ad h. l. sed omnes codd. et verss. antiquae hunc versum tuentur, ipsa responsio Christi, quam continet, apta et conueniens est precibus praegressis, et genuinum esse locum, docere etiam possunt loci Act. 2, 31. 1 Petr. 3, 18. 19. quo posteriori loco Iesus impiis in tartaro euangelium praedicasse dicitur, piis in Paradiso, ib. 4, 6. cf. *Gableri Neuestes theol. Journal*, B. 10. p. 441 sqq. 444 sqq. et B. 11. pag. 421 sqq. vbi egregie locum Petrinum illustrauit.

44 — 46. Vid. ad Matth. 27, 45. 51. *πάτερ, εἰς χεῖρας σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμα μου*] *pater, tuo praesidio committo, tuae tutelae commendo animum meum:* *πνεῦμα* id. qd. *ψυχὴ*, ex vsu loquendi interpretum Alexandrinorum, hi enim nomen Hebraicum רוח Gen. 6, 3. 17. vertunt *πνεῦμα*, sed Gen. 41, 8. *ψυχή*. Formula *εἰς χεῖρας* indicat *tutelam*, vt Sap. 3, 1. *δικαίων δὲ ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος.* Futurum *παραθήσομαι*, more Hebraeorum positum est pro praesenti. In aliis optimae notae libris legitur *παρατίθεμαι*, in aliis *παρατίθημι*. Lectio *παρατίθεμαι* non prorsus contemnenda est; fieri enim potuit, vt grammatici e Ps. 31, 6. transscripserint *παραθήσομαι*, ibi enim in textu Hebr. legitur: בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי, quae verba οἱ ό expresserunt: *εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου·* attamen probabilius est, lectiones *παρατίθεμαι* et *παρατίθημι* grammaticis originem suam debere, qui ostendere voluerint, *παραθήσομαι* habere vim praesentis. De verbo *παρατίθημι* cf. not. ad Luc. 12, 48.

47 — 49. Vid. Matth. 27, 54. *δοξάζειν τὸν Θεὸν* id. qd. *δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ* Luc. 17, 15. vbi v. not. *δίκαιος*, *innocens*, *a crimine liber*, vt Matth. 27, 19. — 48. *ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην*] omnis multitudo, quae convenerat *ad hoc spectaculum*, spectatum crucis supplicium, *τὴν θεωρίαν* id. qd. *ὁρῶσαι ταῦτα* v. 49. *θεωροῦντες τὰ γενόμενα*, *cum illa vidissent*; *τὰ γενόμενα* referri debet ad tenebras subito ortas, terrae motum (v. ad Matth. 27, 45.) et ipsam Iesu mortem, quibus omnibus adeo percellebantur, vt Dei iram timerent, et conscientiae stimulis perfossi, pectora tundentes, Hierosolymam reuerterentur. *τύπτοντες τὰ στήθη* v. ad 8, 52. Vocabulum *ἑαυτῶν* ante *τὰ στήθη*, grammaticis librariisque tribuendum videtur, plures enim e praestantissimis codd. illud omittunt, in aliis libris locum mutat, in aliis pro eo positum legitur *αὐτῶν*. Quod verba v. 49. attinet, conf. notat. ad Matth. 27, 55 sq.

50 — 52. Vid. Matth. 27, 57. *ἀγαθὸς καὶ δίκαιος*, *vir bonus et probus*. Aristot. de rep. 3, 4. *τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φαμὲν εἶναι κατ' ἀρετὴν τέλειον*. add. Aeschin. Socr. 1, 2. 3. vbi *ἀγαθοὶ* et *δίκαιοι* etiam tanquam synonyma iunguntur, et opponuntur *κακοί*. Cic. in Lael. c. 5. *qui ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, aequalitas, liberalitas, nec sit in illis vlla cupiditas vel libido, vel audacia, sintque magna constantia — hos* viros bonos *appellandos putamus*. — 51. *οὗτος οὐκ ἦν κ. τ. λ.*] *qui nec consilia nec facta caeterorum assensu suo probauerat* i. non capitis condemnauerat cum reliquis synedris Iesum. vid. ad Matth. 27, 57. Verbum *συγκατατίθεσθαι*, quod omisso vocabulo *ψῆφος* proprie vsurpatur de iis, *qui vna cum aliis calculum adiiciunt*, veluti de iudicibus, qui calculo in vrnam demisso, sententiam approbant vel reprobant; eleganter deinde ita quoque adhibetur, vt sit: *consentire*, *annuere*, *alicuius sententiae subscribere*, vt h. l. Ioseph. Ant. 20, 1. 2. *συγκατεθέμην τῇ γνώμῃ ταύτῃ*, *huic voluntati*

vestrae assensus sum. add. 8, 6. 5. Arrian. Epictet. 1, 28. hinc συγκατάθεσις, *consensus.* Hesychius et Lex. Cyrill. Brem. συγκατάθεσις· συμφώνησις. Cic. Quaest. Acad. 4, 12. *de assensione et reprobatione, quam Graeci συγκατάθεσιν vocant, plura dicemus.* cf. *Wetstenius, Albertius, Münthius, Krebsius* ad h. l. et *Rhoerius* Fer. Dauentr. p. 110. Verba ὃς καὶ προςεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, vulgo vertunt: *qui etiam regnum Messiae et ipse exspectabat*, explicant, qui sperabat Christum esse reuenturum, regnumque Messianum instituturum coll. 42. alii haud male: qui et ipse admittebat, probabat doctrinam Christi de regno Messiano. Possunt tamen et ita intelligi: *qui per Christum regnum Messianum institutum iri exspectauerat*, (i. omnino, qui Christi discipulus fuerat) coll. 24, 21. Marcus 15, 43. habet, ἦν προςδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Matth. 27, 57. ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. Ioh. 19, 38. ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ. Particula καὶ ante προςδέχετο a multis bonae notae libris abest, sed deleuit eam grammaticorum aut librariorum imperitia. Nam vt praeclare monuit *Weiskius* in libro: de Pleonasmis Graecis pag. 186. „καὶ αὐτὸς, vt Lat. *et ipse*, quod dicas *cum aliis* f. *sicut alii.* Prius autem και addit nouam laudem (*quod ille regnum Messianum exspectauerit*) superioribus laudibus, *quod fuerit vir bonus et probus, neque particeps consilii et facti Iudaeorum.*“

53. 54. Vid. Matth. 27, 59. 60. λαξευτῷ *quod saxo incisum erat.* — 54. παρασκευὴ vid. ad Matth. 27, 62. καὶ σάββατον ἐπέφωσκε] *sabbatum instabat.* ἐπέφωσκε positum est pro ἤμελλε ἐπιφώσκειν, vt docuit ad h. l. *Boltenius*, instabat sabbatum, quod quiete sibi putabat Iosephus transigendum coll. v. 56. Matth. 27, 58. Caeterum non mirandum est, Lucam verbum ἐπιφώσκειν, quod de die illucescente vsurpari solet, (v. Matth. 28, 1.) h. l. de sabbato instante adhibuisse, cum tamen sabbatum ex Hebraeorum consuetudine a vespera inciperet; constat

enim Iudaeos, initio ſabbati, in honorem diei accendiſſe lucernas, atque propterea Iudaeis veſperam ſabbati dictam eſſe אור et אורתא. v. *Spencerus* de legg. Hebrr. rituall. L. 4. c. 6. p. 1120. *Lightfootus* et *Wetſtenius* ad h. l. Quamvis ergo incongruum ſonare potuerit auribus Graecis et Romanis, cum audirent veſperam, vel ingreſſum noctis, enuntiari per *ἐπέφωσκε*, auribus tamen Iudaicis non erat inſolens aut alienum.

56. *ὑποςρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα*] *poſtquam inde reuerſae erant, emebant aromata et vnguenta.* Sed Marc. 16, 1. legitur: *διαγενομένου τοῦ σαββάτου — ἠγόρασαν ἀρώματα*, *exacto ſabbato emebant aromata.* Hanc disſenſionem Euangeliſtarum vario modo componere ſtuduerunt interpretes. *Leſſius* in *Auferſtehungsgeſch. Jeſu* p. 165. alii, *ἠγόρασαν* Marc. 16, 1. vertunt: *emerant*: et verba *Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ — ἀλείψωσιν αὐτὸν* Marc. l. c. in parentheſi ponenda eſſe praecipiunt. Quam tamen rationem perquam contortam eſſe, legitimae interpretationis peritiſſimus quisque me non copioſius demonſtrante ſponte intelliget. *Michaelis* in *Begräbniſs- und Auferſtehungsgeſch.* p. 103. obſeruat, Lucam ſimpliciter ſcripſiſſe, mulieres poſt reditum in vrbem vnguenta emiſſe, accuratius tempus, quo vnguenta emiſſent, definiiſſe Marcum, attamen additis verbis *καὶ τὸ μὲν σάββατον κ. τ. λ.* declaraſſe Lucam, non ſtatim poſt reditum mulierum in vrbem ab iis emta fuiſſe vnguenta, quod nimirum iam tum ſabbatum initium coepiſſet. Probabilior eſt eorum ſententia, qui ſtatuunt, mulieres poſt reditum in vrbem domi paraſſe vnguenta et aromata (*ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα*· v. 9, 52. Ioh. 12, 7.), cum vero illa vnctioni corporis Chriſti non ſufficerent, nec tamen, cum interim ſabbatum initium coepiſſet, e lege Moſaica (Ex. 20, 10.) aromata, quae deeſſent, emere poſſent, exacto demum ſabbato, aromata reliqua, quae deficerent, mulieres coëmiſſe; hinc apud Marcum legi: *διαγενομένου σαββάτου — ἠγόρα-*

σαν ἀρώματα. Quicquid fit, in eo conueniunt Euangeliftae, mulieres illas aromata et vnguenta emiffe atque paraffe, vt corpus Chrifti vngerent. v. ad Luc. 22, 66. ἡσύχασαν, *quietae manebant.*

C A P V T XXIV.

1. Vid. ad Matth. 27, 1. p. 815 fs. 822. Marc. 16, 1. Illae περιςάσεις, quas Lucas folus habet, et Matthaeus neglexit, Lucae innotuerunt, vt *Griesbachius* fufpicatus eft in Diff. *de fontibus unde Euangeliftae fuas de refurrectione domini narrationes hauferint* p. 7. ex narratione Iohannae, quam folus v. 10. nominauit, quamque fatis notam ei fuiffe, e cap. 8, 3. vbi eiusdem mulieris apud folum Lucam mentio facta eft, coniicere liceat. Ex huius igitur ore, vel faltem ab amico Iohannae, refciuiffe opinatur Lucam, quae mulieribus ad fepulcrum obtigerant. ὄρθρου βαθέως, *primo mane, primo diluculo* id. qd. Marc. 16, 2. λίαν πρωΐ. Frequenter autem vox βαθὺς de tempore adhibita legitur, Plato Crit. 1. ὄρθρος βαθύς. Theocrit. Id. 18, 404. παίσδειν εἰς ὄρθρον βαθύν. Polyaen. 1, 28. 2. βαθείας ἑσπέρας ἐπανῆλθεν. add. Ariftoph. Vefp. 216. cf. *Perizonius* ad Ael. H. V. 2, 36. *Wetftenius*, *Kypkius* et *Palairetus* ad h. l. ὄρθρος eft *diluculum*, vbi nox abiit, nec tamen orta dies. Ouid. Amor. 1, 5. 6. Phrynichus p. 120. οἱ δὲ ἀρχαῖοι ὄρθρον, καὶ ὀρθρεύεσθαι, τὸ πρὸ ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι add. Thom. M. v. ὀρθρεύειν. Verba καί τινες σὺν αὐταῖς in nonnullis optimae notae codd. et verff. antiquis non leguntur, adfcripta fuiffe videntur a grammaticis, quoniam v. 10. legitur καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐτοῖς.

4. 5. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι κ. τ. λ., *quae de re cum dubie haererent, duo iis apparebant viri.* v. ad Matth. 28, 5 fqq. — 5. τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; *quid quaeritis viuum inter mortuos?* populariter dictum, pro, quid quaeritis viuum in fepulcro? μετὰ, *inter*, vt Ioh. 6, 43. v. *Palairetus* p. 213.

10. 11. ἦσαν δὲ plures libri omittunt, alii exhibent ἦν δὲ, etiam αἳ ante ἔλεγον a codd. haud paucis abeft. Lectio difficilior ἦν δὲ, quam etiam *Griesbachius* in ordinem recepit, vera et genuina fcriptura videtur. Offenfioni nimirum erat grammaticis atque librariis ipfa verborum ftructura, nec iis in mentem veniebant loci fimiles, vt Deut. 27, 9. καὶ ἐλάλησε Μωϋσῆς καὶ ἱερεῖς — λέγοντες· hinc alii expungebant et omittebant ἦσαν δὲ atque αἳ ante ἔλεγον, alii ἦν δὲ mutabant in ἦσαν δέ. λῆρος, *nugae.* Xen. Anab. 7, 7. 24. Ἡρακλείδῃ λῆρος πάντα ἐδόκει εἶναι. vid. de hoc vocabulo copiofius disputantem *Fifcherum* ad Plat. Phaed. 17, 10. ad Ariftoph. Plut. 23. add. *Wetften.* ad h. l.

12. Variae funt interpretum de hoc loco fententiae. Ac *Rofenmüllerus* quidem in Scholiis ad h. l. monet, aut profitendum effe, Lucam haec non fuo loco et ordine narraffe, aut vertenda effe haec verba in plusquamperfecto (quae pofterior fententia etiam *Paulo* arrifit): *Petrus* (antea) *ad fepulcrum accurrerat — viderat — abierat*, et hunc verfum ita cohaerere cum v. 11. vt dicatur, non quidem fidem inueniffe narrationem mulierum apud difcipulos, *fpem tamen aliquam ipfis affulfiffe*, quod etiam Petrus non reperiffet corpus Chrifti in fepulcro. Sed v. 11. fimpliciter legitur ἠπίστουν αὐταῖς, *narrationes pro nugis habebant*; praeterea etiam repugnant huic interpretationi ea quae v. 23. 24. leguntur. *Lefsius* l. c. p. 183. hunc locum adulterinum iudicat, ex Ioh. 20, 3 — 10. confarcinatum. Deeft nimirum hic v. in cod. D. Syr. hierof. (extat tamen in m.) cant. veron. verc. Reliquorum vero

codd. omnium, et verff. antiquarum auctoritas hunc verfum tuetur. *Michaelis* opinatur, hunc v. 12. fuiffe initium longioris narrationis, et iam antiquitus excidiffe e codd. librariorum incuria, ea, quae Lucas memoraffet de apparitione, quae Petro contigiffet coll. v. 34. incoepiffe hanc fectionem omiffam verbis: καὶ ἰδοὺ, et cum his iisdem verbis etiam v. 13. incipiat, facile potuiffe a librariis illud fegmentum omitti; plane enim improbabile effe, ait, Lucam hanc apparitionem, paucis tantum verbis v. 34. memoratam, h. l. praeteriiffe, cum fic non perfpiciatur, quonam confilio, quae h. l. leguntur, addiderit, cum ea non cohaereant cum antecedentibus. At enimuero non contigerat Petro ad fepulcrum apparitio, fi ei ad fepulcrum contigiffet, Iohannes, qui quae h. l. leguntur alio ordine et accuratius c. 20, 3 fqq. expofuit, de ea verba feciffet. Quae h. l. de Petro Lucas retulit, ea in margine archetypi fui appofita reperiffe videtur, cumque fciret, Chriftum illo die Petro apparuiffe, v. 1 Cor. 15, 4. 5. fed ignoraret, quando ei apparuiffet, vt et tempus, quo Petrus ad fepulcrum abiiffet: annotamentum illud h. l. orationis contexto inferendum putabat. Omnino ergo Lucas, qui faepius ordinem temporis neglexit, et fragmenta exhibuit, quae h. l. leguntur, non fuo ordine et loco expofuit. Sic mihi quidem de hoc loco videtur. ὁ δὲ Πέτρος ἀναςὰς, Petrum comitabatur Iohannes. v. Ioh. 20, 2. παρακύψας βλέπει] *capite inclinato introfpiciens, videt* etc. παρακύπτω proprie notat, *incurvo me*, fed fpeciatim adhibetur *de iis, qui prono capite, inflexo collo et corpore introfpiciunt, vt aliquid penitus cognofcant*, vt h. l.; accurrerat enim Petrus ad fepulcrum, vt accuratius cognofceret, effetne Chrifti corpus adhuc in fepulcro, annon? add. Ioh. 20, 5. 11. inde etiam metaphora defumta eft Sir. 14, 23. μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐν σοφίᾳ τελευτήσει — ὁ παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων αὐτῆς· hinc quoque fignificat, *diligenter et accurate confiderare*, vt 1 Petr. 1, 12. Iac. 1, 25. Arrian. Epictet. 1, 1. καὶ πα-

ῥακύπτομεν συνεχῶς, τὶς ἄνεμος πνεῖ. v. et *Raphelius* Obſſ. Polyb. ad h. l. In verſione Alexandrina reſpondet Hebr. שׁקף, *proſpicere, ſpectare de loco ſuperiore*, Gen. 26, 8. ὀθόνια v. ad Matth. 27, 59. *καὶ ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός*] *domum non ſine admiratione redibat.* Ambigunt interpretes, vtrum πρὸς ἑαυτὸν referendum ſit ad θαυμάζων, an ad ἀπῆλθε ita vt poſt ἑαυτὸν interpungatur, et inciſum poſt ἀπῆλθε deleatur. Qui πρὸς ἑαυτὸν ad θαυμάζων referunt, verba reddunt: *abiit, ſecum euentum miratus*, comparantque formulas ſimiles: διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς Luc. 20, 14. προσεύχεσθαι πρὸς ἑαυτὸν, Luc. 11, 11. ſed afferendus erat locus, vbi legatur formula θαυμάζειν πρὸς ἑαυτόν. At formula ἀπέρχεσθαι πρὸς ἑαυτὸν, vt ſit, *redire domum*, extat Ioh. 20, 10. et Ael. H. V. 3, 19. Plaut. Menaechm. 5, 2, 11. filia expetit, *ad ſeſe a me vt irem.* add. not. ad Matth. 26, 57. Praeferenda ergo eſt, inprimis etiam ob locum parallelum Ioh. 20, 10. eorum ſententia, qui verba πρὸς ἑαυτὸν ad verbum ἀπῆλθε referunt. conf. et *Kypkius* ad h. l.

13. Circa veſperam diei reſurrectionis apparuit Ieſus, in vitam reuerſus, duobus ſectatoribus ſuis, in vicum, cui nomen Emmauntis erat, vbi fortaſſis hi duo habitabant, iter facientibus. Et verba quidem δύο ἐξ αὐτῶν referri debent ad v. 9. vbi legitur: ἀπήγγειλαν ταῦτα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς. Eos de numero ſeptuaginta diſcipulorum fuiſſe, vt plures interpretum antiquiorum coniecerunt, non magnopere probabile eſt, quodſi enim horum de numero fuiſſent, adeoque cum Chriſto ante mortem ipſius familiariter vixiſſent, citius eum agnouiſſent; hinc et parum probabile eſt, vt recte ad h. l. monuit *Paulus*, alterum eorum, quem Lucas ipſe nominauit, nempe Cleopam, fuiſſe Chriſti affinem, Ioh. 19, 25. memoratum. Alterius nomen, vtpote hominis minus noti, reticuit ſcriptor. Nec poſſum laudare ingratam ſedulitatem interpretum (vid. quos laudarunt *Koecherus* in

Analectis ad h. l. et *Thiefsius* in *Krit. Kommentar.* Theil 2, pag. 229 fq.), quorum alii, illum alterum ab Euangelifta non nominatim inductum, fuiffe ftatuunt Nathanaelem, alii Bartholomaeum, alii Lucam ipfum (fed v. 1, 2.), alii Petrum; fine omni idonea ratione. Omnium minime de Petro cogitari poteft, quem tamen plurimi, illum alterum fuiffe contendunt. Huic coniecturae repugnant verba v. 24. καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν. Cleopas enim, fi Petrus adfuiffet, dixiffet: *hic ad fepulcrum egreffus eft*, Petrus vero, fi v. 24. ipfius verba contineret, dixiffet: *ego ad fepulcrum egreffus fum.* cf. et not. ad v. 33. εἰς κώμην ἀπέχουσαν κ. τ. λ.] *in vicum fexaginta ftadiis ab vrbe diftantem, nomine Emmauntem.* Duo erant huius nominis loca in Iudaea. Oppidum nobile, hoc nomine infignitum, poftea Nicopolis dictum, CLXXVI. vel CLX ab vrbe ftadiis diftabat. v. *Relandi* Palaeftina pag 309. 427. *Michaelis Auferftehungsgefchichte*, p. 226. Vicus autem eiusdem nominis LX duntaxat ftadiis ab Hierofolymis diftabat. Ioseph. B. I. 7, 6. 6. ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ἀπὸ τῆς ϛρατιᾶς διαφιεμένοις χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὁ καλεῖται μὲν Ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων ϛαδίους ἑξήκοντα. In nonnullis libris legitur ἑκατὸν ἑξήκοντα, quae varians lectio inde orta eft, quoniam grammatici non diligenter discernebant, vicum nomine Emmauntem, ab eiusdem nominis oppido. Caeterum fexaginta ftadia conficiunt vnum milliare germanicum cum dimidio. vid. *Wideburgii* Mathef. bibl. pag. 64. *Büfchingii Harmonie d. Ev.*, Th. 1. p. 42. et *Michaelis* l. c. p. 228 fs. ἀπέχουσαν, *diftantem*, ita verbum ἀπέχειν faepius legi, exemplis pluribus *Albertius* ad h. l. demonftrauit.

14. καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν κ. τ. λ.] *et confabulabantur inuicem de omnibus iis, quae euenerant:* ὁμιλεῖν, quod proprie notat: *in coetu quodam verfari, mutua confuetudine vti, verfari vna*, haud raro etiam ita ponitur, vt fit: *colloqui, confabulari*, id. qd. συλλαλεῖν, vnde verbum שׂיח

Gen. 24, 63. quod Symmachus vertit, λαλῆσαι, Aquila expressit ὁμιλῆσαι. Ioseph. Ant. 10, 11, 7. πεπιστεύκαμεν ἐξ αὐτῶν (βιβλίων) ὅτι Δανιῆλος ὁμιλεῖ τῷ Θεῷ, *libri Danielis nobis fidem faciunt, eum cum Deo esse collocutum*, v. *Elsnerus*, *Krebsius* et *Loesnerus* ad h. l. atque *Abreschius* Lecct. Aristaenett. p. 50. περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων, spectabant eorum colloquia, Christi vitam et mortem, et ea, quae mulieres viderant atque audiuerant, coll. v. 18. 23.

15. 16. *Dum ergo sermones miscebant, et disputabant inuicem, accessit Iesus, iisque sese itineris socium adiunxit.* συζητεῖν vid. ad Marc. 8, 11. Homines illi, post Christi obitum, cum non amplius pro Messia habuerant, coll. v. 21. ἡμεῖς ἠλπίζομεν κ. τ. λ. nec etiamnum auditis mulierum narrationibus habebant cf. v. 17. 19. et not. ad v. 21. perculerant animos eorum narrationes mulierum, et de earum veritate in vtramque partem disputarant, fidem autem iis tandem denegarant, quoniam discipuli Iesum non viderant, coll. v. 24. (Ioh. 20, 13.) hinc erant σκυθρωποί, coll. v. 17. — 16. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν] *oculi eorum tenebantur, ita, vt eum non agnoscerent*, impediebantur, quo minus eum agnoscerent, eum non agnouerunt, haud secus erat, ac si oculi eorum essent praestricti. κρατεῖν, *retinere*, *cohibere*, *impedire*. v. *Kypkius* ad h. l. Prae moestitia Iesum non accuratius intuebantur, nec magnopere curabant, quisnam esset is, qui se ipsis socium adiunxisset, nec eiusmodi apparitionem exspectabant; praeterea Marc. 16, 12. legitur, Iesum iis apparuisse ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, vbi v. not. nec improbabilis est *Rosenmülleri* coniectura, Iesum hos homines a tergo esse assecutum, vt in via fieri soleat. Coniecturas alias, et vero etiam somnia interpretum vid. ap. *Koecherum* et *Walaeum* ad h. l.

17. Eos igitur Iesus hunc in modum allocutus est: *quinam sunt isti sermones, quos ambulando inuicem confer-*

tis, et quare tanta triſtitia affecti eſtis? ἀντιβάλλειν de disputationibus adhibetur, ita, vt ſit, *conferre ſermones inuicem, dubitationes proferre, quae ab altero reiiciantur*, vnde 2 Macc. 11, 3. πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλειν, *ſecum reputare.* De voc. σκυθρωπὸς vid. not. ad Matth. 6, 16. σκυθρωπάζειν in LXX Pſ. 35, 14 copulatur cum verbo πενθεῖν.

18. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς κ. τ. λ.] *Tum alter, Cleopas nomine, reſpondit: tune ſolus Hieroſolymis ita peregrinaris, vt ignores, quae his ipſis diebus ibidem euenerint?* Verbo παροικεῖν ab Alexandrinis Iudaeis Hebraeorum שכן Pſ. 15, 1. 93, 17. 119, 5. et ישב Gen. 24, 37. Num. 20, 15. exprimuntur, vt adeo παροικεῖν, quod aliis in locis reſpondet verbo גור, *peregrinari*, Gen. 12, 10. 17, 8. Ex. 6, 4. notet etiam, *commorari, habitare.* Hinc verba noſtra plures interpretantur: *tu cum incola ſis vrbis Hieroſolymitanae, vnus neſcis?* quem in modum haec verba iam interpretatus eſt Theophylactus. Alii ea exponunt: *tune ſolus es inter peregrinos Hieroſolymis verſantes, qui neſciat, quae euenerint?* huius interpretationis defenſores ſuſpicantur, homines illos Ieſum pro peregrino habuiſſe, quod Galilaeorum dialecto vſus ſit, aut quod Graece locutus ſit, vt ipſi, adeoque eum Helleniſtam putaſſe. Attamen poſſunt haec verba etiam ita explicari, vt παροικεῖν eodem ſenſu accipiatur, quo Latini vti ſolent verbo *peregrinari*, et formula, *in vrbe ſua hospitem eſſe*, de iis nimirum, qui quid agatur ignorant, *biſt du denn allein ſo fremd zu Jeruſalem?* Marc. Anton. L. 3. ξένος κόσμου, ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν κόσμῳ ὄντα. Cic. pro Milone c. 12. *an vos, iudices, vero ſoli ignoratis, vos hospites in hac vrbe verſamini? veſtrae peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur?* Cic. pro Rabir. 28. *adeone hospes huiusce vrbis, adeone ignarus es disciplinae, conſuetudinis noſtrae, vt haec neſcias?* Quaecunque ratio admittatur, tenendum eſt, orationem eiſe abruptam et conciſam, vt loqui ſolent, qui triſtes ſunt et moroſi, cum interpellantur: facile cogitare potes, de qua-

nam re disputemus, et quare morofi fimus; *num tu* etc. ἐν ante Ἱερουσαλήμ, a multis libris abeft, gloffema fapit; εἰς autem, quod in aliis codd. extat, ex vltima verbi παροικεῖς fyllaba, librariorum incuria ortum videtur.

19. *Et cum Iefus interrogaffet: quaenam? refponderunt, ea quae Iefu Nazareno euenerunt, qui fuit doctor dictis et factis praeftantiffimus, coram Deo et omni populo.* Non ambo vna locutos effe, per fe intelligitur, v. Commentar. in Matth. p. 451. fed vel vnus eorum ea dixit, quae v. 19 — 24. leguntur, vel quod probabilius eft, per vices locuti funt, ita, vt alter ea protulerit, quae v. 19 — 21. extant, alter ea, quae v. 22 — 24. allata funt. *Paulus* contendit, alterum illorum Chrifti fectatorum, qui h. l. loquentes inducuntur, omnem fere fpem abiecifie, et hunc primum verba feciffe, alterum vero conftantiorem, fpem aliquam adhuc fouiffe, Iefum Meffiam fuiffe, et in vitam rediiffe. Sermones ita discernit: *A.* τὰ περὶ Ἰησοῦ — ἐσταύρωσαν αὐτόν. *B.* ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν — τὸν Ἰσραήλ. *A.* ἀλλά γε — ἐγένετο. *B.* ἀλλὰ καὶ γυναῖκες — οὐκ εἶδον. Verba v. 21. ἡμεῖς ἠλπίζομεν explicat: *nos*, ego et alii, qui Iefum non merum hominem fed Meffiam habebamus. Quae tamen fententia verbis non ineft; loquitur potius ille, qui v. 21. inducitur fuo et focii nomine, et fenfus eft: nos, qui eum etiam poft fata doctorem veneramur, coll. v. 19. olim pro Meffia habebamus. τὰ περὶ Ἰησοῦ] ἀπὸ τοῦ κοινοῦ eft repetendum γενόμενα, *illa quae ei euenerunt*, vt ap. Iofeph. Ant. 8, 7. de Elia: τὰ μὲν περὶ τούτου τοῦ προφήτου τοιαῦτα ἦν, *haec funt quae huic prophetae euenerunt.* ἀνὴρ προφήτης eft fimpliciter *doctor*; ἀνὴρ enim aliis nominibus iunctum, eleganter abundat. v. *Raphelius* Obff. Herodott. p. 275. et *Kypkius* ad h. l. δυνατὸς ex vfu linguae Hebraeorum, faepius eft, *excellens*, *praeftans*, prouti etiam voc. עז frequenter de *praeftantia* et *dignitate* ponitur, nominatim δυνατὸς adhibetur quoque de *orationis praeftantia, vi et efficacia, facundia*, vt ἐξουσία Luc. 4, 32. Matth. 7,

29. Philo de Ioſeph. p. 554. A. δυνατὸς εἰπεῖν, *facundia pollens*. Ioſeph. c. Apion. 1, 5. λόγων τε δύναμιν ἐπεδείκνυντο. Lucian. περὶ ἐνυπνίου p. 7. T. 1. laudatus a *Langio* Obſſ. e Lucian. ad h. l. κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμάζοντες, καὶ εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως. Additum eſt h. l. ἐν ἔργῳ. A Graecis δυνατοὶ, δεινοὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ dicuntur, viri in republica inſignes et eminentes, qui oratione et rebus gerendis pollent, qui eloquentia et moribus praeſtant. Thucyd. 1, 139. Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πρῶτος Ἀθηναίων, λέγειν δὲ καὶ πράττειν δυνατώτατος. Ceb. tab. p. 6. ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, *ſermone et moribus*. v. *Wetſtenius* et *Kypkius* ad h. l. Iam h. l. δυνατὸς ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ eſt: *dictis et factis excellens*, praeclara erat ipſius doctrina et multa miranda facinora patrauit. ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, *Dei hominumque iudicio*, *wie es Gott und alle Welt weiſs*, i. omnino, mirum in modum, vere; v. not. ad Luc. 1, 6.

20. 21. ὅπως τε παρέδωκαν κ. τ. λ.] *quomodo eum ſynedri noſtri tradiderint ſupplicio mortis*. κρίμα v. 23, 40. ἐπὶ κρίσιν θανατικὴν dixit Aelian. H. V. 13, 28. ἐσαύρωσαν αὐτὸν, *effecerunt, vt cruci affigeretur*, concitando plebem, calumniando apud Pilatum, perſuadendo, minitando. — 21. ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν — τὸν Ἰσραὴλ] *nos ſperabamus*, cum adhuc in viuis eſſet, *illum eſſe eum, qui Iſraelitas redemturus eſſet*, qui regnum Meſſianum terrenum inſtituturus, et populares ſuos a iugo Romanorum liberaturus eſſet. ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις κ. τ. λ.] *ſed praeter iſta omnia* (*bey alle dem*; σὺν poſitum pro ἐπὶ, vt Hebr. עם interdum legitur pro על), quamquam talis vir erat, et haec ab eo ſperabamus, *iam tertius hodie agitur dies, ex quo interemtus eſt*, vt adeo ſpes noſtra nos fefellerit, nil ſperandum, mortuus eſt. Particula ἀλλὰ praecedentibus aduerſum quid ponit. Loquentem recordatum eſſe praedictionis Chriſti, die tertio ſe in vitam rediturum eſſe, et inde hominem illum ſpem aliquam conce-

piſſe, vt ſenſus verborum ipſius ſit: hodie eſt tertius dies, qui non permittit, vt omnem ſpem abiiciamus; fuit *Piſtophili*, v. *Koecherus* in Analectis ad h. l. et *Lightfooti* ſententia. Sed huic ſententiae orationis ſeries repugnat. v. et *Thieſsius* l. c. p. 240. Ipſi Apoſtoli, qui poſt Chriſti mortem animum conſternati abiecerant, etſi illius praedictionis recordarentur, non credebant, magiſtrum in vitam rediturum eſſe. v. ad Matth. 16, 21. Cum ἄγει ſimpliciter poſitum ſit, *Camerarius* ſubintelligit vocabulum χρόνος, *Heinſius* Θεὸς, *Schwarzius* in Commentar. L. Gr. p. 650. οὐρανὸς, quia coelum agere ſidera et dies dicitur, Theocrit. Id. 16, 71. οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ᾽ οὐρανὸς οὐδ᾽ ἐνιαυτούς· *Erasm. Schmidius* et *Heumanus* ἥλιος, *ſol hodie circumagit diem tertium*, vt Stat. Theb. 16, 71. *Septima iam nitidum terris aurora vehit diem. Schachtius* in Harmon. hiſt. reſurr. p. 151. ita verba conſtruenda putat: σήμερον ἄγει ταύτην τὴν ἡμέραν τρίτην, *praeſens, hodiernus dies, tertium hunc i. iam tertium, diem agit*, v. et *Wolfius* ad h. l. *Beza*, *Kypkius* et *Moſchius*, ipſum Ieſum intelligunt, et ἄγει referunt ad αὐτὸς ita, vt ſenſus ſit: *Ieſus tertium agit diem, vel in morte vel in ſepulcro.* Notant, Graecos, cum velint indicare, aliquid certo die eſſe factum, vocem illam, quae diem denotat, perſonis tribuere ſolere; laudant hanc in rem verba Ioh. 11, 39., τεταρταῖός ἐστι, *quartum iam diem agit Lazarus, nempe in morte.* Eſſet ergo ex illorum ſententia, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει poſitum pro τριταῖος ἤδη ἐστι, ſed ſic ſatis inepte additum eſſet ἀφ᾽ οὗ (ſcl. χρόνου) ταῦτα ἐγένετο, *ex quo mortuus eſt*, praeterea deſiderantur exempla alia, vbi verbum ἄγει hoc ſenſu adhibeatur. Simplicior et verior eſt *Grotii* ratio, qui actiuum vim paſſiui h. l. obtinere ſtatuit, vt adeo haec omnis formula ſimilis ſit Terentianae: *menſis iam hic agitur ſeptimus.* ταῦτα ἐγένετο quae nimirum v. 20. leguntur.

22 — 24. Qui iam ſuo et ſocii nomine loquens inducitur, profitetur, ſe auditis mulierum narrationibus ali-

quamdiu dubios incertosque redditos esse, et nesciuisse, quid sperandum, vel metuendum esset, cum vero Apostoli Iesum non vidissent, se iam omnem spem abiecisse. ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς] *attamen mulieres quaedam coetus nostri nos perculerunt* s. *nos ad admirationem traduxerunt.* Est autem verbum ἐξίστημι ex iis, quae non modo intransitiue, sed et transitiue, vt h. l. accipiuntur. v. *Glassii* Phil. S. p. 252. De variis huius verbi significationibus dictum est ad Matth. 12, 22. γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον] *mane ad sepulcrum egressae:* ὄρθριαι aduerbialiter accipiendum, vt Iob. 29, 7. vbi οἱ ό habent: ὅτε ἐξεπορευόμην ὄρθριος pro ὄρθρου, *mane.* Virg. Aen. 8, 465. *Aeneas se matutinus agebat.* — 23. ὀπτασίαν ἀγγέλων pro simplici ἀγγέλους positum est. — 24. τινὲς τῶν σὺν ἡμῖν, *nonnulli nostrorum, nostri gregis et coetus,* intellrr. Petrus et Iohannes. vid. Ioh. 20, 2 ss.

25. Iam Christus reprehendit horum hominum ignorantiam, inconstantiam et leuitatem, et omnia in dubium reuocandi libidinem, cum ipse viuus resurrectionem suam praedixisset. Attulit autem Lucas, vt v. 27. docet, summam tantum sermonum Christi. ὦ ἀνόητοι, *insipientes, unverständige, gedankenlose,* ἀνόητος enim nominatur is, qui facultate verum cognoscendi, vel plane non, vel non satis recte vtitur, vt Ioseph. Ant. 6, 3, 6. Rom. 1, 14. Gal. 3, 1. 3. βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν] *tardi ad credendum;* βραδὺς per metaphoram dicitur is, qui tardus et segnis est, ad aliquid animo percipiendum, h. l. ad credendum; qui etsi saepius monitus et edoctus, tamen non capit doctoris mentem, verbis ipsius fidem non habet. cf. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. καρδία, לב id. qd. διάνοια, νοῦς, additum hoc vocabulum est, vt significaretur, vocabulum βραδὺς improprie esse capiendum. πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν κ. τ. λ.] *ad fidem habendam omnibus, quae docuerunt prophetae.* ἐπὶ πᾶσιν vim habet simplicis πᾶσιν, sed Hebraei quoque verbum אמן sequi haud raro iubent particulam ב, quae Graecorum ἐπὶ respondet. v. Exod. 14,

31. 19, 9. Pf. 78, 32. 119, 66. οἷς ἐλάλησαν pro ἃ ἐλάλησαν. De his prophetarum oraculis Iefus cum difcipulis ante fuum obitum faepius collocutus erat. v. not. ad Matth. 20, 28. 16, 21.

26. 27. *Nonne debebat Chriftus haec pati, et ita peruenire ad maieftatem ipfi deftinatum* f. *ad regnum ipfi deftinatum?* δόξα id. qd. βασιλεία, v. ad Marc. 10, 37. vt effet κύριος καὶ βασιλεὺς πάντων. 1 Petr. 1, 11. Eph. 4, 15. 5, 23. εἰςελθεῖν, *peruenire*, v. ad 23, 42. ταῦτα, *haec mala*, mortem fubire cruentam, coll. v. 20. ἔδει, *eum oportebat*, e voluntate patris. — 27. Ad καὶ fubaudiendum οὕτως. Mens ergo et fententia Chrifti haec eft: vos dubitatis, Iefum effe Meffiam, quoniam mortuus eft, hoc vero ipfum vos fatis perfpicue docere poteft, eum effe Meffiam promiffum. Iam vero recenfebat varia V. T. dicta, eaque de Meffia explicabat, ita, vt oftenderet, quam vanae effent opiniones de regno Meffiano terreno, promiffa effe a prophetis tempora, quibus cognitio Dei accurata, et cultus Dei verus etiam ad exteras gentes propagaretur, haec tempora iam adeffe, et Meffiam mortem et calamitates fubire debuiffe. v. *Eckermani theolog. Beyträge*, St. 1. p. 215 fq. Μωσῆς καὶ προφῆται funt omnino libri Iudaeorum facri, vt 16, 19. ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως κ. τ. λ., *exorfus a Mofe et prophetis, explicuit diligenter omnia, quae de ipfo in libris V. T. effent literis confignata*. Breuiter et concife Lucas fcripfit; fenfus eft: incipiebat loqui de Mofis prophetarumque effatis et oraculis, laudabat primo varia V. T. loca, eaque deinde explicabat. περὶ αὐτοῦ fcl. γεγραμμένα.

28. καὶ αὐτὸς προςεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι] *fe vlterius profecturum fimulabat;* quoniam Iefus precibus comitum, qui, vt videtur, in vico illo habitabant, locum dederat et ad eos deuerterat, ideo Lucas, ex euentu iudicans, fcripfit, προςεποιεῖτο, *fimulabat* longius ire. *Paulus* fufpicatur, Iefum voluiffe in Galilaeam proficifci (v. Matth. 26, 32. ibique not.), fed in Galilaeam conten-

dentibus, non per Emmauntem, sed oppofita via, per Hierichuntem, aut Sichemum, proficifcendum fuiffe, docuit *Michaelis Auferftehungsgefch.* pag. 231. Medium προςποιοῦμαι, vt monuit ad h. l. *Albertius*, proprie notat: *meum aliquid facio*, *mihi aliquid vindico*, *fumo*; cum vero ii, qui fimulant, fibi aliquid affumant, et ficte vindicent, hinc προςποιεῖσθαι fignificat quoque *fimulare*, vt h. l. Herodot. 2, 121. Xen. Cyr. 2, 2. 1. Anab. 1, 3. 14. Act. H. V. 8. 5. v. et *Drefigius* de Verb. Med. p. 443. Hefychius: προςποιεῖται· σχηματίζεται. σχηματιζόμενοι, προςποιούμενοι· σχῆμα ἐπιδεικνῦντες.

29. καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν] *et ipfi eum vrgebant*, nempe verbis et precibus, inftanter rogabant; fic quoque hoc verbum legitur in verfione Alexandrina Gen. 19, 3. et fimplex βιάζεσθαι Gen. 33, 11. Iudd. 19, 7. vid. et not. ad Matth. 14, 22. ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐςὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα] *ingruit enim vefpera*, *et dies inclinauit*. Praepofitio πρὸς nominibus temporis iuncta, proximum tempus notat, v. *Wetftenius* ad h. l. debet autem fubintelligi ἥλιος vel ἡμέρα, *fol vel dies ad vefperam vergit*, vt ap. Ioseph. Ant. 5, 5. ἐπὶ δὲ πρὸς ἑσπέραν, *cum iam aduefperafceret*. De formula κέκλικεν ἡ ἡμέρα vid. quae notauimus ad 9, 12. fed hac ipfa formula explicatur vox ambigua ἑσπέρα, quae vt Hebr. ערב de omni pomeridiano tempore adhibetur; duae autem Hebraeis erant vefperae, v. not. ad Matth. 8, 16. et hoc quidem loco intelligi debet vltima pars temporis pomeridiani. Iefus precibus amicorum locum dedit, καὶ εἰςῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, *et ingreffus eft apud ipfos manfurus*, εἰςῆλθε vel εἰς τὴν κώμην, *vicum ingreffus eft*, vel εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῶν.

30. 31. ἐν τῷ κατακλιθῆναι — κλάσας] vid. not. ad Matth. 14, 19. — 31. αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ] *oculi ipforum aperti funt*, eft formula Hebraica, de iis qui fubito, inopinato aliquid confpiciunt, vfitata, v. Gen. 21, 19. additur h. l. explicationis cauffa, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν. Oppofita formula legebatur fupra v. 16. Quomodo vero cognouerint illi viri, Iefum ipfum effe

eum, quocum hactenus collocuti essent, non disertis verbis h. l. exponitur. Haud improbabilis est eorum sententia, qui statuunt, eos, cum Iesus, non hospes, sed conuiua panem frangeret, vt ante mortem suam facere solitus esset, eum diligentius adspexisse, cumque panem frangeret, fractumque iis porrigeret, vidisse eos manus ipsius vulneratas, atque ita eum agnouisse. Prouocant hanc in rem ad v. 35. verba vltima. Alii opinantur, Iesum solennibus et vsitatis precibus vsum fuisse. Alii denique verba explicant: iam cum ab opinionibus peruersis recessissent, nec amplius eorum animi perturbati essent; *da gingen ihnen die Augen auf;* eum agnoscebant. *καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν*] Varie haec verba explicant. *Kypkius ἄφαντος* refert ad *αὐτὸς*, et obseruat, formulam *γίνεσθαι ἀπό τινος* significare *discedere ab aliquo*, vertit: *et ille ab iis discessit, ita, vt non videretur. ἄφαντος, qui non conspicitur.* Eurip. Orest. 1557. Menelaus de Helena: *non est interfecta, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται, abiit, ita vt non conspiciatur.* Alii *ἄφαντος* referunt ad *ἐγένετο*, et ad *ἀπ' αὐτῶν* subintelligunt *πορευόμενος*. v. *Lessius* l. c. p. 250. Equidem arbitror *ἀπ' αὐτῶν* per se idem esse quod *αὐτοῖς* cum et Hebr. מ poni soleat pleonastice loco datiui. v. *Noldii* Concordd. Particc. Scripsit autem Lucas, vt scite monuit *Beza*, non *αὐτοῖς*, sed *ἀπ' αὐτῶν*, remotionem localem indicaturus, ne quis existimaret, Iesum praesentem quidem cum ipsis mansisse, sed corpore, quod cerni non posset. Iam *ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν* est, *subito ab iis discessit;* dum eum amici agnoscunt, stupent, se inuicem adspiciunt, subito Iesus, antequam eum alloquuntur, surgit, et tacitus abit. Attoniti recumbebant homines illi, sperabant aliquamdiu Iesum rediturum esse, et cum non rediret, illo ipso tempore Hierosolyma reuersi sunt. Vocabulum *ἄφαντος* a Graecis adhibetur de omnibus, quae quocunque modo oculis subducuntur, cf. *Abreschius* Annotatt. ad N. T. p. 595. et *Wetstenius* ad h. l. non ergo e Lucae verbis consequitur, Iesum inconspicuum esse factum, priusquam e coenaculo egrederetur. Etiam nos dicere so-

lemus, *er hat sich unsichtbar gemacht*, de eo, de quo sci-mus, quo abierit.

32. Postquam Iesus discesserat, et homines illi animum collegerant, inter se dicebant: *nonne animus noster maximopere commouebatur, cum nobiscum sermones misceret in via, et explicaret oracula sacra?* Verbum nimirum καίεσθαι, *inflammari*, *incendi*, per metaphoram, de omni grauiore animi commotione et affectu adhibetur, veluti de gaudio, solatio. vid. *Abreschius* ad Aeschyl. p. 298. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. Nec insolens fuit haec loquendi ratio Hebraeis et Latinis, v. Ps. 39, 4. vbi οἱ ό habent: ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου. add. Ier. 20, 9. Cic. de Fin. 4, 3. *incendit igitur eos qui audiunt.* Iam h. l. sensus esse potest: nonne animi nostri iam tunc summa laetitia, atque solatio afficiebantur? Alii, cum animus ardens sit plerumque rei alicuius cupidus, hunc constituunt verborum sensum: nonne magna nobis suborta est suspicio, eum, qui nobiscum iter faceret, esse Iesum? nonne ardenti flagrabamus cupiditate, interrogandi eum, quisnam esset? Equidem adstipulor *Kypkio*, ad hunc locum notanti: discipulos de industria non addidisse, quonam affectu animi ipsorum incaluerint, vt indicarent, se pluribus adfectibus feruidioribus simul agitatos fuisse, adfectu *amoris*, erga hominem oracula prophetarum tam dextre explicantem; *desiderii*, consortio et doctrina huius hominis diutius fruendi; *spei*, cum crederent fere verbis huius doctoris, a quo de Christi resurrectione edocti erant; *gaudii* denique, cum ea, quae is de resurrectione Christi docuerat, vera esse optarent, et de iisdem vt veris, cum aliqua tamen adhuc mentis fluctuatione, insigniter laetarentur. διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφὰς] *explicabat nobis scripturam.* Verbum διανοίγειν, *aperire* haud raro sensu metaphorico ponitur, ita, vt sit *explicare*, *edocere*, vt h. l. et Act. 17, 3. pro eo v. 27. legitur διηρμήνευεν. Etiam Hebraei ita vsi sunt verbo פתח, vt significaret *docere*. v. Ps. 119, 130. Nec minus Graeci verbo ἀνοίγειν, *explicandi* et *docendi* notionem subiecerunt. v. *Wesselingius* Obss. 1. p. 21.

33. Homines illi, cum fcirent, fe Apoftolis nihil laetius, nihil iucundius nuntiare poffe, quam Iefum in vitam rediiffe, *reuerfi funt Hierofolymam, et inuenerunt vndecim, eorumque focios congregatos.* τοὺς ἕνδεκα, *vndecim*, ergo Cleopae comes, cuius nomen Euangelifta reticuit, non erat Petrus, nec alius Apoftolorum. Interim tamen promtus concedo hoc argumentum non vnice valere ad refutandos eos, qui de Petro, vel alio Apoftolo cogitant. Euangelifta enim ad collegium Apoftolorum defignandum, quod poft Iudae proditoris obitum vndecim adhuc membris conftabat, eodem iure vti potuit formula οἱ ἕνδεκα, quo Paulus 1 Cor. 15, 5. vfus eft voce οἱ δώδεκα, cum tamen non duodecim membris conftaret; folet enim numerus collegii membrorum vfitatus retineri, etfi non numerus plenus fit. vid. *Glaffius* 3, 1. 3. p. 381. Sed fi Petrus fuiffet vnus ex his, haud dubie eum, vtpote virum maxime nobilem, nominaffet Euangelifta, cum Cleopam nominarit; accedunt argumenta alia, quae a nobis ad v. 13. allata funt.

34. 35. Pro λέγοντας cod. D. habet λέγοντες, qua lectione admiffa, loquentes inducuntur difcipuli Emmaunticí. Sed haec lectio, quae nulla alia auctoritate confirmatur, originem fuam debet grammatico, qui putaret, alterum illorum difcipulorum fuiffe Petrum. λέγοντας· ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι] *hi* (nempe οἱ ἕνδεκα) *referebant dominum vere in vitam rediiffe, et Simoni apparuiffe. Lightfootus, Rufius*, alii, qui etiam de Petro, Cleopae comite, cogitant, opinantur, difcipulos congregatos, qui audiuiffent Iefum in vitam rediiffe, cum tam cito, tamque inexfpectato Petrum redeuntem viderent, exclamaffe, certe refurrexit dominus et apparuit Petro, is aliter non tam fubito rediiffet! Alii interrogatiue haec verba accipiunt, cum ὅτι interdum interrogationibus inferuiat, v. *Vigerus* de Idiotismis L. Gr. 8, 9. p. 531. numquid reuera dominus refurrexit, apparuitque Petro? Sed Petrum non fuiffe Cleopae comitem, iam fupra demonftratum eft. Dubitarunt etiam nonnulli, an per *Si-*

monem, Petrus intelligi poſſit, cum ſupra v. 12. Petri nomine Lucas vſus ſit, ſed etiam Act. 10, 5. 18. 32. 15, 14. Petrus dicitur Simon. De ipſa vero apparitione Chriſti Petro facta, Euangeliſtae nihil referunt, vt nec de illa, quae Iacobo et quingentis fratribus contigit 1 Cor. 15, 7. 6. Paulus vero ibidem v. 5. teſtatur, Ieſum apparuiſſe etiam Petro. Caeterum in promtu eſt per λέγοντας non omnes congregatos intelligendos eſſe, (v. ſupra v. 19.) ſed vel vnum, vel vnum alterumue Apoſtolorum hanc apparitionem Petro factam nuntiaſſe diſcipulis ex itinere reducibus, neque adeo hic v. repugnat iis, quae leguntur Marc. 16, 13. et infra v. 37. — 35. καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου] *et quomodo eum agnouiſſent, cum panem fregiſſet*, hoc eſſe poſſet *inter edendum*, *ſuper coenam* (Sueton. Veſp. c. 22.) cum formula κλάσις τοῦ ἄρτου etiam *coenam ipſam* ſignificet, v. Act. 2, 46. ſed non neceſſe eſt, vt h. l. a propria verborum ſignificatione recedamus, imo vt eam retineamus, verba v. 30 ſ. poſtulare videntur.

36. Cum adhuc Apoſtoli et diſcipuli de iſtis rebus confabularentur, ſuperuenit Ieſus, et ſtetit medius inter illos; Ioh. 20, 19. addit: ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *nocte iam magis ingruente*, καὶ θυρῶν κεκλεισμένων, *clauſis foribus illius aedificii, in quo conuenerant diſcipuli.* Et ex his quidem verbis plures eruere voluerunt, Ieſum per portas clauſas, inuiolatis feris, introiiſſe. Sed tunc ſcribi debuiſſet: διὰ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Nec Euangeliſta his verbis accuratius definire voluit praecedens ὀψίας γενομένης, adfuiſſe nimirum tempus portas claudendi, (vt ſtatuit *Heumanus*, quem ſatis refutauit *Michaelis Auferſtehungsgeſch.* p. 263 ſqq.) ſed cum additum ſit διὰ φόβου τῶν Ἰουδαίων, ad quae verba referri debet formula θυρῶν κεκλεισμένων, oſtendere voluit, quae fuerit animi diſcipulorum conditio, eos nimirum fuiſſe metus plenos. Ieſus ipſe Luc. v. 39. profitetur, ſe carne et oſſibus eſſe inſtructum, add. Ioh. 20, 27. At Iohannes non notauit ianuam fuiſſe apertam? Audio. Sed eiusmodi res minutas,

qualis haec erat, Iesum portam, f. ianuam aperuisse, vel sibi aperiri iussisse, Euangelistae silentio praeterire solent; nec illi Emmauntici discipuli per portas clausas introierant. Verbum ἔστη indicat, subito et inopinato Iesum apparuisse. εἰρήνη ὑμῖν, שלום לכם, *saluere vos iubeo*, solennis apud Hebraeos salutandi formula, vid. Gen. 43, 21. al. qua sibi inuicem omnis generis felicitatem apprecabantur.

37. 38. *Discipuli autem consternati et perterriti, putabant, se videre spiritum*; haec suspicio in animis eorum orta est, partim ex incredulitate, qua laborabant, partim exinde, quod Iesus improuiso venerat. πνεῦμα id. qd. Matth. 14, 26. φάντασμα, *spectrum*. Iudaei multa dicebant de spiritibus, eorumque vi in homines, eosque spectra quoque credidisse, species vanas a daemonibus obiectas, putasse etiam animam mortui, subtili et specioso corpore praeditam apparere posse, tralatitium est. Etiam ap. Ioseph. Ant. 1, 20. 2. 5, 6. 1. legitur φάντασμα, de angelis forma visibili hominibus sese offerentibus. πτοηθέντες et ἔμφοβοι γενόμενοι, sunt synonyma, iuncta ad exprimendam terroris magnitudinem. Iam cum Apostoli, et voce, et vultu, et gestu corporis significarent, se cogitare de spectro, eos Iesus hunc in modum v. 38. allocutus est: *quare adeo perturbamini, et adeo vanae cogitationes in animis vestris exoriuntur?* διαλογισμοὶ, *cogitationes perversae*, Luc. 5, 22. Rom. 1, 21. vel *dubitationes*, coll. 39. 40. vt Phil. 2, 14. 1 Tim. 2, 8. ἀναβαίνουσι ἐν ταῖς καρδίαις est Hebr. עלה על-לב, Ies. 6, 17. Ier. 3, 16. 44, 21.

39. 40. Neque Christus hanc superstitiosam discipulorum opinionem prius ac facilius ex animis eorum exstirpare se posse putabat, quam vt eos cohortaretur, vellent manus et pedes suos spectare, vt sic intelligerent, ipsum vere in vitam rediisse. *ἴδετε καὶ χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας μου*] Non assentiri possum interpretibus iis, qui statuunt, Iesum ostendisse discipulis pedes et manus, vtpote corporis partes non opertas, non vero tanquam corporis partes, quibus signa supplicii crucis impressa essent, idque

ex eo apparere, quod non dixerit discipulis: videte cicatrices vulnerum, sed simpliciter, σάρκα καὶ ὀςέα ἔχω. Nam primo Ioh. 20, 20. legitur: Iesum ostendisse quoque discipulis πλευράν. Deinde ipsa scriptoris nostri verba docent, duplex fuisse Christi consilium, cum discipulis manus et pedes ostenderet. Voluit nimirum eos edocere, se esse illum ipsum magistrum ipsorum, qui cruci affixus fuisset, non genium, vnde additum legitur h. l. αὐτὸς ἐγώ εἰμι, voluit vero etiam eos edocere, ipsos non videre animam tantummodo magistri, corpore subtili praeditam, hinc quo planius et certius intelligerent, se esse vere humano corpore instructum, se vere in vitam rediisse, addebat: ψηλαφήσατέ με κ. τ. λ.] *contrectate me et videte, spiritus enim non praeditus est carne et ossibus, sicut me habere videtis.* Pedes monstrauit, non quatenus clauis perforati essent, (pedes enim non cruci affigebantur, clauisque perforabantur, sed funibus tantum cruci adstringebantur, v. ad Matth. 27, 32.) verum quoniam signa foedationis, siue cruentationis habebant. Caeterum quod vltima verba attinet, eadem sententia legitur etiam ap. Max. Tyr. Diss. 27. p. 276. οὐ γὰρ σάρκες αἱ δαιμόνων φύσεις, οὐδὲ ὀςᾶ, οὐδὲ αἷμα, *non enim ex carne, ossibus, aut sanguine daemonum natura constat.* Ouid. Met. 4, 443. *Erant exsangues sine corpore, ossibus vmbrae.* add. Hom. Odys. λ', 217. et *Wetstenius* ad h. l.

41. 42. Discipuli adhuc prae (ἀπὸ v. Matth. 13, 44.) laetitia, pleni admiratione, dubitabant, sicuti et nos, cum nobis res laetissima, sed prorsus inopinata contigit, dubitanter dicere solemus: *ich kann es gar nicht glauben, ich kann es nicht begreifen, wie dies möglich ist,* cum, vt Ouidius verissime cecinit: *tarda soleat magnis rebus inesse fides.* Liuius 39, 49. *vix sibimet ipsi, prae necopinato gaudio credentes.* Itaque Iesus discipulos suos interrogauit: *num iis ad manus aliquid esculenti esset?* et illi porrexerunt ei *partem piscis assi, et apiarii faui.* κηρίου scl. μέρος. Quod h. l. dicitur μελίσσιον κηρίον, *fauus mellis,* (μελίσσιον, *ab apibus proueniens*) Alexandrini nominant 1 Sam. 14, 27. τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος. Quoniam apud Suidam legitur με-

λισσίου κηρίου, inde nonnulli, qui poſt μελισσίου ibi incifi aut puncti fignum ponunt, coniecerunt redundare h. l. μελισσίου· v. *Küſterus* ad Suidam, et *Erneſtii* gloſſae facrae Suidae et Phauorini p. 170 fq. Sed *Fiſcherus* in Proluſſ. de vit. Lexx. N. T. p. 645. monuit, apud Suidam, auctoritate exempli Mediolanenfis, fine interpunctione eſſe legendum μελισσίου κηρίου, et Suidam nullum adieciſſe interpretamentum, quod notare voluerit infolentiam formae adiectiui μελισσίου, ducti a nomine μέλι. Et hoc loco vox μελισσίου propterea addita eſt, quia in Oriente varia genera mellis in vſu erant, nempe mel quoque e dactylis et vuis (*Datteln- und Traubenhonig*) confectum. v. *Harmari Beobacchtt. üb. den Orient*, Th. 1. p. 288. *Michaelis Moſaiſches Recht.* Th. 4. p. 290. In nonnullis codd. verba ἀπὸ μελισσίου κηρίου deſunt. Male. Nempe omiſſa ſunt vel librariorum incuria, quoniam vocem καὶ ἀπὸ μελ. κ. excipiunt verba, καὶ λαβὼν, vel eorundem inepta ſedulitate, quoniam grammaticus, cui μελισσίου ſuperfluum videretur, hoc ipfum nomen notarat obelo.

44 — 47. Vid. ad Marc. 16, 14. 15. 19. οὗτοι οἱ λόγοι (fcl. εἰσὶ) οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ.] *hoc ſignificabant, innuebant ſermones mei*, haec vobis praedixi, *cum adhuc inter vos verſarer, debere omnia euentu comprobari, quae in libris Moſis, prophetarumque, et Pſalmis de me ſcripta leguntur* (de me morituro, ſepeliendo, ac refuſcitando. cf. Matth. 16, 21. 17, 23. 20, 19. 28. Luc. 9, 45 etc.) *Pſalmi* nominatim afferuntur, quod Ieſu aetate, gens Iudaea, iam dudum confueuerat Pſalmos haud paucos, etiam eos, qui de Dauidis infortuniis agerent, de Meſſia interpretari, atque in Dauidis fatis tot fere fymbola fortis, quam Meſſias ſubire deberet, conſpicere. v. *Stäudlinius* de mortis Ieſu confilio et grauitate p. 4. — 45. τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν] *iam mentem iis aperiebat*, i. e. eos edocebat v. 32. fimpliciter legitur, διήνοιγεν αὐτοῖς τὰς γραφὰς, et Act. 16, 14. extat fimilis formula διήνοιξεν τὴν καρδίαν. τοῦ συνιέναι τὰς γραφὰς, *vt intelligerent locorum ſcripturae ſenſum.* — 47. καὶ κηρυχθῆναι

fcl. δεῖ. ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. *eius nomine*, iuffu et mandato ipfius. μετάνοιαν vid. Matth. 3, 2. ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ] *initio facto ab Hierofolymis.* Adeo infolens nonnullis haec conftructio vifa eft, vt lectionem mutandam, legendumue cenferent ἀρξαμένου l. ἀρξαμένην l. ἀρξάμενοι l. ἀρξαμένων. vid. *Koecherus* in Analectis ad h. l. et *Thiesſius* Th. 2. p. 463 fqq. Sed participia paffiua, vel neutralia, faepe genere neutro imperfonaliter poni folent in accufatiuo, pro genitiuis confequentiae, et fic h. l. ἀρξάμενον fcl. πρᾶγμα, intelligitur h. l. τὸ κηρυχθῆναι pofitum eft pro ἀρξαμένου τοῦ πράγματος i. e. τοῦ κηρύγματος. v. *Wetftenius*, *Raphelius*, *Kypkius* et *Elsnerus* ad h. l. *Bofius* Ellipf. Gr. p. 729. ed. *Schaefer.*

48. 49. ὑμεῖς δέ ἐςε μάρτυρες τούτων] *vos harum rerum teftes eritis*, vitae, mortis et refurrectionis meae. ἐςε pro ἔσεσθε coll. Act. 1, 8. — 49 ἀποςέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ᾽ ὑμᾶς] *mittam quod vobis a patre meo promiffum eft;* diuinitus inftruemini facultatibus ac viribus ad munus gerendum neceffariis. ἐπαγγελία, *promiffio*, per metonymiam, id ipfum notat, quod promiffum eft, intelligitur τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας difcipulis promiffum, Ioh. 14, 16. 17. 26. 15, 26. 16, 13. Matth. 10, 19. vbi v. not. Ἱερουσαλὴμ quod ab optimae notae codd. abeft, interpretamentum redolet. ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει, *commoramini in vrbe* i. e. Hierofolymis (καθίσατε, ישׁב, v. Luc. 21, 35.) h. e. nolite ad gentes edocendas exire prius, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, *donec viribus inftructi fueritis diuinitus.* v. Act. 1, 8. Poterant ergo omnino difcipuli per dies aliquot proficifci in aliam regionem, ergo etiam in Galilaeam (de quo itinere Apoftolorum et reditu inde Hierofolymam nihil memorauit Lucas) neque adeo quae h. l. leguntur, repugnant locis Matth. 26, 32. 28, 7. 10. Marc. 14, 28. 16, 7. vbi v. not. δύναμις vires ad munus doctorum religionis meae rite fubeundum. ἐξ ὕψους, *coelitus*, *diuinitus*, ὕψος, *coelum.* vid. ad 1, 78. Verbum autem ἐνδύεσθαι, vt Hebr. לבשׁ, per metaphoram, de qualibet arctiori coniunctione

adhiberi solet, ita, vt etiam notet, *instrui, ornari.* v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. 126. et *Kypkius* ad h. l.

50 sqq. ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω ἕως εἰς Βηθανίαν] *Tum eos eduxit versus Bethaniam,* non finita coena, sed praeterlapsis quadraginta diebus. Sequitur enim narratio de Christi ascensu in coelum. vid. not. ad Marc. 16, 14. 19. ἔξω ex Hebraismo redundat. εἰς, *versus*, vt Deut. 1, 40. — 51. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν κ. τ. λ., *inter media vota ab iis disiunctus, et in coelum sublatus est.* Act. 1, 9. — 52. προσκυνήσαντες αὐτὸν) *eum venerati.* Quod adorarint discipuli Iesum absentem et inconspicuum, hoc cultum religiosum significare, nunc primum (sed vid. Matth. 28, 17.) Christo a discipulis exhibitum, contenderunt *Wetstenius, Michaelis Auferstehungsgesch.* et *Rosenmüllerus* ad h. l. Alii vero monuerunt, discipulos prostratos fuisse ad pedes magistri, cum iis bene precaretur, tum sursum spectantes, Iesum non amplius vidisse, et nebula inuolutos, oculos inuestigantes ad coelum sustulisse, Act. 1, 10. in quo statu diu forsan restitissent, nisi iis dictum fuisset, Iesum non amplius in terris exspectandum esse v. *Boltenius* et *Paulus* ad h. l. Sed vt apposite monuit *Himly* in diss. de Iesu in coelum adscensu p. 80. Lucas Act. 1, 10. disertis verbis tradit, Iesum βλεπόντων αὐτῶν scl. ἀποστόλων in coelum euectum, eos Iesum oculis in coelum fixis abeuntem prosecutos esse; nec commemorat Apostolos nebula circumdatos fuisse, refert tantum, Iesum in auras sublatum, a nube receptum esse, ἐπήρθη καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτόν. v. 9. — 53. ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ κ. τ. λ.] *assidue templum frequentabant laudantes et celebrantes Deum.* In nonnullis codd. male omissa sunt verba αἰνοῦντες καὶ, in aliis aeque male desunt verba καὶ εὐλογοῦντες, nempe grammaticis librariisue alterutrum videbatur superuacaneum. ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ v. Act. 2, 46.

INDEX.

M. MARCUS. L. LVCAS.

A.

B.

P.

Σ.

ADDENDA.

Pag. 196. *lin.* 5. *adde:* *) E ſententia Ven. *Schotti* in Diſſ. inſcripta: *vindicatur authentia ſectionis poſtremae Euangelii Marci. Jenae* 1813. 4. p. 25. vel tota ſectio in vno quodam eorum huius Euangelii exemplarium, quae omnium prima fuerunt et antiquiſſima, negligentia librarii omiſſa eſſe, aut caſu quodam periiſſe exiſtimanda eſt; atque hoc vitium mature in alios irrepſit codices ex illo deſcriptos; vel coniectura admittenda, clauſulam v. 9 et ſqq. comprehenſam, aliquo temporis ſpatio elapſo, poſtquam Marcus totum Euangelium vsque ad c. 16, 8. conſcripſiſſet, ab ipſo eſt addita. Facile enim fieri potuit, vt Marcus, cum vsque ad v. 8. perveniſſet, caſu quodam impeditus, quo minus confeſtim pergeret, quae adhuc reſtarent enarranda, ad aliud tempus differret. Iam vero etſi probabilitate ſumma largiamur, Marcum ipſum non prius palam edi voluiſſe ſuum commentarium, quam totus eſſet abſolutus atque conſummatus, accidere tamen potuit, vt Euangelium mancum, clauſula deſtitutum (forſan per amicum aut ſodalem Marci, cui ipſe libellum ſcriptum priuatim communicaſſet) citius innoteſceret ac deſcriberetur, ipſo auctore neſcio. Prodiit inde exemplar Euangelii Marci antiquiſſimum, clauſula carens. Poſtea, cum Marcus, ad laborem priſtinum reuerſus, commentarium iam edendum abſoluiſſet (addenda pericope, quae inde a v. 9. vsque ad finem legitur) exemplaria deſcripta ſunt, quae Euangelium continebant integrum atque perfectum. Ab illo quidem exemplari antiquiſſimo, clauſula carente, ſatis mature latius diuulgato, eos codices ſtirpem ducere exiſtimo, qui vel poſt c. 16, 8. nihil amplius exhibeant, vel loco pericopae noſtrae vulgaris v. 9 ſqq. aliam

ſuppeditent breuiorem Euangelii clauſulam, profectam a librariis de lacuna ſupplenda cogitantibus. Neque difficile intellectu dixerim, quomodo fieri potuerit, vt, quamquam Marcus poſtea clauſulam Euangelio adieciſſet, illa tamen lacuna, quae in exemplari antiquiſſimo apparuiſſet, in alios plures (forſan multos) transiret codices ſerius ſcriptos? Iam enim difficultates et ἐναντιοφάνειαι in hac pericopa obuiae lectores ac librarios, qui cognouerant, hanc ſectionem non apparere in omnibus Marci exemplaribus, ad authentiam eius omnino negandam facilius impellere potuerunt.